Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.403

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.403

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

HISTORIA
MARSORUM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

1

HISTORIA

MARSORUM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

HISTORIÆ MARSORUM LIBRI TRES,

UNA CUM EORUNDEM EPISCOPORUM CATALOGO.

AVCTORE

MUTIO PHOEBONIO MARSO,

U. J. D., PROTONOTARIO APOSTOLICO, ECCLESIÆ TRANSAQUENSIS ABBATE, ET MARSORUM VICARIO GENERALI.

Illustrissimo, & Reverendissimo Domino

D. DIDACO PETRA MARSORVM EPISCOPO,

Qui Opus hoc Posthumum illustravit, & auxit.

NEAPOLI,
Apud MICHAELEM MONACHUM. CIↃ IↃC LXXVIII.

SUPERIORUM PERMISSU.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ILLVSTRISSIMO,

ET

REVERENDISSIMO DOMINO

D. DIDACO PETRA

MARSORVM EPISCOPO

ASDRVBAL PHOEBONIVS. S. P. D.

VETVS admodùm, & perantiqua fuit, Illustrissime Præsul, inter Doctissimos quæstio: utrùm laude dignius esset, & majorem homini gloriam compararet; parere quòd Reipublicæ prosit: an partum, quò minùs pereat, tuendo, prohibere? Nemo autèm omnium, quos legi, litem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

litem ſua auctoritate diremit, præter unum, inter Poëtas cum primis inſignem Claudianum, cujus ſententia ſertur:

. . . . . Plus eſt ſervaſſe repertum,
Quam quæſiſſe decus

Enimverò, ſi Poſteritatis utilitas inſpiciatur, quid prodeſt magnos viros, maximis laboribus, ingeniorum ſuorum monumenta, poſteris utiliſſima, ſcriptis dediſſe; ſi non eſt qui typis evulganda, unà cum Auctore, interire non permittat? Quæ cum ita ſint, Optime Præſulum, non alius, niſi tuo unius Nomini Marſorum Hiſtoriam, à Mutio PHOEBONIO Germano Fratre meo elaboratam, dicandam cenſui. Is enim Tu es, O' & præſidium, & dulce decus eruditorum, qui Phœbonij ſcripta, morte præveniente, non omnibus numeris abſoluta, nedùm minimè oblivioni demandari permiſiſti; verùm etiam aucta, & expolita typis commendanda curaſti. Tua ſiquidem opera, tuo ſolius ſtudio jàm omnium Marſorum manibus teruntur, eorundem Divorum Acta, Romanis typis excuſa, quorum ſacra Lipſana in tua Diœceſi publicæ venerationi exhibentur. Tua quoque eruditione aucta, Tuo ſtylo expolita Marſorum Hiſtoria jàm prodit in lucem. Tuo igitur Nomini jure merito inſcribi debebat; plùs enim ſervando repertum, quàm Auctor quærendo, effeciſti. Tu namque Poſthumi tutelam, Patre decedente, ſuſcipiens, rudem (ut ita dicam) indigeſtamque molem, quæ potiùs Embryon, quàm Proles cernebatur, adeò foviſti; vt qui vix infans dici poterat, propè Gygas in literaria Republica videatur. Neque alterius, niſi tuam unius, pro ultima Patris, manum expetebat; cùm ſis unus omnium, qui in Marſis degunt, eruditiſſimus, & Patriæ noſtræ, quæ tua Diœceſis eſt, antiquitatum benè peritus. Aureus præterea MVTII PHOEBONII calamus non, niſi

in

in PETRA hac, æquè atque in Lydio lapide probandus erat. Tu enim illa PETRA es, in qua humani, & divini Iuris ſcita, ſudoribus ab ineunte ætate profuſis, non ſecùs, ac guttis, quibus lapides excavantur, inciſa refulgent. PETRA, ad quam ſi non PHOEBVS lyram, Phœbonius ſaltem calamum ſuſpendere debebat; exciſa Memnonis Petra eò præſtantior, quòd hæc Phœbi radijs repercuſſa voces edebat, idque in ortu: Tua verò Phœbonios, eoſque Mutios, & vita functos reddit eloquentes PETRA ad Momos expellendos meliùs è Sole lapſa, quàm ea, de qua Anaxagoras ſomnium evulgavit.

Neque his tantùm, ſed & potioribus de cauſis Opus hoc tuo Nomini, non ſecùs atque eruditorum Numini inſcribendum erat; cùm enim ea ſit humanæ improbitatis, perverſitatiſque ratio, ut nihil ſit, ſivè recens inventum; ſivè temporis faucibus ereptum, licèt ad Reipublicæ commodum, quin idem in malevolorum hominum reprehenſionem incurrat. Non ab re factum eſſe animadverti, ut quiſquis, ſive ingenij ſui, ſive aliorum fœtus in lucem edit, Patronum ſibi deligat, cujus nobilitas ſplendorem, doctrina incrementum, prudentia tutamen exhibeat. Quamobrem Tibi omninò Marſorum Hiſtoriam nuncupandam exiſtimavi, in quo uno, & ſanguinis nobilitas, & animi eruditio, ſummaque prudentia indiſſolubili fœdere conjuncta ſunt. Si enim de Tua Familia, cui PETRA cognomentum, quæque è Papia, Vrbe Inſubriæ Nobiliſſima, ſapientiæ Athenæo, & virtutum omnium Emporio uſque ab anno 1234. Neapolim ſe contulit, dicere quicquam vellem; non Epiſtolæ, ſed integri argumentum voluminis ſuſcepiſſe viderer. Quis enim paucis expedire poſſet, quot fluvios ex hac PETRA gemina ſapientiæ, & militaris peritiæ virga eduxerit? quis tot Barones Caſtri ſanguinis, & Vaſti-Girardi, ſub quorum ditione multa feuda in Neapolitano Regno ab antiquis temporibus fuerunt, ut adhùc ſunt; omnes virtutum de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

décore ſpectabiles, Magiſtratuum faſcibus ſublimes, ſcientiarum luminibus perilluſtres, deque publica re optimè meriti. Quis paucis complecteretur, quot nobiliſſimas Familias PETRA hæc, Magnetis inſtar, ſibi matrimonio copulavit? Ecce obviam fiunt Ebula ex Triventi Comitibus, & aliæ in Regno conſpicuæ; Ecce Filonarda, Cencia, Alteria, omnes Patritiæ Romanæ, quas tua Genitrix ex Filonardi Familia ſanguine conjunctas habuit; ex Filonardi, in quam Familia, Prælatorum ſeminario, duorumque Eminentiſſimorum Cardinalium oſtro ornatiſſima. Sed hæc omnia libentèr omitto; ſufficit enim hæc tetigiſſe, ut pateat quantum ſplendoris ex antiquo tuæ Nobilitatis lumine Hiſtoriæ huic concilietur; non autem, ut tuas laudes enarrem, quarum una, eademque maxima eſt, laudis eſſe capacem, ſed aſpernantem.

Verùm, ut ad doctrinam deveniamus, qua liber augeatur; Vt auxiſti jam diximus; ut autem literæ in tua Familia perantiquæ fuerint diceremus reſtaret; ſed hæc ut alia quoque omitto; licèt volumina, quæ omnium oculis aſſiduè ſubſunt, amplum dicendi campum præberent; præcipuè Germani Fratris tui D. CAROLI PETRA Baronis Vaſti-Girardi, Caccaboni, &c. Ordinis Calatravæ Equitis, ac Regij Conſiliarij, cujus nomen typis demandata volumina immortalitati dicarunt; hæc inquam libentèr omitto, cùm in te uno omnia conſpiciantur. Tu etenim ille es, qui florente adhùc ætate, Doctoratus laurea redimitus Phœbo, atque Aſtreæ æquè caro, atque ſeculis omnibus claro, non ſecùs in Academijs, ac in utroque foro emicuiſti; quamobrem eruditionis, & juriſprudentiæ gloria inſignis intèr Catholicæ Majeſtatis Honorarios (ut dicunt) Cappellanos Neapoli cooptatus; ubi tertium ſuprà trigeſimum ætatis annum attigiſti, ad Epiſcopalem dignitatem ab Alexandro, inter Maximos Pontifices, hoc nomine VII. evectus, Aſcanio de Gaſperis, Avunculo tuo, ex Illuſtriſſima

Fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Filonardi Familia, ad Marsorum solamen, & gloriam successisti.

Sed quantus hic Prudentiæ tuæ laudibus æquor aperitur! si enim Prudentiæ, ut Tullius inquit, insunt ratio, intellectus, circumspectio, providentia, docilitas, cautio; quid de his inquam in te uno, ut singulæ in singulis, eminentiori gradu existentibus? Tu siquidem ille es, cujus prior vita, ac omnis ætas à puerilibus exordijs, usque ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia Ecclesiasticæ laudabilitèr acta testimonium præbet; Cumque nunquam tibi pectore excidat, quòd integritas Præsidentium, salus sit subditorum; attendens tibi, & universo gregi, semper vigilas, in omnibus laboras, & ministerium tuum impples, assiduè Diœcesim personalitèr visitando, non quæ tua sunt quærens, sed quæ Iesu Christi, Synodos celebrando, adolescentes literis, & Christiana Philosophia imbuendo; cujus rei gratia Seminarium restauratum auxisti, & Piscinam Scholarum Piarum Patres ad pauperum eruditionem reduxisti. Verè PETRA salis, quam oves lambentes, eo sapore ad divinæ sapientiæ cibum, & potum maximè sollicitantur; undè bonorum operum lac, oppidò largiùs emergit. Hac de PETRA mel animæ sugunt, de qua pro Ecclesiasticæ indemnitatis munimine, Marsicana dicere potest Ecclesia PETRA Mea, & robur meum; de qua Pauperes, ob in eos misericordiam, canere possunt: quòd PETRA, ut cera liquescit; de qua denique Marsorum Clerus grates Deo agere non desistit, pro eo quod in PETRA exaltavit eum.

Sub umbra igitur tuæ PETRÆ prominentis, ut ejus nobilitate, doctrina, & virtute muniatur, Opus, quod tot nominibus tuum est, in lucem prodit. Excipe illud ea, qua polles humanitate, & qui vivum Auctorem propter summam & scientiæ, & virtutis opinionem sæpiùs desiderasti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

mortui cariſſima pignora libentèr complectere. Interim Deũ Optimum Maximum, quod in omnium Diœceſis tuæ votis eſt, etiam, atque etiam exoro; ut quemadmodum Marſicanam, ita & univerſam Eccleſiam ſuper hanc PETRAM ædificet. Avejani. Kal. Octobris. Anno MDCLXXVII.

ASDRV-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ASDRVBAL PHOEBONIVS

CANDIDO LECTORI. S.

PErfecta, expletaque omnibus ſuis numeris, & partibus Opera, novem poſt annis typis mandanda juſſit Horatius, ut recoquendi non deſit tempus, ſine quo nihil perfectum. MUTIUS PHOEBONIUS ex Avejano in Marſis, Eccleſiæ Tranſaquenſis Abbas, meus Germanus Frater, Antiquitatum Patriæ ſuæ Hiſtoriam in lucem editurus, vix rudem, indigeſtamque molem, quam ſuperfluis abſcinderet, elocutione ornaret, & graphicè expoliret, congeſſerat, cùm morte præventus, antè vitæ, quàm operi laudabilem finem impoſuit. Theophraſtus moriens accuſaſſe Naturam dicitur, quòd Cervis, & Cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intererat: hominibus, quorum maximè interfuiſſet, tàm exiguam vitam dediſſet. Quid nos? forſan idem queremur? abſit. Æquo enim animo ferendum eſt, quicquid Divina voluntate permittitur. Non igitur Marſos, non Fratrem dolendum; ſed illis potiùs gaudendum, quibus tantus vir, quaſi cælitùs datus; huic gratulandum, quòd vita brevi traducta, curſus gloriæ ſupereſt ſempiternus. Unum tantum reliquum erat, quod omnes mœrore afficeret; nempè opus nondùm planè abſolutum, multiſque, Patre defuncto, viduatum, rude adhùc, & informe, nullam typorum lucem, magno eruditorum detrimento promereri; Cui non exiguæ jacturæ providus occurrit DIDACUS PETRA, Illuſtriſſimus Præſul, Marſorum Paſtor, eruditorum Mecœnas, & ſuæ familiæ gloria; qui non animarum tantum, ſèd & animorum educationi omninò incumbens, minimæ quietis horas, quæ ab Epiſcopalibus curis ſupererant, in opere expoliendo libentèr terens, Embryon potiùs, quàm fœtum adeò fovit, ut in lucem prodire mereatur; quemadmodum aſſiduè Pompejus Sarnellius, eruditus homo, Fratri meo amiciſſimus, qui eximiam de hac Hiſtoria ſpem conceperat, quippè qui multa ad eandem pertinentia tranſmiſerat, ab eruditiſſimo Epiſcopo expetebat; ut Anagrammate illo: DIDACUS PETRA. DA PATRI DECUS, quod hoc Decaſticho exornavit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Vt, Patre extincto, vivat; sibi Posthuma Proles
Præsidium poscit DIDACE PETRA tuum.
PHOEBONIJ Tu solus eris pars maxima Famæ,
Si prolem docto foveris ipse sinu.
Per Te Marsorum jam gesta insignia Divum,
Idem quæ dederat, quisque imitanda tenet.
Scriptorum pariter, per Te, monumenta suorum,
Quæ collegisti, dent relegenda typi.
DIDACE PETRA, DECVS DA PATRI, prospice Nato
Da utrique optatum DIDACE PETRA decus.

Innumeræ igitur DIDACO PETRA, Episcopo optimè de sua Diœcesi merito, tantique Viri, licet vita functi Mecœnati agendæ sunt grates; & quicquid habes Lector illi acceptum referto; utpotè qui & Historiæ, & Auctori benè prospexit. Noluit enim, ut Historia, quæ testis est temporum, lux veritatis, vita memoriæ, memoria vitæ, nuncia vetustatis deperiret; & præclarè cum Auctore egit, cujus virtus, nec oblivioni eorum, qui sunt, nec reticentia posterorum sepulta esse poterit; Cùm eum è mortuis revocaverit non ad vitam, quæ corpore, & spiritu continetur; vita enim ista, ut Tullius inquit, vita dicenda non est; sed ad illam, ut idem addit, quæ viget memoria seculorum omnium, quam posteritas alit, quam ipsa æternitas semper intuetur. Præclarè, inquam, egit, Auctoris memoriam reddens sempiternam; quæ si non esset longior, quàm hæc, quam dicimus vitam; quis esset tàm amens, qui maximis laboribus, & periculis ad summam laudem, gloriamque contenderet?

Hæc igitur, Candide Lector, tibi donantur munera, non obscuri hominis; sed illius, cujus lumen ingenij, animique ornamenta non modò familiaritatem cum doctissimis Reipublicæ literariæ hominibus attulerunt; ut inter cæteros Ughellio, qui in Italiæ Sacræ tomo primo, ubi Marsorum Episcoporum seriem texuit, cum de Ecclesia Transaquensi mentionem faceret, sic inquit:

Hodiè huic Ecclesiæ præest sub Abbatis titulo MVTIVS PHEBONIVS Amicus noster, Eruditus homo, atque Patriæ suæ antiquitatum benè peritus, à quo multa accepimus, tùm de Marsis, tùm de Vita Sancti Ruphini Martyris, quæ vulgari sermone, una cum cæteris Sanctorum Marsicanorum, studio, & opera Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi Didaci Petra, Romanis typis data est. Verùm etiam & Romanæ Ecclesiæ commendarunt, cujus Summus Pontifex Vicarium Apostolicum Aquilæ destinavit; deinde Vicarius Generalis Marsorum

annis

annis abhinc quindecim Piſcinæ diem ſuum clauſit extremum.

Lege tandem, & quod ad tuam utilitatem elaboratum eſt æqui, bonique facito; quicquid typi peccaverunt, Patrem defunctum, Tutoremque abſentem conſiderans, condona; & quæ emendanda expoſuimus utere; ſi quid tandèm tuam ſciendi famem non ſatis expleverit, fac tibi videaris Auctorem ſic audire monentem.

Relictum mediis opus eſt incudibus iſtud,
Defuit & ſcriptis ultima lima meis.
Et veniam pro laude peto, laudatus abundè,
Non faſtiditus ſi tibi, Lector, ero.
Quicquid habet vitij rudis, indigeſtaque moles,
Emendatturus, ſi licuiſſet, eram.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

CANONICA APPROBATIO.

In Congregatione habita coràm Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 11. Decembris 1675. fuit dictum, quod R. P. Antonius Damiani Societatis Ieſu videat, & in ſcriptis referat eidem Congregationi.

Franciscus Scanegata Vic. Cen.
Ioſeph Imperialis S.I.Theol.Emin.

EMINENTISS. PRINCEPS.

DE mandato Eminentiæ Veſtræ vidi Librum, cui titulus: *Hiſtoria Marſorum*, à quondam Abbate Mutio Phœbonio conſcriptum, eumque typis dignum cenſeo, cum nec fidei Orthodoxæ, nec bonis moribus adverſetur; dummodò tamen proteſtatio, quam Auctor emiſit, de rebus mirabilibus, quas deſcribit, præcedat. Neapoli è Noſtra Profeſſorum Domo. Pridiè Calendas Februarij 1676.

Antonius Damiani Soc. Ieſu.

In Congregatione habita coràm Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 10. Februarij 1676. fuit dictum, quòd ſtante relatione facta P. Antonij Damiani Soc. Ieſu. Imprimatur.

Franciscus Scanegata Vic. Gen.
Joſeph Imperialis S. J. Theol. Emin.

RE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

REGIA APPROBATIO.

ECCELLENTISS. SIGNORE.

GLI Heredi del quondàm Abbate Mutio Febonij di Avezzano della Dioceſi de Marſi, ſupplicano à V.E. come deſiderano dare alle ſtampe un libro compoſto dal detto Abbate, intitolato *Hiſtoria Marſorum*, per tanto ſi degni l'E. S. di commettere la reviſione à chi li parerà; acciò che poſſano ottenere le ſolite licenze, che l'haveranno à gratia, ut Deus, &c.

U.J.D. Æmilius Gaudioſus videat, & in ſcriptis Suæ Excellentiæ referat.

GALEOTA REGENS. CALÀ REGENS. SORIA REGENS.

Proviſum per Suam Excellentiam Neap. die 18. Martij 1676.

Maſtellonus.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

IN Libro mihi accuratè perlecto, factis Excellentiæ Veſtræ imperatis, compoſito per Abbatem Mutium Phœbonium, antiquitatum patriæ ſuæ peritiſſimum, & inſcripto, Hiſtoria Marſorum, quorum Provincia olim Valeria, modò Aquilana nuncupatur; nihil eſt contra Regiam Juriſdictionem inventum; cum memorabilia, ac ſcitu digna pernarrentur; quapropter ego à veſtra non diſcedens prudentia, in lucem prodi profectò arbitror. Neap. die primo menſis Auguſti. 1677.

Excell. Veſtræ.

Servus humillimus.
Æmilius Antonius Gaudioſus.

Viſa ſupradicta relatione, Imprimatur, & in publicatione ſervetur Regia Pragmatica.

GALEOTA REG. CARRILLO REG. VALERO REG. CALÀ REG. SORIA R.
Maſtellonus.

Proviſum per Suam Excell. Neap. die 22. menſis Septemb. 1677.

AU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

AUCTORIS PROTESTATIO.

CUM in hac Marsorum Historia, non rarò contingat, ut Virorum Sanctitatis fama celebrium præclara gesta enarrantes, eorum memoriam literis commendemus; Morem gerentes decreto, quod SS. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martij 1625. edidit, die 5. Julij 1634. confirmavit, atque explicavit die 5. Junij 1641. Nè scilicèt admittantur, quæ de Viris Sanctitate celebribus efferuntur, veluti Elogia, & Vitæ Sanctorum, aut Beatorum absolutè, & quæ supra personam cadunt, benè tamen ea, quæ suprà mores, & opinionem, quibus etiam Auctoris protestationem præponendam iniungit, quæ nullam à Sancta Ecclesia Romana auctoritatem, sed solùm fidem penès Auctorem forè declaret. Fatemur, profitemurque non alio sensu, quæ de id genus Viris referimus accipere, aut ab ullo accipi velle, nisi quo ea solent, quæ humana dumtaxàt, non autem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Sanctæque Sedis Apostolicæ auctoritate nituntur; ijs tantùm exceptis, quos eadem Sancta Sedes Apostolica Sanctorum, Beatorum, ac Martyrum Catalogo adscripsit.

Ego Mutius Phœbonius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

16
1131

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403


Early European Books. Copyright© 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CINAGL 1-7-402

NOMINA OPPIDOR DIOECESIS MARSOR.

1. Alba
2. Auezzanum
3. Auricula.
4. Aschium
5. Agellum
6. Androsianum
7. Arx cerri
8. Bisinia
9. S. Benedicti Villa
10. Celanum
11. Curcumelli
12. Castrum nouum
13. Cappelle
14. Cese
15. Cappadox
16. Castrum uetus
17. Colle
18. Carseolum
19. Collis longus
20. Carricum
21. Collis Armenior.
22. Circulus
23. Capistrellum
24. Castrum Fluminis
25. Castrum Trimmontium
26. S Donati Villa
27. Forma
28. Gallum
29. Ioſe
30. S Ioannis Villa
31. S Ione
32. Litium
33. Lucus
34. Maſſa corona
35. Maſſa inferior.
36. Malleanum
37. Maranum
38. S Marie Villa
39. Ortygia
40. Optium
41. Ortona Marſor.
42. Ouindolum
43. Peſculum aſſeruli
44. Peſcina
45. Paternum
46 S. Polirus
47 S. Petitus
48. Pahatium
49. Petrelli.
50. Podium Philippi
51. Podium Cimulphi
52. Peretum
53. Petraſicca
54. Rubur
55. Riſciolum
56. Roccabutiſ
57. Speronum
58. Seurcula
59. Sorbum
60. Scansanum
61. S. Stefani
62. S. Sebaſtiani
63. Taliacotium
64. Tranſaque
65. Tuſium
66. Tibularium
67. Venere
68. Villa Curcumeli
69. Verechia
70. Villa Sabinenſis
71. Villa Romania
72. Villa Colliſ longi
73. Villa Pogitelli

NOMINA CIVITATVM ANTIQVAR. MARSOR.

A. Archippe seu Archippina
B. Alba
C. Valeria
D. Pinna
E. Marrum
F. Sybara
G. Marrum parum

NOMINA FLVMINVM ET FONTIVM

H Iuuenculus
I Pitornuſ
L Sybare
M Remandi
N Sarcinaliſ
O Tauona
P Raſea
Q Aureuſ
R Tabacoty
S Liriſ
T Muſcinuſ
V Euſeia
X Tebe
Y Aureus
Z Sangris

Early European Books. Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CRAGG, 1.7.403

FONTIVM

Eufeia
Tebe
Aureus
Sangris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

HISTORIAE MARSORVM.

LIBER PRIMVS.

De Laudibus, & Finibus Prouinciæ Marsorum, quæ olim Valeria, modò Aquilana nuncupatur.

CAP. I.

ITALIAM Mundi Dominam, vniuersi penè Compendium, siuè res ad necessarium vsum, atque delicias, siuè Cæli felicitas, & soli fœcunditas, aut (quod potissimum est) inhabitantium mores spectentur, Deorum habitaculum Veteres non immeritò dixerunt, cum qui Iustitiam, cæteraſque virtutes colerent (quarum Italis præ alijs ardens studiũ) Dijs assimilentur. Hæc vt à primis Colonis diuersa nomina est sortita, sic partitiones in populos, Regioneſque est passa; Nam Saturnia, Ausonia, Oenotria, Thyrrhenia, Hesperia, & alijs nominibus pro Aduentantium varietate nuncupata fuit. Et quamuis sub vnius appellatione vocabuli tota intelligebatur, non tamen vnum, idemque nomen singulis partibus conueniebat, sed quadam vsurpatione Pars pro toto, vt sæpissimè assolet, accipiebatur. Aucto deinde Incolarum numero, auctæ sunt & partes, quas ab vnoquoque eas occupante denominatas habuit, in tot populos secundò scissa. Hi fuerunt Ligures, Galli, Venetæ, Carni, Hetrusci, Latini, Campani, Lucani, Græci, Appuli, Frentani, Picentes, Vmbri, Sabini, Marsi, Marrucini, Peligni, Samnites, qui vna cum nouis sedibus, & vt nobilitarentur origine, & ne penitus deleta primorum Parentum glorioſa facinora deliteſcerent, sed nominis refricatione reuiuiſcerent, æterna extendere nomina studuerunt. Et dum quiſque suo iure fines (alieni Imperij expers) tuebatur, certi & agrorum limitès

Italiæ nomina.

Populi incolæ Italiæ.

 sue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

fuerunt ; ſed cum victi, vel per deditionem Populo Romano parere diſcerent, vel illi amicitiæ legibus ſociarentur , Præfecturarum termino confundi, & in Regiones ſcindi primum nouerunt. Sic lege Auguſti, XII. Regionum numerum complexi,& fatiſcente Imperio, noua ſorte in Regna, Ducatus, & Dominia,adeò fuere ſeiuncti,vt dominãtis ditio limen eſſet. Prioribus deinde aboletis , recentiora tantùm nomina placuerunt, commiſtiſque inter ſe populis , priſca iura in tanta confuſione ruerunt .

Sed à Principum partitione Marſorum hic ager excidit , nec Regioni nec Prouinciæ nomen dedit , ſed confuſa in dominatione tulit alter honorem. Sola enim Romana Apoſtolica Sedes , ſiuè in Prouinciarum erectione, ſiuæ in Diæceſum diſtributione, Marſorum præfecit nomen , ampliores quidem in Prouincia , quàm in Diæceſi terminos tribuens,vltrà Hadriam, ſcilicet ad Teramum Aprutiorum , quò Prouinciæ extimum protenditur , vt in Rituali , quo Vrbiuicarij Epiſcopi adſcribuntur,legitur. In Marſis hi ſunt, Forconienſis,Marſicanus , Valuenſis,Theatinus, Pinnenſis , Aprutinus.

Fines Prouinciæ diuerſi. Diæceſ.

Baron. tom. 11.

Non ſic in Diœceſi, quã Paſchalis II. poſito lapide , ſic anguſtiauit, vt non parum de illius veteri agro detraheret , qui etſi non multum latus,amplusque ſit; Natio tamen inſidens, rerum factarum memoria , illius exiguitatem exuperat , longiuſque præſtat gloria,quàm numero; vtpotè cuius fortitudinem in arduis Romana potentia non deſpexit, cùm pro Ciuitate præcipuè obeunda non parùm timoris (memorando illo bello) intulit; Præſtatque cæteris cùm ſoli fertilitate,tùm præcipuè Cæli benignitate, cuius felix aura ex quadam vi à Natura inſita ad humanitatem viuentes, & ad fortia obeunda trahere videtur adeò, vt placitis moribus ad addiſcenda quæcumque ardua animos inclinet. Hi præter rerum ſcientiam Religionem perpetuò coluerunt,quod non ad occultam aliquam, aut naturalem cauſam iuuat referre,ſed ad egregiam animorum moderationem , & præclaram primorum Parentum inſtitutionem, ſiquidem, ſeù vetuſtiſſima repetamus principia , à filijs Noè Sanctiſſimi Patriarchæ , qui aborigines dicti , prima educationis fundamenta, & Religionis auſpicia hauſerunt , ſeù redempto Chriſti Sanguine Mundo, fidei lacte in ipſius Vrbis infantia ab Apoſtolorum diſcipulis potati , in adultam , perfectamque Chriſtianæ profeſſionis ætatem creuerunt. Quorum vices Sanctiſſimi Cænobiarchæ gerentes, cæleſtiumque doctrinarum ſuarum pabulum præbentes , manſuetudine, & pietate imbutos charitatis ſtola induerunt, vt ſpectabiles redderentur, quos eorum educatio erudierat. Hic Equitius Monachorum Pater, Benedictus Occidentalium Patriarcha , Gregorius Magnus Eccleſiæ Sanctæ decus, Romualdus Anachoriticæ contemplationis inſtaurator, Seraphicæ paupertatis Coryphæus Franciſcus , & quod in terris ſupremum eſt, faſtigij contemptor Celeſtinus, Religionis Satores,

Bulla Paſch. II.

A filijs Noè Religionem hauſerũt.

Monachorum multitudo.

& San-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

& Sanctarum virtutum propagatores fuerunt. Vnde in omni Regionis angulo Templa, Cœnobia, & in adytis montium Eremitici receſſus frequenti calculo pluſquam alibi inſurrexerunt. Et ſi, diuino decreto, cum Monachorum abdicatione ſolo penè omnia iaceant, relucet adhuc, beneficijs cum titulorum ſplendore ſæcularibus Clericis collatis, eorum magnificentia.

Eſt illis par cum Religione Politiæ cultus, & humanarum literarum profeſſio, vndè celebres in omni diſciplina indigenæ floruerũt. Auget Prouinciæ decorem montium, vallium, & planitiei viciſſitudo, quorum primi non inutilibus induti arboribus fructuum præbent emolumenta, reliquæ vbertate gaudentes gratiora vina, iucunda poma, cæterarumque rerum copiam præbentes, tanta ſunt omnia pomorum, frugumque genera, vt ſaturitatem deſiderari non ſinant. Nec medicæ herbæ, aut odore fragrantes deſunt, quarum multiplicitate collium apricitas adumbratur, vnde ſuaues ad odoratum, & ad apum paſcula ſinum flores aperiunt. Adde & tanta mineralium promptuaria, tantæque lapidum haud Parijs diſſimilium, marmorumque effoſſiones, vt nihil deſiderari queat, præter aromata, quorum condimenta mirabilis croci fragrantia ſupplet. Ornatur & Fucino lacu, aquarum ſplendore, varia piſcium bonitate, & volatilium numero celebri; & fontibus nobilium Fluminum, Tiberis, ſcilicet, Sangri, & Aterni, quibus dotibus, Prouincijs & ſi amplioribus cùm non cedit, tùm non eſt cur inuideat. Quamobrem illuſtribus Geographis, & hiſtoricis nõ fuit ignota, nam de ea Strabo, Ptolomeus, Plinius, Liuius, Mela, Suetonius, Cæſar, Tacitus, Silius, Virgilius, Martialis, & ferè omnes aliquod inſigne referunt. Et cum nemo adhuc in vnum omnia collegerit, Nos quo ad Patrium ſolum mouemur affectu, paruitatem noſtram ad ſingula colligenda excitauimus ſimplici, & ſine fuco ſtylo, vt mutire potius, quam narrare ſic, eo ordine procedendo, vt poſt rerum fortium in bello factarum mentionem, & Fucini lacus, & Emiſſarij deſcriptionem, ſingulos Populos, qui vniuerſam Regionem inhabitarunt iuxta Plinij catalogum breui diſtinctione ponamus, Ciuitates, Oppida, & Eccleſias numerando, & ſi quid in illis memorabile geſtum eſt, non reticendo.

Regionis amœnitas.

Et vt ab ambitu eius principia ſumamus, Geographorum aſſertione, ſupra ſe à Septentrione Veſtinis ab occaſu Sabinis, ab Oriente Peligнis, à Meridie lacu Fucino, & equorum Populis cuſtoditur, quorum non expliciti, ſed intricati limites, cum proximis cohærentibus connexi, ex Strabonis teſtimonio vix diſcerni, & ad certam metam reuocari poſſunt. Nos vt à cõfuſione eruamus cum accuratiſſimo Philippo Cluuerio veteris, & nouæ Italiæ illuſtratore, qui cuctis lineis metam poſuit, & ab alijs ſeparauit, ſecurum limitem ponimus.

Regionis Deſcriptio Geographica.

Fines igitur agro Marſico circumſcribẽdo à Pelignis, amoti erant Apennini iugo, quod ab Aterni ripa, & Oppido Deheri ad Sãgri vſque

Philippus Cluuer. de antiq. Italiæ Cap. 15.

que protendit fontes vltra dictum oppidum, à Veſtinis ſeparabantur ipſo Aterno ad forconium vſque Sabinorum, & Auiam, quæ nunc Aquila Veſtinorum Oppidum. A Sabinis igitur eos diſtinguo, linea ab Aterno infra Forconium, ad occaſum verſus ſolis brumalis, ad Telonium Amnem, vulgò nunc Turano in Velinum influens, quà ei oppoſitum eſt Oppidum vulgari appellatione Col di Gioue, à dicto proximo oppido ipſe Telonius ad fontes vſque ab equis eas arcebat. Ab Telonis fonte porrò montium iugum inter Anienis, Lyriſque (his nũc vulgò nomen eſt Garigliano) amnium fontes procurrit ad oppidum vſque S. Bartholomæi Regione oppidi Alatri; ab his igitur linea Marſos ſeiungo à dicto S. Bartholomæi oppido ad Sangri fontes ducta. Per hos itaque fines noſtra decurret Oratio, & ne intacta aliqua relinquamus, primum Ineolarum originis primordia, & nominis etymon, ex fabularum inuolucris, & non certis Hiſtoriographorum aſſertionibus expiſcari eſt opus.

De origine, & denominatione Marſorum, ex Marſo Circes filio, deque eorum virtutibus in ſerpentes.

CAP. II.

QVI rerum primordia texuerunt, nè ſæculorum tenebris abdita in lucem promere ſtudentes, oneri ſuccumberent, aut vulgi opinionem, aut, quæ in antiquis plurimum valent, coniecturas ſequuti, in obſcuris gradientes, Poetarumque inuentionibus obnoluti multa ediderunt, quæ audita haud facilè credentium animos in fidem adducunt; aſſueti quippè fabulis, cùm inter illarum inextricabiles nodos veritatem condi maluerint, ex illis contexere vt plurimùm volumina ſtuduerunt, vt & Strabo obſeruans, Multa quidem, inquit, ſcriptores prodidere, quæ in rerum natura minimè fuerunt, ideò propter fabuloſum ſcribendi genus mendacio fingendi eò fuerunt adducti vt eiſdem de rebus inter ſe minimè concordent. Quapropter rem ſanè iudicamus abſtruſam, de primis Marſiæ Terræ habitatoribus perſcrutari, & ex figmentorum inuolucris protoplaſtum expiſcari; Aſt vt in arduo poſitum id aſſequi cernimus, ità inconueniens primordia intacta relinquere arbitramur; quo circà nec fabulas reticere, nec quæ à Scriptoribus ſunt litteris mandata in medium non afferre maluimus, operæ pretium facturi exiſtimantes, ſi ex tricis, & fictionibus veritatem, vel illi proximam veriſimilitudinem eliceremus. Plurimi enim à Marſo Circes filio, ſeù à Marſya Phrygio Iydorum Rege, ſeù a Marro Duce Marſorum nomen ortum eſſe ediderunt, ideoque de ſingulis agemus.

Strab. lib. 8.

Pli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Plinius, & illius abbreuiator Solinus à Circes filio denominari concedunt, sic asserentes: Gentem Marsorum serpentibus illæsam esse nihil mirum, à Circes filio genus ducunt; & Aulus Gellius ita traditum refert: Gens in Italia Marsorum orta fertur à Circes filio Marso, propterea à Marsis hominibus, quorum dumtaxat familiæ cum cæteris cognationibus non dum permistæ, vt serpentum venenatorum domatores fiant, & incantationibus, herbarumque succis faciant medelarum miracula. Qui Marsus è Circe natus primus imperium in Regione firmasse, & genti cum dominio nomen ex suo, vt illud æternitati saeraret, dedisse, eoque tandem morte sublato, Regni habenas Nepos ex Medea Matris sorore genitus suscepisse habetur ex C. Cælio, qui fabulatur: Aeetæ tres filiæ Medæam, Angitiam, Circem fuisse; Circem Circæos insedisse montes, carminum maleficijs varias imaginum facies mentientem. Angitiam vicina Fucino occupasse, ibique salubri scientia aduersus morbos resistentem, cum desijsset inter homines viuere, Deam habitam. Medeam ab Sorore Buthrodi sepultam, filiumque eius Marsis imperasse. Sed Italia hoc præsidio familiari non penitùs libera est. Medeæ tamen, & Angitiæ nomina duabus perperàm Cælius impertiri declarat, cùm vna, eademque sit ab effectibus bifariàm denominata, cùm enim Medeæ carminibus frigidi Angues angerentur, Angitiæ nomen est additum. Sic Ioannes Boccatius in Genealogia Deorum, sic Petrus Marsus ad Silium, & Seruius ad illud Virgilij.

Plin. lib. 7 ep. 2. & lib. 25. ca. 2. Solinus cap. 1.

Aul. Gell. lib. 16. ca. 11.

C. Cælius.

Ioan. Boc. lib. 4. Geneal. Deor

Te Nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda &c.

Virg. Æneid. 7.

Est modò propè Oppidum Cappellæ parua sylua, quæ, corrupto vocabulo, Agnano dicitur, buxis, fruticibusque consita, herbis insupèr peregrinis ad medelam aptis, & præcipuè albo dictamo abundans. Ibi autem inhabitasse Medeam, templum, lucumque illi sacratum inferiùs dicemus. At de Marso Circes filio commẽtum totum esse à Circæo Promõtorio vbi insedisse creditur, suspicatur Cluuerius, vt ex celebritate illius celebrior origo monstraretur, sicque Veteres consueuisse recitat Liuius. Datur hæc venia antiquitati, vt miscendo humana Diuinis, primordia Vrbium augustiora faciat, & si cui populo licere oporteat, consecrare origines suas, & ad Deos referre Auctores. Sed an arte medica, herbarumque potentia, an veneficijs, & incantationibus, an insita à natura potestate venena contenderent, serpentesque domarent incertum est, vtrauis autem virtute, & scientia possibile Auctores demonstrant, sic Virgilius

Angitia sylua.

Cluuer. to. 1. cap. 15. de Antiq. Italiæ.

Liu. lib. 1.

Virtutes in serpentes an a natura?

Vipereo generi, & grauitèr spirantibus hydris,
Spargere qui somnos, cantuque, manuque solebat,
Mulcebatque iras, & morsus arte leuabat;
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit, neque eum iuuere in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ.

Virg. 7. Æneid.

Sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Sunt vndique salutiferæ herbæ per loca, & sicut Regio serpentibus abundat, ità & antidotis, à diuina etenim prouidentia factum est, vt non longè à venenis remedia absint.

Serpentũ copia veneno carentium.

In partibus, quæ circa Fucini lacum, & in radicibus montis Pinnæ præcipuè tanta adest Serpentum copia, vt æstiuo calore ex monte ad aquas descendere, & glomerati velut vitium fasciculi in saxis, lacusque scopulis considere inspiciantur; & quamquam veneno careant, habent tamèn fætorem adeò lethalem, vt veneno possit æquiparari. Quod experimento nostra hac tempestate in cuiusdam Religiosi personam didicimus. Is ex ioco æstiuis horis, quibus è cauernis egrediuntur, baculo quos poterat, necare delectabatur, continuauit per æstum iocum, donèc halitibus, & olfatu eorum tabe factus in morbum paulatim incidit, qui in dies crescens protrahebatur, & in cassum medicamina ruebant, donec, relata medicorum iudicio ad venenum causa, curaretur; quod & alijs plerisque, qui eos capere, aut occidere frequentabant euenit. Et ex eodem monte Terra instar Samiæ (quæ vulgò terra sigillata nuncupatur) effoditur, quæ mira virtute venena superat, & longè melior illa, quæ ex Hetruria, & Græcia venit à peritis iudicatur. Dicunt quod vas ex ea conflatum, si venenum recipiat, frangatur; Cæterum hanc potestatem non à Circe, sed à Medea accepisse testatur Silius.

Eorũ fætor veneno haud absimilis.

Terra instar Samiæ.

Sil. lib. 8.

..... Ac Marsica pubes
Et bellare manu, & chelydris cantare soporem,
Vipereumque herbis hebetare, & carmine dentem,
Aceteæ prolem Angitiam mala gramina primum
Monstrauisse ferunt, tactuque domare venena.
Et Iunam excussisse Polo, stridoribus amnes
Frenantem, & syluis montem nudasse vocatis.

Sicque edocti antidota herbarum, aliorumque mineralium, quibus Regio ista abundat, venenosos serpentes angebant, non sine tamen magicæ artis auxilio, qua præcipuè pollebant, vtrumque enim Sil. & Ouid. illis tribuit.

Ouid. 2. de Arte.

Non faciunt, vt viuat amor Medeides herbæ,
Mistaque cum magicis Marsa venena sonis.

Magijs enim, & carminum potentia possibile fertur à cauernis exire compelli, non quidem naturali virtute verborum, aut quod animalia intellectu carentia incantationes intelligant, & perscrutanti obediant vt quidam adducti auctoritate Psal. 57. crediderunt: furor illis in similitudinem serpentis, & sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantis, & venefici, incantantis sapienter. Et

Ps. 57.

Pli-

Plinius, Non pauci credunt, inquit, etiam ſerpentes incantari, & hunc vnum illis eſſe intellectum, contrahique Marſorum cantu, etiam in nocturna quiete. Attamen hoc diabolica fraude, non quod ſenſum verborum ſuſcipiant, accidit; vt homines talia aſpicientes facilius ad præſtigia inducantur, & artibus malis imbuti alios retrahant à veri Dei cultu, pro ut Sanctus Auguſtinus, Non quod potuiſſent, inquit, audire, & intelligere ſerpentes verba Marſorum, vt illis incantationibus proſiliant plerùmque de latebris, etenim illic diabolica vis operatur. Nec a iter euenire poteſt, ſiquidem nec credibile eſt ſecundum rerum naturam, vt ad vocem incantantis proſiliant, cuius non percipiunt ſenſum; ſic Horatius

Plin. lib. 28. cap. 2.

S. Aug. lib. 11. ca. 38. in Gē.

Horat. od. 17. Epod. lib.

Ergo negatum vincor vt credam miſer,
Sabella pectus increpare carmina,
Caputque Marſa diſſilire nænia.

Qualis qualiſque fuerit, tantæ apud omnes eorum virtus erat æſtimationi, vt Eliogabalus Imperator, quatenus ſuæ feritati ſatisfaceret, cùm ad ſpectaculum populum conuocaret, per Marſiæ gentis Sacerdotes ſerpentes collegiſſe feratur, eoſque ſubitò ante lucem, vt ſolet populus ad ludos celebres conuenire, effudiſſe, multoſque afflictos morſu, & fuga perijſſe, vt teſtatur Lælius Capitolinus, & Lampridius; Fauſtus item Præſes ad Sanctam Virginem Anatoliam euertendam, Marſum incantatorem acciuit, vt ſerpentum morſibus Martyrem afficeret; Quod & in Sanctum Pompeium Fortunatus Præſes egiſſe narratur à Surio, cuius hiſtoriam alternis hexametris, pentametriſque complexus Pompeius Sarnelli ſic cecinit:

Surius tō. 2. quarto id. Apr.

Pompeius Sarnelli in Epig.

Iniungit Marſis, chelydros cantare peritis,
Vt magicis curent agglomerare ſonis
Aſpides, Excetras, Præſteres, Dipſadas, hydros,
Et quicquid torto pectore ſerpit humi.
Carmina iam ſentit coluber, Seps, Vipera, Enydris,
Et geminum tollens Amphiſibæna caput.
Senſuri meliùs Pompeij carmina, ſigno
Qui valeat cunctos exuperare Crucis.

Neutrum tamen impoſſibile eſt, ſiquidem & venena vinci, & magijs ſuperari monſtrauimus, ſed nec ſpernenda eſt naturalis facultas, cum in Helleſponto ſimile hominum genus vixiſſe legatur, qui Ophiogenes appellabantur, & in Africa Pſylli, & in inſula Cypri Oblogones, niſi inter fabulas annectamus; Attamen in hac noſtra Regione in Terra Biſignæ D. Paulus Ciarallus tunc Archipresbyter, & omnes de eius fami-

Ophiogenes. Plin. lib. 7. cap. 2.

familia, qui ab antiquis Marsis originem trahere profitentur, absque vlla læsione serpentes capiunt, morsusque eorum oris saliua sanant, & in dextero humero serpentis effigiem impressam ex Matris vtero præferunt, eandemque virtutem in omnium hominum saliua, si à ieiuno proijciatur in serpentes, inesse testatur Plinius his verbis. Et tamen omnibus hominibus contra serpentes inest venenum, feruntque ictu saliuæ, vt feruentis aquæ contactu fugere; quòd si in fauces penetrauerit etiam mori; idque maximè humani ieiuni oris. Quod ex quadam naturali disconuenientia compositionis humorum vtriusque animalis prouenire demonstrat Galenus, Aliqua animalium, inquiens, conuenientia inter se, suosque habent; aliqua non solùm conuenientia sed etiam quæ se mutuò corrumpunt, veluti homo, atque vipera, quorum vtriusque saliua alteri est pernicies. Hanc enim conuenientiam, & simpathiam, & mutuum etiam odium non solùm hominibus, sed alijs animantibus Altissimus dedit, sic apes portantes venena, non moriuntur, vt docet Plinius, qui, Mirum tamen est, inquit, apes venena portantes, fingentesque non mori, nisi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus, sicut contra serpentes Psyllis, Marsisque inter homines.

Hominis ieiuni saliua serpentes necat. Plinius lib. 7. cap. 2.

Galen. de intemp. cap. 6.

Plin. lib. 21. ca. 13. in fine.

Vt cumque sit, non imputandum genti nostræ si magijs operam nauabant, tempore enim illo Incantatores diuinatores, quasi res Diuinas tractantes, appellabantur; plurimumque antiquitas arti tribuebat, & in magna veneratione illius Professores habebantur, cuius arcana Sacerdotes, & Reges callebant, & apud omnes Nationes, vt diuina notio colebatur non solum apud gentes, & Ægyptios, vt ex illis Exodi verbis: Vocauit autem Pharao sapientes, & maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam similiter. Proiecerunt que singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones. Sed & apud Hebræos, quibus erat veri Dei cognitio, cultusque; sic quippe Saul eorum Rex per Pythonissam spiritum Samuelis euocandum curauit.

Exod. cap. 7.

Regum 1. cap. 28.

De Marsya Lydio

CAP. III.

QVonam pacto Italia Tyrrhenia dicta sit, recitat Strabo sic: Tyrrhenos itaque quos Romani Hetruscos appellant, atque Tuscos Græci, Hoc nomine dixerunt à Tyrrheno Atyos filio, qui ex lydia Colonos hanc in Regionem (sicuti creditur) dimisit. Atys enim ex progenie Herculis, & Omphales vnus, cum sterilitate, & fame Populum emittere cogeretur, e duobus filijs (sorte iacta) lydum quidem

Strabo lib. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

dem Regni Succeſſorem tenuit. Tyrrheno autē maiorem applicans Populum foras abire iuſſit, hanc ille tandem ingreſſus oram de ſuo vocauit nomine Tyrrheniam, cumque ædificandis Vrbibus Tarcontem præfeciſſet, à quo Tarquinij nomen recepit, Ciuitates duodecim condidit, & ab eo Tarconte Haruſpicinam diſciplinam Hetruſcis traditam ferunt, ad quē teſte Solino à Marsya lydorum Rege legatum miſſum Magalē Caēi comitē tradunt, quem vinculis mācipatum, cum tandem ſoluiſſent, is ad loca vnde venerat reuerſus, & validioribus præſidijs regiones, quæ circa Vulturnum, & Campaniam ſunt occupat, cumque nimis audax ad loca, quæ Arcades tenebant, manus extenderet, ab Hercule victus in Sabinos ſe recepit, illoſque Sacrorum rituum cognitionem, & haruſpicinam artem edocuit. *Solin. cap. 2.*

Hunc etiā non lydium, ſed Pelaſgum fuiſſe aſſerit Cluuerius; Siquidem Pelasgi ipſi, & alij Græci, Italiam petierunt, Duce Oenotrio Lycaonis filio, & Peucetio fratre, à quo Oenotriæ, & Apuliæ Peucetiæ nomen datum, qui auxilio Aboriginibus fuerunt, & ſubiugandis finitimis, & ædificandis Vrbibus, permiſtique cum illis diuerſas Colonias extruſiſſe referuntur ab Halicarnaſſeo. *Cluu. de Antiq. Italiæ lo. cap. 15.*

Oenotrius autem à Græcia migrauit ſui patrimonij portione non contentus; Cum enim XXII. filij Lycaoni eſſent in totidem partes agrum Arcadicum diuidi oportebat. Hanc igitur ob cauſam Oenotrius relicto Peloponneſo, claſſeque parata, Ionium mare traiecit, vnàque Peucetius vnus è fratrum numero; & paulò poſt multas Vrbes partim ante à Siculis habitatas, partim verò à ſe ædificatas incolebant Pelasgi, vna cum Aboriginibus. *Halicarnaſſ. lib. 1.*

Longo etenim bello à Siculis Aborigines vexati, & cum ſine muris montana loca vicatim habitarent, Pelasgorum auxilio, illis expulſis, eos in conſortium receperunt; ſimulque extructas, & munitas Colonias erigere cæperunt, licet Pelasgi maritima, vt plurimum loca, inhabitarent, vt pro ſua ipſorum cum cognatis, & auctoribus propinqua ſocietate ſanguinis, perpetuo fœdere, & ſocia communione munirētur, ideòque ea loca vitanda Troiugenis Vates indixit, vt apud Virgilium. *Virg. 3. Æneid.*

Has autem terras, Italique hanc litoris oram
Proxima, quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu
Effuge; cuncta malis habitantur mœnia Graijs.

Quod & Silius innuit: *Sil. 8.*

Antè, vt fama docet, tellus poſſeſſa Pelasgis.

Vndique propè ad hanc Terrarum Orbis victricem, omniumque rerum opulentam diuitem gentes concurrebant. Sicque nouis perſæpè Habitatoribus auctam diuerſarum nationum, aut retinuit aut expulit

Plin. lib. 3. cap. 5. aduentantium habitatorum multitudinem, vt Plinius testatur, his verbis: Colonis persæpè mutatis, tenuerunt alij, alijs temporibus Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Veneti, Rutuli.

Iam verò cum hoc Tarconte Duce, quem è lydia missum volunt, huc aduentasse Tyrrhenorum multitudinem, ab eoque duodecim Ciuitates conditas, lydosque accolas Regionis affirmarunt; præcipuè cum, vt ait Strabo, lydi ipsi mutato vocabulo Tyrrheni appellabantur, sumpta etiam occasione legationis Magalæ ab Marsya lydorum Rege ad eum missi, quem in loca proxima nostris frustratis vinculis, se receptum imperasse, nomenque ex suo Regioni dedisse, ferũt, & quia magna similitudo nominis vtriusque fuisset, auctorem gentis Marsyam voluerunt, à quo etiam, vt Solinus refert, Archippa Oppidum conditum est.

Regem etiam hunc Marsyam, Phrygium plerique volunt ex proximitate lydiæ cum Phrygia, est enim ita contermina, vt fines confundãtur vtriusque, nec vna ab alia facile distinguatur, teste Strabone. Sicque canit, de eo Silius.

Strabo lib. 13.

Sili. lib. 8.

Sed Populis nomen posuit metuentior hospes
Cum fugeret Phrygios transæquora Marsia Crenos,
Mygdoniam Phæbi superatus pectine loton

Quem Tibicinem insignem, tibiarumque modulatorem affirmat, primumque qui adiunctis calamis geminam, multiplicemque tibiam inuenerit, sic Plaut.

Lydios modulos Amphionem
Vox lacerat gratos tibiæ Sonos

Cum alióquin Palladi referatur, eamque à se postea abiectam ob deformitatem, quam fæmineo vultui modulando inducebat, Marsyas postea reperit, & se inuentorem gloriabatur; quamobrem animi elatione superbus Apollinem ad certamen prouocauit, à quo iterùm victus propria pelle excoriatus pœnas dedit, cuius rei seriem, & Apollodorus recitat, & sic cecinit Ouidius:

Apollod. lib. 1.

Ouid. 6. fast.

Prima terebrato per rara foramina buxo
Vt daret effeci tibia longa sonos.
Vox placuit, faciem liquidis referentibus vndis
Vidi, & virgineas intumuisse genas.
Ars mea non tanti est, valeas mea tibia, dixi,
Excipit abiectam cespite ripa suo
Inuentam Satirus primùm miratur, & vsum

Ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Nescit, & afflatam, sensit habere Sonum.
Et modo dimittit digitos, modo concipit auras,
Iamque inter Nymphas arte superbus erat.
Prouocat, & Phœbum, Phœbo superante, pependit
Cæsa receſſerunt à cute membra sua.

Huius certaminis locus Celena Vrbs signatur, à qua non longè, lacus imminet, qui calamos gignit ad tibiarum linguas idoneos, & ab eo Marsiæ, & Meandri fluminis fontes emanant, quem fabulantur lachrymis Nympharum Marsyæ casum plorantium exortum Ouid. VI. Metamorph.

Ouid. 16. Metamorph.

Marsia nomen habet Phrygiæ liquidissimus amnis
Cuius aquas Meandro iungi canit Lucanus.
Qua celer, & rectis descendens Marsia ripis
Errantem Meandrum adit, mistusque refertur.

Originem huius fabulæ ad historiam confert Paulus Marsus, effingitque Marsyam magnum Regem Asiæ fuisse, eumque de Regno cum Apolline altercantem bello victum, fractumque Regno cedere, & propria relinquere compulsum, Italiam petijsse, & in hac nostra regione Sedem cum suis posuisse, & Colonias extruxisse, eisque nomina à locis à se antea possessis dedisse, cumque trux, hispidus, multibarbus, & pilis obsitus esset, vultumque, & aspectum ferinum haberet, Satirus effingitur, tibiarumque certamine victus cantatur, nam Marsiæ lacus propè quem victus recitatur, calamis abundat, vt Strabo testatur, Hoc in loco, inquiens, de Olympo Marsyaque conficta est fabula, & de contentione, quam Marsyas habuit cum Apolline, imminet lacus quidam, qui calamum gignit, ad tibiarum linguas idoneum.

Paul. Marsi. in 6. fast. Ouid.

Strabo lib. 2.

Et ad hoc suum inuentum, nomenclaturam locorum accommodat Siquidem hac victoria Celenam in Phrygia Ciuitatem nobilitat, de qua Lucanus.

....Quo tua munera Pallas
Lugent Damnatæ, Phœbo victore, Celenæ.

Et Liuius inquit:
Est etiam in Marsis Celanum oppidum, sunt in Asia, Apamea, Atranum, Ortigia Insula, Lycia, & Cappadociæ regna, montes Cariæ, Curriculum, & cætera loca, quarum in hac Regione nominis simultate illis sociari suspicantur, eaque omnia à Marsya ex priorum locorum dominio translata, & denominata fabulantur, nec tamen fictio verisimilitudini accommodari potest.

Liu. lib. 38

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

De Marro Duce, & Primis Marsiæ Terræ habitatoribus.

CAP. IV.

Diodor. Gram. lib. 10. cap. 2.

ADditur,& quidam Marrus, liberi comes,quem Diodorus Grã. genti noſtræ nomen dediſſe opinatur, eaque de cauſa ſtatuam, aramque ſacram libero Marti conſecraſſe,illamque Romanos,illis deuictis,ad Vrbem aſportaſſe, quod pariter figmentum ad operis oſtentationem non ad veritatem allatum putamus, Siquidem ſæculorum ſerie, & annorum curriculis Priſcorum facta deleta ex hominum recordatione ita exciderunt, vt certum quid de illis affirmare haud poſſibile exiſtimetur, niſi æuo teſtante, ad id quod vero proximum oſtenditur fides accommodetur, quo argumento vſus Philippus Cluuerius Marrum Ducem auctorem noſtræ gentis affirmat, à quo Marruuium Oppidum, Regionis olim caput, de quo Silius.

Cluu. de Antiq. Ital. to. 1. cap. 15.

Silius lib. 8.

Marruuium veteris celebratum nomine Marri
Vrbibus eſt illis caput.

Eò etiam precipuè quod Virgilius Archippum Regem Marruuiorum nominat.

Quin, & Marruuia venit de gente Sacerdos.
Archippi Regis iuſſu.

Virgil. Æned. 10.

Aliumque regnantem nomine Rhetum X. Æned. recitat.

Hinc Helenum petit, & Rheti de gente vetuſta
Anchemolum talamos auſum inceſtare Nouercæ.

Rheti fabulã alibi non ſe inueniſſe teſtatur Seruius, ſed quod Alienus ex Græcis deductam volet; fictumque Rhetum Marſorum Regem, Caſperiam, quam ſecundò duxerat vxorem, ab Anchemolo filio ſtupratam cum cognouiſſet, illum inſequens ad Turnum confugere coegit, & ex hinc natam Poetis occaſionem effingendi gentem Marſorum ex Phrygio Duce denominari; nam Rhetheum in Troade Phrygiæ oppidum eſt,& Caſperia oppidum Sabinorum vt apud Virgilium.

Virgil. 7.

Sil. 8.

Caſperiamque colunt, Foruloſque, & flumen Himellæ.
& Silius.

Hunc

Hunc Amiterna Cohors, & Bactris nomina ducens
Caſperula, hunc foruli magnaque Reate dicatum
Cœlicolum Matri....

Sicut & Peligni à Solymo Phrygio Duce ſe originem ducere profitentur, ita Ouidius. *Ouidius 4. faſtorum.*

Huius erat Solymus Phrygia Comes vnus ab Ida
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Et vtraque eadem ratione Sabinorum prolem nonnulli exiſtimarunt, ſic Ouidius. *Ouid. 3. faſtorum.*

Et tibi cum prauis miles Peligne Sabinis,
Conuenit Huic Genti quartus vtrique Deus.

Eò etiam præcipuè quod Caſperula in Sabinis ſit, & quod vtriuſque gentis communis erat Sermo, hernice, enim ſaxa Sabini, Marſique vocant, ſic Seruius ad Virgil. cumque etiam, & Herculem communem cum illis Deum colant, quem illi ſuum auctorem venerantur. Silius. *Seruius ad 8. Virg. Silius 8.*

Ibant, & læti pars ſanctum voce canebant
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de Patrio cognomine primus
Dediſti Populos magna ditione Sabinos.

Et in mea ipſius Patria lapis adhuc ſupereſt, dedicationem apricorum Herculi tutelari factam atteſtans, cuius verba hic tranſcribere ad firmitatem argumenti iudicauimus.

HERCVLI. DEO.
MILITES. APRICA.
CECILIANVS.
MAG. CVRAVIT.
C. SALTATORIVS. C. F.

Itaque à Marro Duce primum Marrubij ſeù Marruuij, poſtmodum (attrito vocabulo) Marſi ſunt appellati; quod non ita affirmamus, vt primas Colonias ab eo inuectas credamus, cum multò ante à filijs Noè Italiam, & hanc noſtram pariter Regionem habitatam, fuiſſe conſtet, & ab alio etiam Duce antiquitus denominatam, & ab illo forſitan nomen immutatum, vt propagatione Vniuerſi Orbis refert

Flau. Ioseph. antiqu. Hebr. lib. 1. fert Flauius Ioseph Hebræus post confusionem linguarum contigisse, nam gentes sermonum varietate perturbatæ ex suprema ordinatione prædoniti, ne vacuus habitatoribus Orbis existeret, diuersas plagas inhabitare cæperunt, quod & diuinæ scripturæ testimonio comprobatur in Genesi, in qua numerum filiorum Iaphet recensendo

Gen. cap. 10. dicitur. Porro filij Gomer, Ascenez, & Riphath, & Thogorma filij autem Iauan, Elisa, & Tharsis, Cetthim, & Dodaznim. Ab his diuisæ

Gen. cap. 11. sunt Insulæ gentium in regionibus suis vnusquisque secundum linguam suam, & familias suas in nationibus suis, & in sequenti capite. Atque ita diuisit eos Dominus, ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare Ciuitatem.

Cethim, seù Kithim ex interpetratione LXX dicitur Italia, cuius Regiones Colonijs vbique erectis, à Ducibus nomina sortitæ fuerunt, & qui postmodum aduentarunt, vt æternitati sese adscriberent (prioribus immutatis) de suo dederunt, quod paritèr in hac nostra Regione contigisse suspicamur. Siquidem primò Marrubij, à Duce Marro, antiquata veteri denominatione, vel à Mari (si ab etymologia licet argumentum sumere) denominari cæperunt, vt placet Seruio ad illud

Virg. Aen 7. Virgilij: Quin & Marrubia venit de gente Sacerdos.

Vbi Marrubij, inquit appellantur, quasi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, quanquam alij Marrubios à Rege dictos volunt.

Neutrum eorum tamen non displicet. Certè enim primi habitatores non alij quam Aborigines fuerunt, ipsiusque Noè magni Nepotes, siquidem, & ipse cum Titea magna vxore Italiam (relinquendo Armeniam habitatoribus repletam) naue aduectus, oram Tiberis penetrauit, vt Titea Aterni: & ab ipsis Colonias non paucas inuectas Petrus leo Casella de primis Italiæ habitatoribus asserit. Aduenit aiens Ianus placida exceptus Tiberis vehitura, quicum & noui Aborigines. Aduenit, & Vesta mari supero ad Aterni ostia, cui montana magis, & illius fluminis placuere fontes, & postmodum cum necessariò Coloniæ deducendæ essent, ex vtrisque Aboriginibus, & Vestinis eadem ratione, qua & depositi erant deducebantur, siuè per Apennini, vt diximus, propinquiores sinus, siuè per ceteros montes, & litoralia, quorum portus clauserant, Ianigenarum Custodibus scilicet per Colonias communitos.

Leo Casella de primis Ital. habitatoribus.

Berosus lib. 3. Ioã.

Rotinus Antiq. Rom. lib. 2. cap. 4.

Dionys. Halic. lib. 1.

Antiqui enim Noemum Ianum appellarunt, quem bifrontem effinxerunt, cui & Saturni nomen etiam indixerunt, de cuius nomenclaturæ ratione plura Cicer. de natura Deorum, & Macrobius in Saturnalibus, eique (vt assolebant) homines noua promebant, & rerum singularitate insigniti diuinos honores exhibebant; & quod ad hanc nostram orã peruenerit, & Colonias instruxerit clarè testatur Dionysius Halicarnasseus, qui enumerando illa, quæ suo auo extabant. Oppida

ait

ait,in quibus Aborigines habitarunt pauca supererant ætate mea: maxima eorum pars bello, alijsque pestiferis calamitatibus oppressa, desolata est.

Et post recensita aliqua subiungit. Ostenditur, & quædam Insula, cui nomen Issa palude cinta, quam absque munitione manufacta Incolæ cænosis, ac paiustribus aquis freti, tanquam mœnibus, habitasse feruntur; Issæ proximum est Maruuium in intimo eiusdem paludis recessu situm, distans quadragesimo stadio à Septem aquis, quæ ita vocantur. *Maruuiũ simplici, r, scribit Halicarnasseus, vtpotè à Mari dictum, sic lib. 1.*

Ad hæc etiam refertur illud Virgilij de gente vetusta. Ioachim Vadianus in abbreuiatura Geographiæ Italiæ, vetustissimam gentem Marsorum appellat, à quibus, & Marucini originem trahere gloriantur, vt eruditissimus Lucius Camarra in suo Theat. antiquo profitetur in cuius etiam rei testimonium in ipsa mea Patria nobile Iano dicatum erat templum, cuius vestigia hac mea ætate supererant, cum Apostolo Bartholomæo nouum ex illo ædificaretur; & ærei nummi non pauci effigie Iani bifrontis ex vna facie, & ex aduerso Nauis rostratæ, cum Fucinus lacus eructat, inueniuntur. *lib. 1. cap. 1. & 2.*

Satis sit vetera recitasse, vt habentur, quæ cum, vt vera asserere, non audeamus, verisimilia tamen dicimus, ita Iustinus. Sunt hæc similia veri, non vera; Potuit, & sic argumentari. Saturnus cum potentissimus Rex esset ad retinendam Parentum suorum memoriam, nomina eorum Cœlo, terraque dedisse, cum hæc prius alijs vocabulis appellarentur. *Iust. cap. 11.*

De fortitudine Marsorum, & fœdere cum Romanis inito.

CAP. V.

NOn minus genere, quam fortitudine gens nostra inter Italiæ Populos emicuit, etenim, & animi vires ad aduersa depellenda, & corporis robur ad ardua capessenda Auorum hæreditas fuit, vnde Mantuanus Vates non vulgari illo encomio extulit, cum cecinit. *Virgil. 2 Georg.*

Hoc genus acre Virum Marsos, pubemque Sabellam:

Et non in ignauiam prostrati, sed armis, & militari disciplinæ operam dando, vtramque Hostibus ostentarunt, plùs viribus, artisque peritia, & disciplina belligerando, quàm armis fidendo, quam laudem Consul Poeta tribuit, cùm inquit.

Ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Silius lib. 13.

. . . . . Ac Marsica Pubes
Et bellare manu, &c.

Et spectata virtute adeò celebris fuit, vt etiam remotis gentibus timorem incutere nouerit, quod Horatius sic canens affirmat

Horat. lib. 2. ode 20.

Me Colchus, & qui dissimulat metum
Marsæ Cohortis Dacus . . . .

Et à Romanis ipsis, qui sua potentia Orbem penè superarunt, ob hanc vnam gentẽ ad excidiũ propè deuenitur, vt idem ipse in Epod. testatur.

Hor. Epod. lib. od. 17.

Suis ipse viribus Roma ruit,
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi,

Et quanquã nõ numerosa propago, sed exigua esset Natio, nec amplum terræ sinum impleret, non solum apud Exteros, sed penes ipsos Orbis Victores, siuè pro ipsis, siuè contra ipsos arma sumpsit, & strenuitatis suæ nomen ampliauit, de qua Strabo. Hæc autẽ Natio, ait, exigua est quidem, cæterùm fortitudine conspicua, ostentata Romanis eorum sæpissimè virtute, primùm quidem cum aduersus eos bellum gerebant, secundò cum ipsorum militiæ societatem inibant, Tertiò cum & libertatem, & Ciuitatis communionem assequi volentes, repulsam passi desciuerunt.

Strabo lib. 5.

Proprium, & peculiare Marsorum semper fuit vincere, & hostes superare; gens quippè assueta armis, & animi ferocia cum habitudine corporum iuncta, & constanti virtute quorumcumque hostium potentiam parum timendo, ad aspera, & periculosa rerum certamina properabat, & sic spectata eorum virtus erat, vt quamquam in ipsa Romanæ Reipub. iuuentute, pro ea tuenda, ampliandaque delectus Militum haberetur, tamen fortissimorum virorum nostrorum legionem deligebant, quam Albæ ad quæque paratam semper habebant, de qua Cicero in Philippicis: legio, inquit, Marsica Albæ constiterat in Municipio fidelissimo, atque fortissimo, & alibi, Albæ constiterunt in vrbe opportuna, munita, propinqua. Huius Marsiæ legionis legio &c.

Cicero Philip. 3. & Phil. 4.

Et in orbis dominium, ad Barbarorum impetum retinendum ferociamque debellandam trãsmittebantur, cuius tribunatum antequam ad fastigium inueheretur Imperator Claudius II. in Illyrico gessit. Habebant autem ad certamina permagna, & præcipua scuta, quæ decumana appellabantur.

Varro lib. 6. cap. 22.

Sic Varro: Samnitibus, ait, scuta ad summum æquali fastigio, in imo verò arctata; Marsis amplissima, quæ decumana dicta sunt; quæ Festus Albentia vocat; Albentia scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt

Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Marsorum genere vsi sunt,hæc autem decumana vocabantur, quod essent amplissima,vt decumani fructus.

Decebat enim fortes armis etiam præcellere,vt præcipua essent, cui præcipua erat virtus, & fortia fortibus darentur, robur enim fortissimorum Virorum eos Breuiator Liuij appellat. Quorum virtutem cùm spectatam haberent Romani, in suam societatem, amicitiamque deuinxerunt,quæ solum inter bonos,consimilesque contrahitur, paria enim virtutis stemmata vtrique, ideoque animorum coniũctio facilis, vt firma,nec inutilis,aut inoperosa illis fuit, quippe quantum adiunctis Marsorum armis profecerint,imperium, Ditionemque dilatauerint,ex sequentibus demonstrabitur. In gestis eorum Princeps ipsius Historiæ Romanæ (meo quidem iudicio) primum gentis nostræ mentionem facit,cum belli Volscorum narrationem protrahit anno ab V.C.ccc. XLVI. Cum Æqui, Volscique agrum latinum, & Hernicum prædarentur,& ad occurrendũ prædationi, habito militum delectu, exercituque comparato venerunt ad arma, vnoque certamine Æquis,Volsciſque victis, ad nos vsque victricia arma transierunt, sic Liuius refert. Victor Exercitus depopulatus Volscum agrum, Castellum ad lacum Fucinum expugnauit, atque ex eo tria millia hominum capta. *Liuius lib. 4.*

Ad lacum Fucinum Marsi tantumodò incolunt, circumstant enim vndique; ideò nullus dubitationi locus est, Castellum expugnatum Marsorum fuisse.

Quid verò post hæc egerint Marsi, quemque fecerint belli finem Liuius non recenset, iacturam tamen hanc æquo animo tulisse, iniuriamque inultam reliquisse, auitæ Virtutis oblitos, non facile credimus;veriùs tamen fortunam belli varijs certaminibus tentasse arbitramur,quæ tempus abrosit, non enim omnia,quæ gesta sunt posteris remanserunt, multa enim temporis iniuria, & Historicorum deperditis voluminibus aboleta desiderantur,quæ ad Historicam narrationem,& veritatem prodessent;sunt & ipsius Liuij,Taciti, Polybij,aliorumque antiquorum mutilata, vix enim fragmenta habemus. Vnde Ouidius sic contra edacitatem temporis exclamat. *Ouid. Metamorph. lib.15.*

Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataque dentibus Æui.
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Credibile tamen est, hac occasione inter eos bellum exortum, & ex eo mouemur,quod post hæc societas arguitur ex Liuio lib.8.consensit, & senatus in bellum, Consulesque duobus scriptis exercitibus per Marsos, Pelignosque profecti, adiuncto Samnitum exercitu, ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Capuam, quo iam latini, ſocijque conuenerant, caſtra locarunt.

Dum enim patiuntur pacatum exercitum per ſuum agrum duci, haud dubiũ eſt, fœdere Romanis fuiſſe ſociatos, & poſt depopulationẽ pace firmata, cum hæc acciderint anno ab.V.C.cccc.XIV conſ.T. Manilio, Torquato, & Publio Decio Mure, & ſic poſt depopulationem Caſtelli annis LXVIII. eamque fœderis ſocietatem anceps Romanorum deliberatio ad bellum Veſtinis inferendum demonſtrat, quippe cum in ſuſpicione veniſſet Veſtinos Samnitibus iungi, & patefacta, deinde defectione diù hæſitatum fuit, & inter alios bellicos apparatus, nulla potior cura Conſulibus, vt ad Senatum deferretur, quam iſta, dubitabant ſiquidem Patres, ne impunitas in laſciuiam, ſuperbiamque verteretur, & alijs exempla darentur, timebant autẽ ne Marſi, Peligni, & Marrucini, quique arma non poſtponenda Samnitibus iudicabant, in eorum damnum irruerent, & proximo bello cum vicinis inito præmoniti ſocietatem, amicitiamque rumperent, ita Liuius,

Et erat, inquit, genus omne abundè bello Samnitibus par, Marſi, Peligni, & Marrucini, quos ſi Veſtinus attingeret, omnes habendos hoſtes.

Liu. lib. 8. Quod Veſtinorum bellum cum exortum fuerit L. Furio Camillo, & Iulio Bruto Sceua Conſulibus anno. V.C. cccc. XXIX. in amicitiam Romanorum, poſt relatam depopulationem Caſtelli Marſi, deueniſſe demonſtrat.

Sed ea ſocietas non diuturna, ſed breui annorum curriculo diſſoluta, ea eſt humanarum rerum conditio, abſolutis ſiquidem penè annis XXII. cum bellum Samniticum Romanos vrgeret, noſtrates, iunctis armis, memorabile bellum glorioſo facinore reddiderunt, licet ſuperior Romanus exiſteret Q. Fabio Mure, Tulliano III. & P. Decio Mure II. A. V.C. cccc. XLV. de quo Liuius, Cum Samnitibus, inquit, acie dimicatum, haud magno certamine hoſtes victi, neque eius pugnæ memoria tradita foret, ni Marſi eo primum prælio cum Romanis bellaſſent, ſequuta Marſorum defectione, Peligni eorum fortu-

Liu. lib. 9. nam habuerunt.

Primum bellum appellat Liuius, cum nullum anteà recitaſſet, & cũ aſſerit defectionem, ſequitur quod antea in fœdere erant, ſiquidem defectio eſt à fide ceſſare, & rebellem ſe reddere.

Ea (vt reor) defectionis cauſa fuit. Vlta Caudina clade, Romani poſtratis Samnitibus, paciſque conditionibus reiectis, penè biennales inducias conceſſere. Appulis, Theanenſibus, & Canuſinis æquo fœdere dato, & in exitu illius anni creatis nouis Conſulib. S.P. Nautio Rutilio, & M. Papilio Leno A.V.C. cccc XXXVIII. L. Aemilius Dictator aggreſſus oppugnationem Satriculæ occaſionem rebellandi Samnitibus dedit; cum Satriculani eſſent eorũ ſocij, ad quos tuendos exercitum compararunt, fortuna belli tentata, & abiecta ſpe tuendæ Satri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

triculæ, Poſtiam, & Pleſtiam Romanorum Socios, vt parem dolorem hoſtibus redderent circumſederunt, tandem ſequenti anno Romani Satriculam, Samnites Pleſtiam capiunt; ſic Liuius, Samnites, ait, Duce amiſſo, & per equeſtre certamen tentatis viribus amiſſa Satricula, quæ nequaquam defendebatur ad Pleſtiæ obſidionem redeunt, intraque paucos dies Satricula Romani per deditionem, Pleſtia per vim Samnites potiuntur. *Liu. lib. 9.*

Marſi, igitur, ea occaſione offenſi, cùm Pleſtiam eorum Vrbem, nec tueri à Romanis, nec redimi (captã ab hoſtibus) & intrà breue tempus in Æquos eorum conterminos arma vertere viderent, recentis cladis, & futuri damni timore compulſi (ne illis ſubactis) æquale periculum ſubirent; bellum cum Romanis inſtaurarunt, iunctaque eorum arma cum Æquis fuiſſe pacis petendæ legatio haud dubiè demonſtrat. Siquidem qui fortunam belli inæqualibus viribus experiri veriti, cum numero maiores hoſtium copiæ eſſent, cominus acie dimicare effugiunt, eo conſilio vſi, ne opprimerentur, vltra mœnia Vrbium contegi, quo melius tueri, & difficilius exitus belli hoſtibus redderetur, diffuſo exercitu vnuſquiſque ad Vrbem tuendam Milites mittit, ſed quid? non ſunt fortibus munimenta murorum obſtacula, intra ſexaginta dies quadraginta eorum oppida capiuntur, & ad internecionem nomen eorum penè deletum, de illis Romanus triumphauit, deijciuntur ideò animi, finitimi Oratores pacis Romam mittunt, inter quos, & noſtrates, illiſque fœdus datum, & in amicitiam recipiuntur; vt Liuius, De Æquis, ait, triumphatum, exemploque eorum clades fuit vt Marrucini, Marſi, Peligni, Frentani mitterent Romam Oratores pacis petendæ, amicitiæque ijs populis fœdus petentibus datũ.

Æqui iterum ad arma, iterumque vincuntur, & renouant Romani triumphum, exoritur interim Hetruſcum bellum, & Veſtinis pacem petentibus datur; Marſis, quibus potentia Romanorum & vicina arma ſuſpecta erant, coniunctorum Populorum deditio non parum timoris iniecerat, augebatur etiam ſuſpicio ex Colonia nuper Carſeoli in eorum fines deducta, ne communem ſortem haberent, imminenti malo occurrere deliberauerunt, eorumque agrum armis tueri conſtituerunt, quo cognito, Romani in ſuſpicionem adducti, & ſi in ſocietate erant, exercitum in eos pararunt, ne quid noui ſpecie tuitionis proprij agri molirentur, & L. Maximus Dictator cum exercitu proficiſcitur, vnoque prælio eos fudit, & in munitas Vrbes confugere coegit; fœdus tamen poſtea, illis petentibus renouatum, ſic fortuna ruit; eamque fœderis renouationem recitat T. Liuius, qui Marſorum, inquit, agrum vi tueri nunciabatur profectus Dictator cum exercitu, prælio vno Marſos fundit, compulſis deinde in Vrbes munitas, Miloniam, Pleſtinam, Freſiliam intrà paucos dies cepit, & partem agri mulctatis Marſis fœdus reſtituit. *Liu. lib. 9.* *Liu. lib. 10*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

His varijs rerum euentibus vires,& militaris disciplina Marsorum experimento comprobatur; timentur, vt fortes, in societatem asciscuntur vt similes,vincuntur, sed non fertur de illis triumphus, immo vt Appianus ait,nec de Marsis, nec sine Marsis triumphatum fuit, & post hæc, eorum constantia in omni Reipub. cætu emicuit, & siuè Italus,siuè Barbarus hostis Romanis fuerit, semper comites, socioſque habuerunt, excepto vnico illo sociali,de quo inferius, cum pro libertate, & Ciuitate bellatum fuit.

Appian. lib. 1. de bello ciuil.

De Bellis antiquissimis.

CAP. VI.

NOn vno,aut altero bello, sed in omni rerum periculo, siue appeterentur, siuè alios appeterent Romani, quocumque eorum status verteretur pactæ semel fidei perseuerantiam, inuincibilemque animi cõstantiam gens nostra,ad vtramque fortunam parata, demonstrauit, siquidem fidi, forteſque socij extiterunt, nec eorum virtutem aduersæ fortunæ casus deterruit, non frangitur in aduersis Amicus, sed roboratur, quod non vno tantum exemplo demõstrabimus. Illud nobis primum occurrit, cum non prospero rerum euentu cum Pyrrho Epirotarum Rege à Tarentinis in Italiam aduocato, iterum certamen est initum,& nouis Macedonum monstris (quippe eo primum bello Elephantes ad pugnam euecti) Romanorum imperterrita fortitudo deiecta,& profligatis exercitibus, bina trophæa hostibus concessa fuere,non sine Epirotarum cæde,& plurimo profuso sanguine, ita vt Victor proclamauerit,si alia pugna iterum Romanos vicerimus, omninò peribimus.Rerum Romanarum periclitantium casus Brutiorum,Lucanorum,& Samnitum animos à Romanis auertit,Victorisque arma sequuti, in apertam defectionem deuenerunt. At non ita Marsi, nam inuiolabili fœderis Sacramento eorum fides firma, stabilisque fuit, nec animum à societate (licet aliorum exemplo prouocati) auerterunt, & si Victoris arma ad mœnia penè Romanæ Vrbis aduecta vidissent, quod non obscurè annuit P. Sulpitius Galba in concione pro bello,Philippo inferendo,recitata à Liuio. Quanto magis florentem Italiam,quanto magis integras res, saluis Ducibus, saluis tot exercitibus,quos punicum postea bellum absumpsit, agressus Pyrrhus tamen concussit,& victor propè ad ipsam Vrbem Romam venit; Nec Tarentini modo, Oraque illa Italiæ,quam magnam Græciam vocant, vt linguam,vt nomen,secutos crederes,sed Lucanus,& Brutius, & Sãnis à nobis defecerunt.

Liu. lib. 31

Et prosequitur Oratio exprobando deficientium infidelitatem, quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

quos ſolum antedictos appellat;nec de noſtra gente conqueritur,quæ cum in fœdere eſſet, belli ſocia fuit, quod ex alio demonſtratur.

Refectis viribus Romani, doctique qua arte vincerentur, in auctorem irruerunt, illumque ſolo cedere,& ad propria remeare coegerunt,& in eos poſt modum, qui cum Pyrrho conſenſerant arma mouerunt,infidamque perfidiam vlciſcendo omnes ſubuerterunt, ſic Polybius. Acriter igitur huic bello inſiſtentes, Pyrrho, eiuſque copijs tandem ex Italia expulſis,rurſus eos quoque, qui cum Pyrrho ſenſerant, ſubuertebant. *Polybius lib. 1.*

Nec defectionis culpa in nos refertur, quorum fidei firmitas in ſuſpicionem non venerat,nec verebantur eos ſocios,ſtabileſque Amicos permanſuros, imò tanti eorum animi ſinceritatem faciebant, vt cum timor Gallici exercitus, qui ex Alpibus ad confederationem Boiorum in Romanæ ditionis irruptionem deſcenderat, non parum animos incuteret,in Marſos,Ferentanos, Veſtinos,& Marrucinos omnis ſpes Reipub.Senatuique fuit, & cum ad occurſum aduentantium Gallorum exercitum, copiaſque dirigerent pro conſeruatione Vrbis & Senatus delectum Militum, & quos fidentiores iudicarunt habuerunt, & vt præſidio eſſent in ipſa Vrbe ſtationem decreuerunt, ijque noſtrates, & alij fuerunt,ſic Polybius, Marſorum autem, inquit, & Marrucinorum, & Ferentanorum, & præterea Veſtinorum peditum viginti millia,Equitum autē quatuor millia.Et cum punicum bellum inſurrexiſſet, & Annibal ſuperatis Alpibus in Italiam deſcendiſſet, ſocius Romanæ fortunæ Marſus miles fuit, armaque contra Afros tulit,& vt præcluderet hoſti viam ad Ticinum occurrens, in conflictu cum hoſte non ignotæ ſtrenuitatis facinora oſtendit, eoque in bello fidem,quam Romanis præſtitit,illuſtrauit, de qua Silius cecinit, *Polybius lib.2.*

Dumque ea Gallorum Populi dant funera campo
Accitas properè caſtris in prælia Conſul
Raptabat turbas; primuſque ruebat in hoſtem
Candenti ſublimis equo, trahit vndique lectum
Diuitis Auſoniæ Iuuenem, Marſoſque, Coramque, *Silius 4*

Et licet poſteà, Traſimena victoria elatus, Afrorum Dux Annibal (cum nequicquàm ageret in Spoletana expugnatione) per Picenum exercitum ducens,Marſos ipſos deuaſtaſſet, ij nec viribus, nec animo defecerunt; Quippe cum apud Cannas infelici rerum euentu, iterum certamen eſt initum, noſtrorum militum copiæ adfuerunt, & ad retundendum Inimicorum furorem in conſpectu aciei ſunt oppoſitæ, vt Silius inquit, *Silius 9.*

Tum

Tum minitans properè deſcribit munera pugnæ
Quique feras ſæuus gentes, aciemque Nealces
Temperat, hac ſe ſe Marſo cum milite, cumque
Samnitum opponit ſignis, & Iapyge alumno.

In quo victor Poenus adeò memorabili clade Romanos affecit, vt tres anulorum aureorum modios, quos è mortuorum nobilium manibus euellerat Carthaginem miſerit, tàm luctuoſa, & lacrymabilis pugna, & Romanis, & nobis fuit, cum & Cohors noſtra ſimul victa ceciderit, vt paulò poſt cecinit Silius

Paſſim ſigna iacent, quæ Samnis bellifer, & quæ
Sarraſtes Populi, Marſæque tulere Cohortes.

Et ſi his contrarijs auſpicijs apud Cannas Res Romanorum in magno diſcrimine veniſſet, & multi noſtrorum cecidiſſent, & ob id ex confederatis ſocij non pauci defeciſſent, vt in calamitatibus aſſolet, vt Liuius, Quanto maior, ait, hæc clades ſuperioribus cladibus fuerit vel ea res indicio eſt, Quod qui ſociorum ad eam diem firmi ſteterint, tum labare cæperunt nulla profectò alia de re, quam deſperare cæperat de imperio. *Liu. lib. 22*

Et proſequitur numerando Populos qui ad Pœnos defecerunt (Marſis excluſis) gloria ſiquidem noſtrorum eſt, non numerari inter deſciſcentes, ſed ſociari aduerſæ fortunæ ſociorum, illorumque ſtatus miſereri, non aduerſari; ſuamque in hoc infelici rerum concurſu, ſinceram animi beneuolentiam demõſtraſſe æxiſtimarunt, niſi ad reparandum gloriæ monumentum, & damna recapeſſenda alacri animo ad maiora ſe præpararent; Cum enim Senatus ad oppugnandam Carthaginem exercitum conflaret, Marſi voluntariè nomina dederunt, & vt ſocij calamitatum in bello Cannenſi fuere, ita militiæ ſigna ſequentes huius Victoriæ triumphi participes fierent, vt Liuius. Marſi, inquit, Peligni, Marrucini voluntaria nomina in claſſem dederunt. *Liu. lib. 28*

Quo confirmatur in fœdere præſtitiſſe, ſi quidem non delectum de noſtratibus, vt de ſubditis, habitum; ſed cum quæ molirentur Romani innoteſcerent, ex animi arbitrio, quo fortuna tenderet, ſe ſpoponderunt, eſt & aliud eorum conſtantiæ exemplum quod afferimus.

Iam exorta erant Ciuilia bella; Cæſar, & Pompeius de primatu decertabant, obſidebant Ceſarienſes confinium, quod pro Pompeio tenebatur, noſtri ad Reipub. ſtatum animum intendentes, Pompeij partes ſequentes, in eã ſe receperunt Vrbem, in qua Domitius præfecturam gerebat. Is cum periclitari res videret, ad Pompeium ſcripſerat, vt præſto eſſet, ad quem cum reſcripſiſſet, ſe in ſummum rerum periculum non deducturum ſed ſuppetias ſtato tempore daturũ; Pertertitus

ideò

ideò Domitius dissimulato responso, fugâ capere machinabatur; quod cum exercitus ex colloquutionibus cum fidentioribus perscrutatus esset, & in faciem ipsius trepidantis consilium legisset. Primores Milites secessum faciunt, & in quæstionem Domitij consilium adducunt, & vt quisque suæ saluti consulat, statuunt; hanc ignominiæ notam effugiunt Marsi, & fugæ consilio aduersantes à cæteris, recedunt & vt constantiam, quam profitentur, ostendant, in munitissima parte Ciuitatis se recipiunt, tantaque dissentio cum reliquo exercitu oborta fuit, vt ad arma deuenerint, nec cessatum à pugna, donec detecta dissimulatione, & cognito Domitij consilio, illum Cæsari offerunt, & in eius potestate Ciuitatem, se seque dederunt cuius fortunam postmodum sunt sequuti, quod, & in suis commentarijs de bello ciuili lib. primo recitat. Ab his primo Marsi dissentire incipiunt, eamque Oppidi partem, quæ munitissima videretur, occupant, tantaque inter eos dissentio extitit, vt manum conserere, & armis dimicare conarentur, post paulò tamen, internuncijs vltrò, citròque missis, quæ ignorabant de L. Domitij fuga cognoscunt, atque omnes vno consilio Domitium productum in publicum circumsistunt, & custodiunt, legatosque ex suo munere ad Cæsarem mittunt, se se paratos esse portas aperire, quæ imperauit facere, & L. Domitium viuum in eius manuum potestatem eras dare.

Cæsaris comm. de bello Ciu. lib. 1.

De bello Marsico, seù Sociali, deque causis vnde motum fuerit, & prodigijs ante illud exortis.

CAP. VII.

AMicitiæ, & inimicitiæ Mortalium non sunt immortales; humana consilia mutantur tempore, reguntur vtilitate; quæ ad vicissitudinem vrget ratio, ex insurgentibus nouis ad odium impellit, cessantibus scilicet, quæ animum nutriunt, vt mutuis prosequamur officijs.

Dum Populus Romanus suis contentus legibus inuiolata iura sociis seruauit, pax, quiesque diuturna fuit, sic enim fœderis pacta in æquilibrio sunt posita, vt quæ socius à socio requirit, ipse exhibeat, sed cum ex prosperis fortunæ euentibus magnarum rerum successibus elata Romanorum superbia, feneſcente virtute, lasciuiret, cultus Iustitiæ, corruptis moribus, langueſceret; ad deliciarum illecebras solum intentus, publicarum rerum cura postposita, torpor omnia obrepserat, Vnde primum inter Ciues contentiones, post modum externa manarunt bella, atque huius belli causam refert Diodorus Siculus in fragmentis.

Diod. Sicul. lib. 37.

Belli

Belli causa prima fuit, quòd Romani compositis, sobrijs, & continentibus moribus, per quos tantopere creuerant, ad pernicioſum deliciarum, & intemperantiæ ſtudium deſciuerant; Hinc ob corruptelam orta Plebis aduerſus Senatus ſeditione, cum deinde Senatus Italorum opem imploraſſet, & ei optatum illud Romanæ Ciuitatis Ius pollicitus fuiſſet, idque lege ſancitum promiſiſſet, cum promiſſio nihil Italis præſtaretur, exarſit ex illis bellum aduersùs Romanos, conſulatum gerentibus L.M. Philippo, & Sex. Iulio Olimpiade. CLX.

Quod vt qualitèr acciderit intelligatur, repetenda paulò altius res eſt. Iam diù gens noſtra pro finibus Imperij dilatandis armis inſudauerat, & cladibus, calamitatibuſque attrita, quæ mala aduenerant, ſuſtinuerat, quot enim tot bellis ex noſtris ceciderint, ſuperiora indicarunt, obliteratis tamen fœderum placitis ad inæqualia iudicabantur, & laborum, & facinorum memoria, & auxilia in omni apparatu bellico præſtita, quibus ad faſtigium Imperium deuenerat, iam abſoleta, auctis vectigalibus, auaritiæ Dominantium inſeruire, duplicem militum numerum dare, tributa noua pendere cogebantur; Neque hoc vno tantum malo, Marſi, Italique omnes premebantur, ſed diuitum elata potentia, latifundia contra legum edicta per totam Italiam auxerat, quæ ſpoliatis antiquis poſſeſſoribus, colenda ſeruis addixerant, ob idque arua Ciuitatis, lareſque deſerere coacti; hoc vnum conſilium, in tanta rerum acerbitate fuit, in Vrbem ſe recipere, quæ Imperij domicilium erat; Cum iam deuicta Africa, Aſia, & Macedonia, penè Vniuerſi Orbis dominatu potiebatur, ibi melius, & commodius vitam ducere arbitrabantur, eoque iure vti licere, ſicque ex omni Italia concurſus migrantium ad Vrbem in dies augebatur, vt Ciuitate potirentur, quam tantopere optauerant, illiuſque Ciues aſcribi, quod tamdiù rationibus ſuis accommodatum exiſtimarunt, & de quo pluries conqueſti fuerunt, vt Paterculus, Queſtos eſſe Italicos, ait, quod cum duplici peditum, equitumque munere fungerentur, Ciuitatis tamen Romanæ expertes eſſent.

Appianus lib. 1.

Paterculus.

Siquidem A.V.C. DLVIII. M. Catone, & L. Valerio Flacco Coſſ. nouum Ius Ferentinates tentarunt, vt latini, qui in Coloniam Romanam nomina dediſſent Ciues Romani eſſent, cum autem Puteolani, & à Salerno, & Buxento aſcripti Coloni, qui nomina dederant, ob id ſe pro Ciuibus Romanis ferrent, Senatus iudicauit eos Ciues Romanos non eſſe, vt apud Liuium.

Liu. lib. xxxiv.

Quod cum ipſis denegatum eſſet, & conſilio præcaueri non poſſet hac arte aſſequi exiſtimarunt; ſedibus igitur, ac penatibus ſuis, furtim Romam traductis, clam in Ciuitatem irrepſerunt, ibique vti Ciues cenſebantur, quod & aliud malum peperit, nam qui remanſerant pro iam cenſitis, & commigratis eundem cenſum pendere, militeſque eodem numero dare cogebantur. Vnde Socij latini nominis tanto one-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

onere oppressi, vt Senatus huic licentiæ frœna inijceret, & vt in suas quisque ædes redirent postularunt Lepido,& Flaminio Coss. A. V. C. D.LXVII & à Prætore Q.Terentio Culleoni Censori negotium datum, à quo duodecim millia latinorum Ciuitatem arripuisse inuenti sunt,quibus vt ad suas redirent sedes imperatum fuit,sed cum per hoc onera non alleuiarentur, vt legis edictum elideretur per fraudem excogitarunt. Ex alterius legis beneficio, qui sociorum domi liberos ex se natos reliquerat, Ciuitatis iura potiunda concedebant? qui filios, quos habebant, quibuscunque Romanis mancipia, ea conditione, vt manumitterent,dabant,à quibus postea manumissi Libertinorum Iura obtinebant, & sic qui liberos ex se natos domi reliquerat, & qui non reliquerat Ciuis Romanus efficiebatur. *Liu. lib. 12.* *A. V. C. DLXXVI C. Claud. et T. Sēpr. Coss.*

Postmodum edicto autem spreto, promiscuè sine lege, sine stirpe in Ciuitatem Romanam transibant, exinde per aliam legationem iterũ socij,& cum his Fregellani,Samnites, & Peligni conqueruntur, attestantes,quod si hoc permitteretur, infrà pauca lustra oppida, agrique eorum desererentur; nullumque militem (ob defectum Ciuium) dare possent, vndè ex S. C. C. Claudius legem edixit, vt socij in suas redirent Ciuitates, & ne quis, Ciuitatis mutandæ causa, quempiam suum efficeret, neuè alienaret, & si quis Ciuis Romanus factus esset, Ciuis non esset,& sic, ex legis præcepto, ad sua remearunt. Hæc cum ita se haberent, ageretque tribunatum P. Tiberius Graccus A. V. C. DCXX. subleuandæ Italorum miseriæ, patrocinium sumpsit, & luculenti oratione ad populum strenua eorum facta, fortitudinem, fidelitatemque recensuit,exprobrauitque infidelitatem,& inutilem seruorum numerum, & diuitum intolerabilem potentiam rememorando, eò deueniisse monstrauit,vt ad mendicitatem penè socios adduxerint,quippè qui omnia in suam redegerint potestatem; nam vt eorum possessiones quæ ex agris multatis illis aduenerant ampliarent,omni violentiarum genere vicinos solicitabant, vel pecunia ad vendendas, vel vi ad cedendas,& sic optimis agris tota ferè Italia denudabatur; & licèt, quibus possessiones auferebantur continuus esset ad Vrbem accessus,conquestus tamen eorum non audiebatur, qua de re penè ad desperationem adducebantur. *A. V. C. DCXX.*

Quibus malis, vt obuiaret Tiberius, se legem de agris diuidundis, Ciuitateque danda laturum spopondit, & ea promulgata, cum, vt ad effectum deduceret, post annum prorogari tribunitia potestas exposceret,ab optimatibus, qui ægrè ferebant priuari possessionibus, quas acquisierãt,interfectus, Ciuitatẽ Italis promissam dare minimè voluit. *Liu. lib. 58.*

Illo de medio sublato,paulò post,cum Caius Graccus eius frater eãdem Prouinciam reassumeret, & qui ea lege agrorum suorum possessionem auertere viderant, P. Cornelium Cœpionem aduocarunt, quo vso Patrono eas se retenturos confiderant qui, vt ea ad consonantiam

reduceret,& vtrique parti satisfacere pertractaret domi scelere interemptus fuit.

Appian. *A. V. C. DXXV.* Interim non defecerunt,qui ad agros defendendos, vt Ciuitatem peterent,Italicos concitarent,quod alacri,ac libenti animo acceperũt, isque præcipuus fuit M. Fuluius Flaccus Cons. qui legem proferre profitebatur,sed Senatus (re cognita) distulit ad finem susceptibelli eum implicans, donec anno consulatus expleto, captus, etiam interideretur, eodemque modo cũ C. Graccus T.F. ex edicto Italis, atque Ciuibus Romanis ius suffragiorum communicasset, vt inferendis legibus suffragatores haberet, Senatus pariter , qui aduenerant abire , cæteri nè ad quinque milliaria Vrbi appropinquarent , iussit.

Appian. Inde cum vterque ab inceptis non desisteret , sed ad profectum adducere conarentur, Principum in se animos concitarunt, quos, vt effugerent, & à tumultuosa multitudine se eriperent , Graccus vltra Tiberim per manus proprij serui mortem recepit , Flaccus à tumultuantibus in Vrbe occisus fuit.

A. V. C. D. CLV. Spe igitur potiundi interciſa, magno dolore Italia exarsit,& aliquãtulum à postulatis destiterunt , donec anno V. C. DCLV. A. Lucio Crasso,& Q. Mutio Sceuola Cos. de Ciuibus regundis , lex lata fuit, vt in suæ quisque Ciuitatis ius redigeretur, qua, Principum Italicorũ animum plurimum exasperarunt , vt ex inde defectionem cogitare ceperint.

Liu. lib. 70. His accessit inter equestrem ordinem , & Senatum dissentio; iam ex Romuli instituto , in omnes gradus Ciuium iudicandi potestas ad Senatores solùm aduenerat, mutilauerat illam, lex lata à T. Sempronio T.P. transferens in equestris ordinis cætum de pecunijs ob iudicandũ captis,iudicium, quo fortunas, vitam Patrum, & Principum in manus habebant, & in tantam potestatem elati , interceptis victualibus pecu-

Florus lib 3. cap. 17. labantur suo iure Rempub. & Senatus exilio Metelli,& dãnatione Rutuli omne decus Maiestatis amiserat,id ægrè ferens,omni vi nitebatur, crescentem audaciam confringere,& iudicia ad se reuocare; cum ecce

Plin. lib. 33. cap. . ex odijs priuatorum publica susciputur causa, siquidem inter Ser: Cepionem , & Liuium Drusum ex anulo in occasione venali , inimicitiæ

Liu. lib. 71. cæpere,& Cepio partes plebis,& Drusus causam Senatus fouendam susceptit,quam vt viribus tuerentur pernicioſa spe largitionis, plebem concitauit, & Italicos Populos, spe Ciuitatis Romanæ potiundæ solicitauit, illisque adiuuantibus per vim, legem agrariam , & iudicialem, vt æqua parte (scilicet) iudicia penes Senatum , & equestrem ordinẽ essent, tulit; qua vtrique ordini parum satisfecit , neutri enim grata fuit, ob idque Consules necem illi machinabantur ; qua, proditione domi suæ ab incognito, sequnta, qui partes illius fuerant sectati proscriptionibus damnabantur: Vnde nostrates,iterũ spe frustrati arte Senatus delusi, desperata ciuilitate , quã assequi aliter quam armis minimè

mè posse existimarunt, ad ea animum vertunt, sic Florus. Postquam ille domestico scelere oppressus est, eadem fax, quæ illum cremauit, socios in arma, & in expugnationem Vrbis accendit. *Florus cap. 8.*

Quid tandem facere debuerant Italici, ab Vrbe reiecti, cum refugerent, ad iura Ciuitatis non admissi cum postularent, vectigalibus non alleuiati, cum promerentur, cum onera pro Republica sustinuerint ab honore repulsi, nisi Romanorum ingratam perfidiam armis vlciscì, talesque se illis ostendere pro proprij iuris tuitione, quales cum eorum tuebantur visi sunt? quis eorum tolerantiam damnet? vel iustam defensionem inculpet? iustè igitur à Socio, à quo societatis iura obruta viderant recesserunt, iustè arma sumpserunt, sicque eos Paterculus defendit.

Quorum vt fortuna atrox, ita causa fuit iustissima, petebant enim, eam Ciuitatem cuius imperium armis tuebantur per omnes annos, atque omnia bella duplici numero se militum, equitumque fungi, neque in eius Ciuitatis ius recipi, quæ per eos in idipsum peruenisset fastigium, per quod homines eiusdem, & gentis, & sanguinis, vt externos, alienosque, fastidire posset. *Paterculus lib. 2.*

At quanta futura clades huius belli fuerat, prodigia vndique exorta indixerunt, siquidem teste Plinio circa initium huius belli, Alcippe mulier Elephantum, & quædam Ancilla Serpentem peperit, & Cicero primo de Diuinatione sequentia refert. *Plin. lib. 2. cap. 83. l. 3. cap. 3. lib. 8. cap. 57. Henricus Fernerius de obstentis cap. 8.*

Initio belli Marsici, & Deorum simulacra sudauisse, & discessisse Cœlum, ex occulto auditas esse voces, quæ pericula belli nunciarèt, & Lanuuij clypeos (quod aruspicibus tristissimum visum esset) à muribus esse derosos.

His etiam maiora refert Plinius, In agro, inquiens, Mutinensi montes duo inter se cõcurrerunt, vnusque aduersus alterum, rapido motu, & inusitato strepitu quatiebantur, quasi ad pugnã concurrerent, & cum quisque ad suum rediret locum, oppida, quæ in medio erant concussa ruerunt, & animalia ferè omnia occiderunt, & interdiù (nam pluries id accidit) nocte ferè semper, die postero fumi, vaporesque ignei ad Cælum protendentes visi sunt, spectantibus ad viam Aemiliam multis equitibus Romanis, & viatoribus rei nouitate adductis. *Plin. lib. 2. cap. 83.*

Et licet fidem non excedant, cum naturali ratione peragi possibile sit, nec præterea obstenta ex varijs siquidem, vel terræ exalationibus, vel aeris impressionibus gigni, & produci effectus etiam maiores, probant Philosophi, quæ monstra sunt, quia rara; non ideo autem spernenda, cum longa obseruatione futuram cladem demonstrari pronuncietur, licet ea Herodes ista ratione deriserit; vt Ioseph Hebræus. *Ioseph de bello Iudaic. lib. 1*

Nihil nos, inquit, terreat rerum anima carentium motus atque arbitramini terræ congressionem alicuius futuræ cladis esse portentum, naturalia enim sunt, ipsorum etiam elementorum vitia, nullumque

damnum inferunt, nisi quod ipsa effecerint. Attamen natura ipsa verbosa est in tacitis monumentis, ita vt cum admirabile sit, quod productum est, aliud nos ex ostentis doceat intelligere.

Plutarc. in Sylu. Referantur tamen, & alia non minore admiratione digna, quæ fidem superare videntur; vt illa quæ Plutarcus in Sylua refert. Hastæ, quibus vexilla gestantur per se ignem emiserunt, tres Corui pullos in via productos deuorarunt, eorumque reliquias intra nidum retulerunt; mures suspensum in Templo aurum corroserunt e quibus Æditui quãdam casse fœminam cæperunt, & ibidem quinque enixa masculos, tres absumpsit; quod autem maximum fuit ex aere sereno, & omni prorsus carenti nebula, tubarum sonitus increpuit, acutas, & lugubres intẽdens voces, adeò vt cuncti præ magnitudine timoris vecordes comprimerentur. Pro monstro etiam est, quod S. Augustinus de Ciuitate Dei recitat.

S. Aug. de Ciuit. Dei lib. 3. cap. 23. Antequam aduersus Romam, sociale bellum, latium commoueret omnia animalia humanis vsibus subdita, Canes, Equi, Asini, Boues, & quæcumque alia pecora, quæ sub hominum dominio erant, subitò efferata, & domesticæ lenitatis oblita, relictis tectis, liberè vagabantur, & omnium non solum alienorum, verum etiam Dominorum auersabãtur accessum, non sine exitio, vel periculo audentis, si qui de proximo vrgeret; quanti mali signum fuit, quod tamen malum fuit, etiam si signum non fuit.

Superarunt longè omnia mala, siquidem tùm tremendum, & formidabile Romæ fuit, quale ante vnquam bellum fuerat ità vt Romanorũ Imperium sub tanta mole ruere suspicabantur. Siuè autem à natura fuerint, siuè malorum Dæmonum arte, vt in cultu falsorum Deorum homines continerent, quod vel illusione, vel alio quoque modo eorum virtuti (sic Deo disponente) permisso, vel ab ipso Summo Deo protenerint, vt Poeta de Ioue cecinit.

Terrificam capitis concussit tèrque quatèrque
Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera quassat.

Omina fuerunt: Vult enim omnium rerum Opifex, quibus quotidiana viluerunt per insueta monere; Sic tremendi Iudicij diem per signa denunciare promittit, vt cum ea viderint homines, finem cogitando, à malis auertantur, iusto timore perterriti, ac pœnitentiæ stimulis agitati

Damasc. retractent, quæ egerint mala, & bonorum operum fructu ad misericordiam Deum impellant, sic enim Damascenus dicebat. Ordinantur à Deo ad salutarem timorem imprimendum ob dira mala quæ comminari creduntur; sic Machab. 2. superis illos ostentis terrebat, quæ illi rogabant vt in bonum conuerteret; & ne à veraci Philosophia aberremus, cogitandum, ad hunc præcipuum finem Angelorum ministerio hoc agi; & quatenus Cometa sit effectus naturalis, tamen Deus vtitur naturalibus effectibus ad hunc finem.

De

De apparatu, & tempore, quo bellum Marsicum gestum fuit.

CAP. VIII.

EXasperatis (vtporè qui spe potiundæ Ciuitatis frustrati) nostrorũ animis, in facinus illud exarserunt, vt cõtra Mundi Dominã, Victricemque insurgere viribusque quod alio pacto potiri nequierant, assequi cogitarent, iuraque armis vindicare, vt natura docuit, & ratio consuetudoque commostrat, ita enim Rotionalis adiuncta est irascibili potentiæ, vt ea, quæ ipsa suadet, tueatur, adspirantes ad Iura illius vrbis admitti, quam viribus auxerant, & cuius imperium toto orbe dilatauerant. Repulsam in iniuriam retulerunt, diù clamitauerant, omnique opere infudarunt, spe tandem destituti, ad arma conuolare contenderunt. Vt Liuius,

Irati Italici, ait, defensionem cæperunt agitare, eorum Coitus, coniurationes; orationesque in concilijs Principum referũtur, propter quod, & Seruius Drusus, etiam Senatui inuisus factus, veluti socialis belli Auctor. *Liu. lib. 71.*

Et quia ad tantæ molis apparatum proprias vires haud sufficere arbitrarunt, ideo quorum non dissimilis erat causa conuenerunt, vt fœderis vnitate compacti, iunctis viribus decertarent, sicque non solum, quos semper amicos habuerunt Marrucinos, Pelignos, & Vestinos, sed omnes ferè Italiæ Populos conuocarunt, vnde, & Florus declamat: Quid hac clade tristius? quid calamitosius? eum omne latium, atque Picenum, Hetruria omnis, atque Campania, postremo Italia, contra Matrem, & parentem suam Vrbem insurgerent; cum omne robur fortissimorum fidelissimorum Sociorum sub suis ipse signis haberent municipalia illa prodigia. *L. Florus lib. 3. cap. 18.*

Eaque de causa factum est, vt ab ipsis denominaretur, si quidem principium vnde exarsit dederunt, cum non æquo animo iniuriam tolerantes, armis, viribusque protendere, & ausi fuerunt, & alios suscitarunt, licèt postmodum ex confœderatione sociali, & ex Populis Italicum pro libito scribentium sit appellatum, sic Strabo.

Marsicum, inquit ideò nominatum est bellum, quoniam à Marsis suscitatum fuerat, initium præsertim à Pompedio. *Strab. lib. 5.*

Fusius de eo scripserunt L. Cornelius Sisenna, & Alexander Epherius, sed cum eorum scriptis facta etiam nostrorum illustria exciderint, aliqua in Epitome Liuiana, & in Floro lib. 3. cap. 18, & in Orosio lib. V. cap. XVIII. e in S. August. de ciuit. Dei lib. III. cap. 23; & in Cicer. de Diuin. lib primo. Velleio Paterculo, & Eutropio nostræ sunt commodatæ ætati, vbertus Appianus Alexandrinus lib. 1. belli ciuil. *L. Florus. Orosius. S. August. Cicero.*

Paterculus. ciuil. & Diodorus Siculus pertractant, ex quibus contextum noſtrum comprobauimus.

Eutropius *Appian.* Tenue principium ab vna natione exortum magnarum rerum molem contraxit; Siquidem acceſſerunt Peligni, Veſtini, Marrucini, Picentes, Frentani, Hirpini, Pompeiani, Venuſini, Appuli, Lucani, & Samnites, quibus operante Pompedio rem tacitè aggredi conſilium fuit, & in die feriarum latinarum dum Conſules, magiſtratuſque immolabant, inter ipſa Sacra Conſules occidere.

Cic. lib. 1. de leg. Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 17. Budeus in lib. 1. de orig. Sigonius cap. 3. lib. 1. Solemne latiale in monte Albano latini cum Romanis confœderati quotannis agebant, neque enim Conſules ante exire paludati in prouincias conſueuerant, quam ferias latinas indixiſſent, atque ijs in Monte Albano, cum latinarum Ciuitatum Magiſtratibus operam dediſſent, & facta euiſceratione, ſacrificiorum carnes diſtribuerentur; & ex ea gente Princeps ſacrorum eligebatur.

Quod cum proditione dimiſſum fuerit, indè palam cætus haberi, coniurationeſque fieri cæperunt, & ne fides fœderis nutaret, datis obſidibus ſolidarunt.

Florus c. 18. Appian. Prænouerunt (non à principio) Romani diſcordijs, & ſeditionibus occupati, ſed penè cum etiam Sacrorum rituum cæremonijs, fœdera Aſculi ſacrarentur, & cum exploratores ab ipſis deſtinati, vt rem tacitè perquirerent, caſu, in nobilem obſidem Marſorum, qui ibidem ducebatur inciderunt, quare Seruilius Piceni Proconſul illuc accedens, inter ipſa publica ſolemnia ſacra excandeſcens, acri admodum obiurgatione vſus, in ſui necem omnium iram concitauit. Ad nuntium trucidationis Seruilij, Senatus Fonteium cum copijs facinus expiaturum deſtinauit, ſed pari fato accubuit, maioriſque incendij cauſa fuit, quippe quotquot Aſculi Romani erant conceſſis in prædam eorum bonis, gladio perierunt, vnde tantus terror Romam inuaſit, vt Populus ſagum ſumpſerit, quod ſummæ meſtitiæ indumentum erat.

Liuius lib 72.

Appian. Patefacta, hoc modo, ſeditione, in eo noſtrates iuerunt, vt per legatos rem agere deſtinarent, quarè miſerunt, qui Senatui cauſas deſertionis aperirent, illaſque retulerunt in eorum congregandis pecunijs cupiditate, qua ſubditorum, collegatorumque animos à ſe auerterunt, & quod fœderum pactionibus ſpretis, vti ſeruos multabant, & vſque ad excoriationem exactionibus eneruarunt, eòque res deuenerat, vt optimi quique agri eorum fierent, qui violentia ab antiquis poſſeſſoribus abſtulerant, quæ res in cauſa fuit, vt cultus reliquorum deſereret; & Coloni alibi migrarent, attamen diminuto inhabitantium numero, eoſdem illos etiam Milites dare, eundem cenſum pendere cogebantur, & cum pluries in Principum cætus declamaſſent, & ad æquale Ciuitatis Ius admitti poſtulaſſent, eorũ querelas varijs artibus deluſerunt, indignèque ob id eſſe, vt per eos

Reſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.403

Respublica administraretur, & ipsi, si postulata non assequerentur, armis sua Iura tueri, & iniuriam vlcisci esse paratos; Quam legationem non admissurâ Senatus, nisi resipuerint, respondit, re infecta abierunt, cùmque nihil proficere cognouissent bellũ maturarũt, & ad vsum Romanæ Reipub. cuncta disponũt. Consules itaque eo anno designarunt Q. Pompedium, Silonem, Marsum, & C. Aponium, Mutilonem, Samnium, & ex præcipuis Ciuitatibus collegatis Duces, ij autem fuerunt F. Afronius C. Pontidius, Marcus Egnatius C. Papius, M. Lamponius, C. Iudacilius, Ennius Asinius, Vettius Cato, P. Vintidius, Pontius Telesinus, Papius Mutilius, Letius Cato. *Diodor. lib. 42. Sigonius.*

Pompedio Consuli ab Otriculo ad Maris Adriatici litus omnemque ambitum Italiæ à Ponente ad Septentrionem in Prouinciam assignant, reliqua parte Apronio addicta, quorum imperio vt vnicuique sex ex Ducibus parerent, iusserunt.

Deinde habitus est Militum delectus Equitum, peditumque ad centum millia, sic Appianus.

Horum legatis querentibus se non admitti ad Ius Ciuitatis cum tamen ipsorum opera, & auxilio Populus Romanus longè, ac latè imperio polleat, Senatus ferocitèr respondit, si resipuerint, audituros se legatos, aliàs non; Ita verò frustrati bellum parant, habitisque delectibus conscribuntur peditum, Equitum ad centum millia. *Appian.*

En quam iustè ad arma? en qua arte parant? non ex subito inuadunt, sed palàm, publicèque ex indictione, cùm anteà scilicet in comitijs expostulassent. Sæpiùs in concilijs Principum causam eorum peroratam referrent; Patronos primarios Vrbis, Tribunos scilicet Plebis, Consulesque haberent, quos exauctoratos, aut necatos arte Senatus viderant, sic demum, cum sæpè allecti, sæpè electi essent, prouida consultatione bellum aggrediuntur; non ex insidijs illam Vrbem, quæ modo Carthaginensium victoria elata superbierat, aggredi machinantur, sed discussis causis, repetitis Iuribus, & ne quid ad Iustitiã belli deesse videretur, publicis indictis sacrificijs, vota superum, vt adessent soluerunt (mos siquidem ante motum bellum publica supplicatione piari erat); addunt denique vt repeterent legationem, hac circumspectione vsi in Socios, his artibus, vt quales hostes habituri essent Romani prænoscerent, qui, timore postposito, palam aggredi non vererentur. *Liu. lib. 71.*

Hæc omnia Ducis prouidentia, qui cuncta rimabatur Pompedius Marsorum gloria, & belli decus, cuius in periculis fortitudo, in agendo industria, in perficiendo celeritas, in dubijs prouidentia, perspicua fuit; Hic percursitando impulit, & nactus imperium, molem belli struebat, & ex electorum, fortissimorumque Ducum consilio machinam administrabat, & sic confederatorum ad instar Reipub. vniuersa composuit, vt Senatum ex optimorum Ciuium cætu adligeret, magistratumque disponeret. *Appian. Lib. 1. c. 2.*

Et

Et ne vagarent in incerto Corfinium nobiliſſimam Pelignorum Metropolim, & noſtrorum conterminam ſociam, ex vno protoplaſto natam communem omnium ſedem deſignarunt, quam mutato nomine Italicam appellarunt.

Vrbs ipſa in perlonga planicie poſita, fluuijs vndique rigua, ad quã per arctas Montium ſtricturas (qui ei circumſidunt, ſepiuntque inſtar antemuralium) patet ingreſſus, ita diſpoſitus à natura, quaſi per ianuas aditus aperiatur, vnde, & poſtmodum Regio ipſa Valua nomen accepit; Aduerſus inſultantium bellorum munita incurſus, cui, & Ciues munimenta murorum, & machinarum (quibus tueretur) adieceerunt, ipſa plena diuitijs, plena Populo, & ex omni genere frugum abũdans, de qua Diodorus. Erat inquit, Illuſtriſſima, & maxima, & communis ab Italicis præfecta, Corfinium, in qua cætera, quæ magnam vrbem, & imperium confirmant, conſtituerunt, tùm forum permagnum, & curiam, & cætera omnia ad bellum neceſſaria copioſè, & pecuniæ multitudinem, & cibariorum largum commeatum.

Diodorus lib. 38.

Et paulò poſt. Itaque poſtquam ſuum Imperium, & omnia ſcitè (vt ſummatim dicam) ad imitationem Romanorum, & antiqui ordinis compoſuerunt, deinceps vehementiùs futuro bello incumbebant, cum quidem Italicam communem Vrbem nuncupaſſent.

Non deerant etiam ad faſtigium Ciuitatis publicorum operum munimenta pro Ciuium cætu ſiue ad negotia pertractanda, ſiuè ad Scholaſticas quæſtiones diſcutiendas magnificè erecta, quæ communi ære ſubſtentabantur, vt de lyceo Baſilicaque illi adiecta à populo reſtaurata teſtatur lapis ad Eccleſiam S. Venantij non longè à Rodiano 11. mill. paſſ. iuxta ripam fluminis, & propè criptam, ex qua ad vſum Ciuitatis aqua deducebatur, quæ ſic ſe habet.

RESPVBLICA. POPVLVSQVE
CORFINIENSIS
SACELLVM. LYCEIVM. VETVSTATE
DELAPSVM. ADIECTIS BASILICIS.
SVA. PECVNIA. RESTIT
DECRETO. DECVRIONVM

Fuit fabrefactum ſpecus in Sinu Montis, qui interijcitur vndis fontis Aterni fluminis, & planicie, ex quo aqua ipſa ad Ciuitatem ducebatur, cuius pars, vt conficeretur ædemque iuxta & podium C. Alfius L. Terenno ſuam pecuniam legauit, vt ex lapide in Turri Eccleſiæ S. Pelini colligitur, cuius hæc eſt Epigraphe:

CAL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

CALFIVS. C. F. MAXIMVS
PECVNIAM. LEGAVIT. L. FERENNO
CERVFO. IS. ÆDEM. PODIVM
CRYPTÆ. PARTEM. FACIENDAM
CVRAVIT. PROBAVITQVE

His adde Deorum delubra, & operis magnificentia,& numero admiranda, vt intra murorum ambitum, trecentum viginti numerarentur, quorum quæ Deæ Magnæ,& Attini, scilicet solis (sic enim Phryges solem appellabant) præcipua erant, de quibus inscriptio insequens, quam in Palatio Episcopali in Terra Pentomæ inuenimus, memoriam facit. *Macrob. in 1. Saturn.*

ATTINI. ARAM
LVNAM ARGENT
POSVIT. P. MARIVS
PHARETRA SACER
ACCADE. PRIMA

MINISTRA. MATRIS
MAGNÆ. MATREM
REFECIT. MAGNAM
ET. INAVRAVIT. ET
ATTINI. COMAM. IN
AVRAVIT. ET. BEL
LONAM. REFECIT

Mater magna Vesta, quam tellurem Veteres appellabant.

Erant, & Mineruæ, & Veneri sacrata Fana, vt ex inscriptionibus ibidem repertis.

MINERVÆ
SACRVM
C. DECIMIVS
COMMVNIS. LIB.
VITALIS
COLLEGIO. FRA
DEDIT

ACCIA
SACERDOS
VENERIS
MODIA
SACERDOS
VENERIS

Non solum Patrijs, sed externorum Deorum simulacris immolabant, sic etiam ISIDI Ægyptiorũ Deæ,quæ susceptrix appellabatur, cũ pro Isidе terram intelligerent,cui vt victrici C. Pontius vota soluit,forsitan & Telesinus is fuit,pro aliqua victoria contra Romanos in hoc nostro bello obtẽta. Cuius voti memoriam lapis adhuc testatur, Puellæ effigiem præferens, pectus, humerosque alatos, & brachia nudata,cuius manuum dextera galeam, sinistra viridantem lauri ramum, altero humerorum inhærentem sustentant, & mammis ad genua tegitur indumento, pedumque dexter globo innititur,sinister verò aerem verberat,& supra,infraque aliquot incisi sunt characteres, vt sequens Icon demonstrat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

VNde patet quantum Dæmonum cultui, & gentium superstitioni gens hæc fuerit applicata; quibus adde, quòd ne armis quidem pijssimi Imperatoris Iouiani ab ea auelli, & ad veri Dei cognitionem adduci potuerit, quin ob id supremum excidium, triénali obsidione (Altissimo vindictam exercente) passa, solo æquata fuit, cum enim Sanctum Brundusinum Episcopum Pelinum non aliter intrà muros recipere contenderet, nisi, Religione abiecta, impietatem sectaretur, eúque renuentem gladijs ipsorum Ciuium confossum, martyrio coronarunt, cumque postmodum Romanus Dux obsidionem dissoluere cogitaret, ipse Martyr nocturna visione ad arma, & obstinatorum vltionem impulit, vt in actis eius fusius narratur.

Vita S. Pelini Episcopi Brundusini.

Quod autem de triennali obsidione ibidem dicitur, si verum est ad Valentiani tempora contigisse ad firmandum, cum Iouinianus octauo sui Imperij mense interierit. Certè siquidem est diù post sociale bellum, Corfinium floruisse, & sub Traiano Principe in tutela Sex. Cornelij nobilissimi Romanorum fuisse, testatur lapis in eodem Episcopali Palatio, qui sic se habet.

SEX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

SEX. CORNELIO
SEX. F. P. NEP. P. PRO-
NEP. P. ABNEPOTI
DOLOBELLÆ. METLIANO
POMPEIO. MARCELLINO
III VIR. A. A. A. F. F.
SALIO. PALAT. QVESTOR
DIVI TRAIANI PARTENICI
SEVIR. EQVIT. ROM. TVRM
III. P. R. COS. FLAM. QVIR
CORFINIENSES. PVBLICE
PATRONO.

Modò præclaræ huius Ciuitatis amplitudo vix inter ruinas cernitur, & præter Oppidum Pentoma nuncupatum, quod sub ditione Episcopali est, vt scilicet, qui fidem Christi, Episcopũque recipere annuerit, sub ipsius perpetua ditione maneret, & templũ quod magnificè à Valentiano erectum fuit, quod Cathedra Valuensis est, nihil aliud appareat inter rudera præter hæc, quæ attulimus, & quæ inferius ad antiquitatum inuestigatorum gratiam allaturi sumus. In Turri Maioris Ecclesiæ sic inscriptum conseruatur in lapide.

Q. CAECILIO
Q. F. PAL. OPTATO
VIXIT. AN. II. ME. VI
Q. CECILIVS Q. ET. VII. L
HERMES. SEVIR. AVG
ET. LICINIA. REPENTINA
PARENTES. PIISSIMI. POSVER
T. Q. CECILIVS. Q. F. PAL
PELINVS. FRATRI.

Est & sepulcralis Epigraphe de eodem Optato, cuius nonnulla integra verba, vt & lapis abrosus, & ratio carminis postulat desiderantur; quam Pompeius Sarnelli verbis interpositis, ijsque (vt dignoscantur) diuerso à me charactere signatis, sic legendam esse arbitratur.

HIC IACET OPTATVS Speciosus NOBILIS INFANS,
CVI PRECOR, VT CINERES Lilia SINTQ; ROSÆ.
TERRAQ; Quæ MATER NVNC EST, SIBI SIT LEVIS ORO,
NAMQVE GRAVIS Nulli Vita FVIT PVERI.
ERGO Quem MATRI POSSVNT PRÆSTARE PARENTES
Hunc TVMVLVM NATO CONSTITVERE SVO.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Sed satis, vt huius nobilissimæ Ciuitatis monumenta referremus, digressi sumus, vnde ergo excessit, oratio reuertatur oportet. Dum itaque tanta rerum Moles struebatur, & bellici furoris ignis æstuaret, propè iam Romana mœnia Vrbis, eo timenda quod intra ferè viscera periculum minitaretur, non segnior stetit Senatus, sed vndique collectis exercitibus, Consules designauit Sex. Iulium Cæsarem, & L. Marcium, & vt inundantium coniuratorum copijs obuiarent, ne dum vno loco acie demicaretur, alibi opprimerentur, & vno eodēque tempore, & quò belli apparatus vrgeret occurrere, resistereque possent, cuique Consuli cum copijs sex legatos assignarunt. Sex. Iulio Cæsari Coss. L. Iulium fratrem P. Lentulum T. Didium, Licinium Crassum, Cornelium Syllam, & Marcellum Lucio Marcio altero Cos. G. Pompeium Strabonem, Q. Cepionem, C. Peroennam, C. Marium, & Metellum Valerum Messalam.

His enim ex selectis, optimisque Ducibus prouinciam demandarunt, vt eorum solertia, & experimento comprobata fortitudine, robustorum hostium vires superarent, & tanti belli apparatus, celeri facinore destrueretur, & eorum cuique partem Militum, quos non minori, aduesariorum numero collegerant, assignarunt; vt sic ad bellum exorti tumultuantium impetum rumperent, victoriamque certam reportarent. Talis amborum industria, & cura in colligendis viribus, quibus, vtquæ imminebant euitarent, & sua Iura tuerentur, fuit. Annus verò quo incæptum, si ex Consulatu Sex. Iulij Cæsaris, & L. Marcij Philippi numeretur (in quo Historici vt plurimum consentiunt) *Is* ab V. C. DLIX. fuit, sic enim Appianus, & Orosius, à quo qui abberrant digestam per Consulares annos temporum rationem parum accuratè nouerunt; cum secundum Sigonij computationem illo anno acciderit.

A. V. C. DLIX.

Cæterū, vt memorabile, & atrox, ità non diuturnū nec plurimorū annorum circulo, quā quinque protractū, sic enim S. Augustin. de Ciuit. Dei. In quo bello Italico, inquit Romanis sæpè victis, vbi & duo Cōsules perierunt, & alij nobilissimi Senatores non diuturno tamen tempore tractum est hoc malum, nam quintus eius annus finem dedit; cum quo, & Eutropius consensit. Creatis itaque P. Seruilio, & Appio Claudio Coss. hoc fine concluſa sunt duo bella funestissima sociale *Italicum*, & ciuile Sylleianum, hæc per annos decem tracta sunt.

S. Aug. de Ciuit. Dei lib. X. cap. XXII.

Eutropius

In quo non habuit rationem ad annum, quo sociale inceptum fuit, sed ad quem pertractum, & quod inter vtrumque intercalatur reiecit, siquidem si connumerasset, duodecim affirmasset, tot enim ab anno V. C. DCLIX. ad DCLXX. intercedunt.

De

De Conflictibus, pugnis, & belli fine
CAP. IX.

AEstuabat Italia tanta Militum multitudine, exercitibusque collectis, qualisque rei euentus futurus foret animis pendens expectabat. Romanus Miles fælici suæ fortunæ cursu, prospera sibi nunciabat. At Italus nec vincere nescius, nec in armis nouus, & iustitiæ causa, & validis viribus victoriam sibi parabat, & cum scirent, magni momenti esse amplas res perficere, & victoriam ab hostibus pugnando referre, multò tamen maiorem peritiam, & cautionem requiri, vt ea, quæ præclarè gerenda sunt, rectè, & commodè vsurpentur; propterea quisque vt ad consummationem incæpti propositi, & ad finem incæpti operis faciliùs deueniret, castra sua ordinatè disponebat, hisque paratis ad imperium Ducis, ad destinatas Prouincias quisque iter arripiebat.

Primas itaque occursus Sex. Iulij Consfuit qui aduersus Vectium Catonem Italum Ducem non longè ab Æsernia copias direxit, quas cum alacri animo Vectius conspexisset, obuiam factus aciebus ad pugnam dispositis adeò pari animo, & virium ostentatione, ad conflictũ cucurrit, vt primo impetu inimicos profligaret duobus millibus occisis, & Consulem ad Æserniam reparare compulerit, quæ Ciuitas adhuc in Romanorum fide se continebat sic ex Sabellio. *Liu. lib. 1. 22. Sabellius Æned.*

Primus omnium ab initio Sex. Iulius Cæsar à Vectio Catone acie victus, duobus millibus in prælio occisis, in Æserniam est compulsus, quæ Vrbs adhuc in fide Pop. R. erat. Hoc prospero rerum euentu, cætera faciliora auspicatus Vectius, veloci cursu, inimicos insectando, ad Æserniam deueniens, illam obsidione cinxit. Ad res præclarè gerẽdas, plurimi momenti celeritas est, & nihil magis Dux quam celeritatem, & indefessam curam in agendo, & consultando sequi debet, quia breui momento summa verti possunt; dum Interim Inimicorum vires, & animi conseruntur, ad eius rei famam, nostrorum animosa multitudo audacior facta, cum Albam paritèr Romanorum sequi fortunam prænoscerent occurrerunt, & ad illam considentes Copijs vallarunt, vt Liuius *Appian. Leonicus de rebus Turcicis lib. 1. Liu. lib. 70*

Æsernia, inquit, & Alba Colonia ab Italicis obsessæ sunt. Hæc Marsorum præcipua Ciuitas nostrorum fortunam, aut abhorruit, aùt sequi maluit, siquidem cum latini nominis esset, in eo continebatur, & aùt ad Iura Ciuitatis Romanæ potiunda aspirabat cùm speciem quidem ipsius retineret, ex lege Cassij, qua fœdus cum latinis initum fuit, vt ad rogationem, & arbitrium Magistratuum Ciuitatem adipiscerentur, neque omninò cum suffragio, neque prorsùs sine suffragij latione; sic ex Carolo Sigonio, *Lib. 1. cap. 4.*

Habue-

Sigonius de antiquo iure Ital. lib. 1. cap. 4.

Habuerunt etiam ante legem Iuliam, bellumque Italicum ex fœdere Cassiano ius suffragij latini, aut certè speciem quandam suffragiorum, cum id potius precarium esset Magistratuum beneficium, quam optimum Ius suffragij. Aut enim cum ibi duæ legiones Romanorum morarentur, vt in fide persisteret, violentia Militum, & timore compulsa, coacta fuit à Romanis non discedere; cæterùm si obsidio dissoluta aut in manibus nostrorum deuenerit incertum adhùc ex Historigraphorum relatione: Ex Diodoro tamen argumentum sumi potest non fuisse captam, dum enim Vrbes socias recensèt, quæ captæ fuerunt inter illas Albam non refert.

Diodor. Siculus. lib. 20.

Coss. itaque rebus ità prosperè gestis de Vrbis socijs, quæ captæ fuerunt Soram, Arpinum, & Sereniam recuperauit. Æsernini autèm intra mœnia constituti, contra aggressionem munimenta parando, diù resistere arbitrati per aliquos menses se continuerunt, animosiores ex Militum, annonæ, & armorum copia effecti, oppugnationem acritèr sustinuerunt, in quorum auxilium, vt in fide continerent; & obsidio dissolueretur L. Iulius Cæsar nouus Cos. castra mouit, & quamquam validis copijs munitus Samnitum occursum superare non valuit, in cuius certamine, cum acie pugnatum esset, victus, maiorem partem exercitus amisit; sic enim qui iam penè deleti à Romanis, etiam insurgunt, victoresque efficiuntur, vt verificetur illud Taciti; fortes, & strenuos etiam contra fortunam insistere, spei timidos, & ignauos ad desperationem formidine properare. Itaque pugnam postmodum restaurare paratus, nouis Militibus exercitum reparare aggreditur.

A. V. C. DCLX.

Liu. lib. 72.

Tac. lib. 2. historiarũ

Hoc nouo accessu magnum augumentum res nostræ sumpserunt, cum quidam Nolæ à L. Posthumio Prætore teneretur, eam à C. Papio oppugnatam, cum per insidias in deditionem (Prætore occiso) recipisset, ad duo millia Romanorum militum, qui in potestatem eius venerant, qui se voluntariè illius partes sectaturos promiserant, recepit; reliquos carcere, & fame consumpsit. Quem C. Egnatius parum imitatus est qui cum pari exemplo Venafrum occupasset, quos ibidé inuenit hostes trucidauit; inde cursum victoriæ prosequendo Castabiliam, Minturnam, & Salernum expugnauit, & agrum Nocerinum deuastando, proxima loca terrore concussit, illisque in decem millia peditum, & mille Equitum multatis, absque alia noxa reliquit. Modò auctus viribus, victoriæ cursum prosequendo, ad maiora animum protendens, oppugnationẽ Acerræ præmeditans, iuxta eam castra locauit. Quod cum Sex. Cæsar præsentiret, vna cum decies mille militibus Gallis, & mille Equitibus Numidis in auxilium venit, in cuius conspectu aciem disposuit; At C. Papius cum Hostem maiori Militum numero superiorem cognouerit, aperto Marte fortunam belli committendam minimè iudicauit, sed cunctatione agendum; ingeniũ enim pluſquam vires in prælio præualere optimè nouerat; Nã multa,

Liu. lib. 73.

quæ

quæ vno impetu superari nō possunt paulatim superantur. Ideoque cū Venusij Ofinta Iugurtæ Humidorum Regis filius contineretur, è custodia eductum purpura, & regijs insignibus indutum Humidis Equitibus ostendit, ad quem, relicto Cæsare, maior eorum pars venire cōtendit, quod cum Cæsar presentiret, reliquos ad propria compulit remeare. At Papius non ea postmodum circum spectione vsus, elatus, cum ad sua desideria præcogitatum successerit, inconsideratè & nimis properantèr in Hostem irrupit, sed ab Equitum acie, quam Dux in occursum opposuit fractus, sex millibus ex suis amissis, spem victoriæ conceptam improuida celeritate prostrauit; Plerumque enim prudens dilatio, cum se demùm opportunè obtulerit, vtilitatis plurimum affert. Studium enim, & nimia properatio vbi nec decenti, nec suo tempore proferuntur, multis rei conficiendæ spem intercidit, ex quo facto Sex. Cæsar iter, quo Acerræ appropriare posset, sibi aperuit.

Plutarc. in Saturn.

Saluſtius in Catilinam.

Procopius de bello Gotorum lib. 1.

Quod quidem damnum improuida paritèr. C. Perpernæ pugna compensauit. Siquidem is cum P. Presentio ex nostratibus certamen obtulisset, ex decem millibus, quos secùm in castris habebat quatuor millibus trucidatis, & reliquis cum dedecore armis spoliatis, turpiter victori cessit, & meruit, vt Rutilius Cos. eum dignitate exueret, in eiusquelocum Ducem ex, qui reliqui fuerant, militibus. P. Marium substitueret, parique exemplo M. Lamponius L. Crassum, postquam octingentos ex suis trucidasset, ad Hidrumentum vsque profligauit.

Exinde cum C. Iudaliciùs exercitum per Iapigiam duceret Venusia, & Canusia, multæque aliæ Ciuitates se se dederunt, in quibus Romanos, quos inuenit, occidit, aut Seruos ad vsum belli reseruauit.

Dum hæc agerētur, vt faciliùs in nostros victores irruptio esset, P. Rutilius Cos. & C. Marius eius legatus, pontem ad amnem Lirim erexit, vt ad alteram fluminis ripam commodiùs copias traijcere valerent; quod cum præsensisset C. Vectius illicò copias illuc direxit & in alteram partem, quò C. Marius exercitum ad pontem collocauerat, castra posuit, re vera, vt ex insidijs Consulem aggrederetur, quibus positis, altero mane cum transmisisset ad alteram fluminis per pōtem Rutilius copias, prosiliens in eas irrupit, & impetu facto, partim gladio peremit, & alios qui vitam reparare fuga cogitarunt in flumen proiecit. Consul ipse sagitta in capite confossus interijt. Quod tardè C Marius ex cadaueribus occisorum, quæ flumen asportabat, vt cognouit, suos per pontem transuexit, vt castris Vectij parum munitis potiretur. Vnde Victor ipse in loco conflictus ea nocte castrametari coactus fuit, mane autem stationem aliam reperit, tantumque se à Mario elongauit, vt commodè ille occisorum cadauera colligere, & Romam transportare valeret, quod tantùm Vrbi terrorem intulit, cum Nobilium, & consulis corpora inspexissent, vt Senatus extra Vrbem contegi imperauerit, vnde Populus Sagam sumpsit.

Quod

Quod in festo Deæ Matutæ, quod tertio Idus Iunias colebatur, in
Ouid. VI. fastorum. VI. fastorum contigisse refert Ouidius, siquidem ad bellum iturus Consul, cum Vate cõsuluisset, talé ab eo responsum accepisse testatur.

Hanc tibi, quò properas, memorant dixisse Rutili:
Luce mea Marso Consul ab Hoste cades.
Exitus accessit verbis, flumenque Tholeni
Purpureum mistis sanguine fluxit aquis.

Locum istum Paulus Marsus, nostrorum licet eruditissimus, parùm accuratè dicit, Tholonium pro Liri positum, quod eo etiam nomine appellaretur, vel pro Tholenti à Tholento, qui per Picenum transit, vterque tamen error est, & quamuis ipse gentis nostræ fuerit parùm eos nouit. Siquidem Tholonius est, qui supra Taleacotium fontes habet, & inglorius per planum transiens (quippè æstiuis caloribus penè aliquãdo exiccatur) & Reate per vallem Equiculorum arctis aquis peruenit; & quem Strabo lib. 1. primum Anienem appellat.

Primus quidem Anio ex Alba decurrens, præter Latinam Marsorum Vrbem, & propinquum illi campum, quousque Tiberim intret, inde Nar, & Tenas, & alij qui per Vmbriam labuntur fluuij eidem miscentur Tiberi, Qui, & Saltus modò dictus, Tarano iungitur.
At Ouidius breuitati studens, vel poetica licentia vsus, aut ob fontium vicinitatem, siquidem mille passus distant; originatur enim Liris supra Oppidum Cappadociam, quod vix tanto spatio elongat? à Scaturigine Tholonis, quæ infrà Vereculam Oppidum, cumque eodem recurrente tempore conflictus Didij acciderit vtramque pugnam in eodem loco fingit, sic addens.

Proximus annus erat Pallantide cæsus eadem
Didius hostiles ingeminauit opes.

Siquidem Didius, vt auxilio Albensibus obsessis, qui pro Romanis tenebantur, esset, cum copijs occurrit, & ad ripam Tholonij cum nostratibus certamen inijt, & ipse cum suis eo bello cecidit, factumque est vt cum paruum sit flumẽ occisorum sanguine mistum purpureas ostẽdisset aquas. Is locus fuit, vbi transactis iam seculis, Carolus primus Andegauensis Neapolitanus Rex cum Corradino Vngariæ Rege qui magno exercitu, vt paternum Regnum recuperaret, aduenerat, acie demicauit, & memorabili conflictu victoriam reportauit.

Nec tot aduersis destituuntur Romani, sed inconcussa virtute, sic damna substinuerunt, vt ad ea reparanda, & ad glorioſa facinora aggredienda se præparauerint.

Nam L. Cæsar qui cum Samnitibus malè pugnauerat, vt cladem

quam

quam sustinuit, repararet, (nouo comparato exercitu) magna militum manu, vt opus iam incæptum perficeret; Iterum Æserniæ obsessæ appropinquauit, & cum Samnitum, & Lucanorum copias obuiam haberet, cum illis atrox certamen renouauit, & strenuæ fortiterque pugnãdo, hostium agmine dissipato, multa millia ex illis trucidauit, ex Phighio in annal. lib. 3. cap. XX. At L. Cæsar Consul post cladem reparato exercitu contra Samnites, & Lucanos felicitèr aliquibus cæsis Æserniæ pugnauit. Et tanta suorum militum animos hæc parua victoria lætitia impleuit, vt communi omnium voto præ gaudio Imperator fuerit appellatus, sic Alex. ab Alexan.

Oros. lib. V cap. XIIX.

Phighius in annal. tom. 3. lib. XV.

L. Cæsar, inquit, C. Cæsaris pater, quod Syllanicis temporibus multa Samnitum, & Lucanorum millia ad Æserniam interfeciſſet, ab exercitu Imperator est appellatus. Et cum ad Senatum rem detuliſſet, tanta Romæ lætitia fuit, vt depoſita saga, vestium ornatum Populus reassumpserit. Nec ideo Æsernia liberatur, sed duriùs à Vectio circumsepta fame, alijsque necessarijs, cum premeretur, nèc protrahere amplius obsidionem posset, composito fœdere, in nostrorum manus, cum suo Marco Marcello sẽ se dedit. ex qua L. Scipio, & L. Attilius Romani Ciues, seruos se mentientes liberè euaserunt, sic Liuius

Alex. ab Alex. dierũ genialium tom. 1. cap. 2.

L. Cæsar, inquit, Cos. feliciter contra Samnites pugnauit, ob eam victoriam Romæ Saga posita fuit, & vt varia belli fortuna esset, Æsernia Colonia cum Marco Marcello in potestatem Samnitum venit. Rutilio Cons. interempto, Sex. Cæsar cũ suffectus esset, & Comitiorum tẽpus adesset, cumque Magistratum ambiret, & bellum haud ea animi promptitudine administrare criminaretur; sed remissè operare, vt est ambitionis effectus, promptus, & feruidus vbi placere cognouerit, remissus, & tepidus vbi putatur displicere. Honor. n. vt ait Cicero alit artes omnes, incenditur ad studia gloria, iacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur, iustũ est. n. vt illi consequantur stipendiũ, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. Vnde cura belli C. Mario, & Q. Scipioni demandata illum Senatus ad vrbem acciuit. quod vt cognouit Q. Pompedius, vt veterem simultatem, quæ inter eũ, & Scipionem interceſſerat, exerceret, illum circumuenire ex proposito decreuit, fugam ex castris componens ad illum venit, in eiusque manibus victoriam belli ponere, si quà iter monstraret insequeretur persuasit, & suos cum illius copijs coniungeret, & vt pollicitis crederetur duos seruos purpura indutos, quos nobiles Marsos finxit obsides dedit, & plumbi laminas auro tectas, pignora consignauit. Dolum an virtutem quis in hoste requirat? sufficit vt iustè bellum suscipiatur, si quis autem aperto Marte, vel ex insidijs hostes aggrediatur nihil ad iustitiam refert.

Liu lib. 73

Cic. Tusc. lanarum quæst.

Virg. Aeneid. S. Augustinus.

Sic Scipio nimia facilitate se, suosque perdidit, nam collem Pompedius ascendens, dato signo, ex repositis locis erumpentes Milites, in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

eum irruere fecit, & captum cum suis trucidauit. Ad hæc reparanda Sex. Cæsar cum triginta millibus ex Senatus decreto iterum mittitur cumque per inuia, & aspera exercitum duceret, ab Egnatio circumuentus ad flumen, per quod vno dumtaxat ponte transibatur; sistitur, & acie pugnare compellitur, in quo conflictu cum maiorem partem exercitus amisisset, vix fuga cum ijs qui reliqui fuerant Theanum se recepit, exinde auxilijs à vicinis socijs habitis, exercitum instaurauit, & propè Acerram (quæ adhuc obsidebatur) castra locauit.

Interim C. Marius, & Cornelius Sylla, cùm aperto Marte acie cum Marsis nostris dimicare parum auderent, fugam componunt; vt illos insequentes ad præparatum insidijs locum, quà vitium palmitibus simul vinctis viam instruxerant adducerent, quorum nexus, cum vix superare valuerint sex millia ex nostris ceciderunt, qua fraude indignati, Mario exprobrando pluries ad certamen prouocarunt, quod is semper consultè distulit. Vnde Dux Pompedius illum his dictis insultasse refertur. O Mari experire si verè, qualem te existimas, Imperator es, nunc locum pugnæ nunc conserere tempus, si fraude vicisti, armis (vt decet Militem) vtere; cui Marius, & tu Pompedi egregij Ducis munus non exerces, si me inuitum ad arma cogis hoc procax dictum, Dux Marsus ægrè ferens, more belluarum machinatione deceptus Romanum lacessiuit, vt quam circumuentus amiserat, armis gloriam repararet. Sed Sagax, & qui norat Marsorum pectora laboribus, periculisque susceptis nõ deterreri, sed immobili firmitate persistere, pari rẽspõso delusit.

Nunc Itali Duces, sparsim conserere non profuturum iudicãtes, onerosum plures exercitus habere; perquam vtile fore & fortiora agmina esse si pauciora consistant. Iudalicius Aphranius, & Ventidius iunctis copijs Gn. Pompeium aggrediuntur, qui in fugam actus, Firmium se recepit, tũ alijs ad alia facinora diuertẽtibus, solus Aphranius Firmium Ciuitatem circũsepiendi curã suscepit. Vbi Pompeius aliquãdiù donec suppetias haberet se continuit; inde auctus viribus, foras exercitũ ducens in aggressores inuehitur, & inito certamine pari animi fortitudine vterque exercitus dimicabat, diùque anceps victoria fuit, quousque Sulpitius aduenies, ex alia parte Italos premendo, castra etiam eorum combussit. Aphranius eo certamine fortitèr pugnans, cecidit, reliquis in fugam versis Asculum præsidium fuit, quos Pompeius insequens obsedit. Quod cum præsensisset Iudalicius amore patriæ incensus, illuc ire contendit, & per internuncium ciuibus admonitis, vt statim, atque castra Pompeij aggredi viderent, accurrerent; cum id Ciues negligerent, ipse per hostium agmina, armis sibi viam aperiens, Asculum peruenit, & trucidatis quos suæ factioni aduersarios nouit parato sibi rogo, & epulo cũ Amicis sumpto, veneno vitam finiuit. Gneus verò Pompeius, vt Liuius ait, Picẽtes prælio fudit, & obsedit propter quam victoriam Romæ pretexta, aliaque Magistratuum ornamenta insignia sumpta sunt.

Liuius lib. 29.

Nec

Nec fortuna belli cessit, imò magis ingruebat, nam Vmbros, & Marsos Aurelianus Plotus, & Porcius Prætor vicerunt, & C. Sylla Samnites, & Gn. Pompeius Vestinos in deditionem receperat, & dum L. Portius cons. prosperè cum Marsis iterum pugnam iniisset, dum castra eorum expugnare nitebatur, in ea oppugnatione cecidit; varios exinde congressus & varios etiam belli euentus successere, qui inordinatè per historicos, & per Liuij Epitomatorem ad notitiam tantum referuntur.

Vnde Italia plurimùm cæde, & sanguine fœdebatur, iamque etiam Etrusci & Vmbri, & alij finitimi Populi, qui alteram Vrbis partem incolunt defectionem parabant; quibus nostri, vt in societate manerent, & in proposito roborarentur auxiliares copias miserunt, in quorum occursum cum Gn. Pompeius Cons. veniisset, vno certamine octo millibus illorum occisis, reliquos fuga perdidit.

Cumque ex omni parte Ditio Romani turbaretur Imperij, & vniuersa Italia subuersa, caput contra Mundi Dominam erigeret, & armis insultantem audaciam prostrare parum proficere, imò acrius insurgere, & fortius vrgere videbatur; & Romanorum animos iam timor auerterat. Quarè eo sunt consilio vsi, vt clementia flecterent, quos viribus superare nequiuerât, ne indeteriùs res laberetur; sic docet Tacitus; sæpè honestarum rerum causas ni iudicium adhibeas, pernicioſi exitus consequentur, prudentia n. rerum magistra potius cõsilio, quàm certamine hostes subuertere docuit. Sic Cicero dicebat. Non viribus, vel velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio antiquorum, & scientia. *Tacit. Annal. lib. 17.*

Itaque prius præsidio maria, quæ à Cuma ad Romam sunt muniri, & libertinos cingulo Militiæ donari iusserunt, postmodum L. Cæsar cons. ex S. C. legem tulit, vt qui Populi in eam diem, in fide permansissent, Ciues Romani essent, cuius beneficio, vt vterétur Etrusci, & Vmbri se continuerunt, & Marsi, qui principium bello dederant in fide pariter redierunt sic ex Lucio. Ipsi nuper à L. Murena, & Cecilio Pinna legatis fracti prælio pacem petierũt, & ad Ciuitatis Iura admissi. Quorum exempla, & finitimi quoque Populi imitati ad Ciuitatem ipsam admissi sunt, sic Velleius. Paulatim, inquit, recipiendo in Ciuitatem, qui arma aut non ceperât, aut deposuerât, maturius vires refectæ sunt. *Lucius lib. LXXI.* *Velleius lib. 21. ad AVC.*

Deserta planè, cum ab armis tot populi recessissent, & in Ciuitatem lege Iulia admissi essẽt, communis Italorum causa videbatur. At Pompedius noster immobilis laborum, periculorumq; susceptor haud desistere ab incepto bello expedire putauit, tùm verò, magis recollectis vndique copijs, & seruis etiam ad arma vocatis, Corfinium haud parũ tutum pro tuendo Imperio locum deserendum, & ad Samnitum Ciuitatem (eo anno captam) Æserniam, sedem collocandam arbitratus, bellum veriùs instaurare cogitauit, sic Diodorus. *Diodor. lib XXX. VII*

C. Casconio Iapigiam misso, sæpè victi sunt, atque ita superati, & ex

multis pauci relicti communi licentia, communem deserunt Vrbem Corfinium; Quoniam Marsi, & omnes finitimæ gentes desciuerant ad Romanos. Confederunt autem in Aesernia Samnitum, creatis sibi quinque Ducibus, quorum vni maximo Q. Pompedio Siloni Imperium crediderunt, propter eius imperandi virtutem, atque gloriam, de communi Ducum sententia magnum exercitum comparauit, adeò vt vniuersi cũ ijs qui iam erant, fuerunt circitèr triginta millia; præter hos congregauit seruos, & libertate donatos, & vt tempus ferebat armatos, non multò pauciores decem millibus, & equos mille.

Inter hæc nimia Cluentij ad pugnam cum Sylla properatio tristem peperit euentum, is cum castra appropiasset, primum à Sylla discedere actus, postmodum cum audacior (maiori numero militum) effectus esset, certamen appetijt, quod cum pari voto Sylla exoptaret, & vtraque castra disponerẽtur à Gallis Militibus derelictus, impetu Syllanorum, agmine dissipato, in fugam versus omnem penè exercitum (ipso etiam perempto) perdidit, & qui ex conflictu remanserant Nolam contendere. Cum ipse Sylla omnes suos seruasset, vt Orosius

Oros lib. 5. cap. 16. Tamẽ, inquit, à L. Cornelio Sylla, qui inter alia facta egregia ita Cluẽtium hostiũ Ducem cũ magnis copijs fudit, vt ex suis neminem amiserit. Inde Nolam adorsus, eam nactus cum in fidem recepisset (spreto fœdere) depopulatus est, & subactis Hirpinis, in Samnites arma vertit; cumque eorum exercitum vno pariter certamine superasset, Boianum contendit, vt eum obsideret, cumque validissimis propugnaculis munitum cerneret, manus Militum ad obtinendam fortem munitionem ex aduerso misit, & cum captam, ex flagrantis flammæ signo, pro vt imperauerat) cognouisset, ex altera parte aggressus, vim talem intulit, vt (licet longo certamine) in potestatem tamen receperit, quo etiam tempore C. Casconius iterum Samnites superauit; Ex quibus euentibus Æserniam oppugnare festinant, & cum ibi totius belli ratio esse videretur, iunctis exercitibus, numerosiores copias pararunt, qua tandem post longa certamina, multo profuso sanguine potiti sunt, & vt ab Italorum incursibus tutam redderent, Militum præsidio, & propugnaculis munierunt, quam Itali Duces noua circumuallatione cinxerunt, & ni Sylla præstò fuisset, facile recuperassent, sic Orosius

Oros. lib. 1 cap. 16. Eutropius lib. 5. Interea, inquit, L. Sylla Prætor, cum viginti quatuor cohortibus vbi arctissima obsidione Romani Ciues, Militesque premebantur maximo bello, & plurima cæde hostium, Vrbem, socios que seruauit, Adhuc etiã Gn. Pompeius in obsidione Asculi tenebatur; quod cum strictissimè cinxisset, superatis obstaculis, validissimè cepit, in quo maximus ille noster Dux Pompedius strenuissime pugnãs cecidit, sic ex Liuio. Asculũ à Gn. Pompeio captum est cæsis à Mamerco Emilio legato Italicis. Sijo Pompedius Dux Marsorum author huius rei in prælio cecidit.

Huic casui annectere debemus C. Vettij fortissimi Ducis paulò antè

tè interitum, qui à Gn. Pompeio in certamine apud Firmium captus cum ad conſpectũ eius duceretur, ſeruus qui haud Domini ſui opprobrium, captiuitatéque ſubſtinere poterat, gladio prius confodit, quam ſibi eadem nece conſuleret, vt Seneca ad Lucullum refert. Non eſt (mihi crede) non eſt ſeruilis animi egregium factum fama ſceleris emiſſe. C. Vettius Prætor Marſorum ducebatur ad Romanum Imperatorem. Seruus eius gladium Militi ipſi, à quo trahebatur, eduxit; & prius Dominum occidit, deinde tempus eſt, inquit, me & mihi conſulere, iam Dominum manumiſi atque ita ſe vno ictu tranſegit.

Hic belli curſus ſtetit, hic tantarum rerum moles fracto nauigio anchoram fixit. Italorum cauſa Æſernia, & Aſculo capto, & ſpe ſuppetias à Mitridate Rege Ponti habendi fruſtrata, amiſſo Duce, ſine nauclero nutabat. Nec exultarunt Romani, diuturno bello attriti, in quo duo Conſules, & tantus Nobilium Senatorum numerus cecidit, fractis itaque vtrique viribus ad pacis commodum inhiabant, vnde conceſſo Italis optato Ciuitatis iure, arma ceſſerunt omnium, exceptis Lucanis, & Samnitibus, cum quibus dura poſtmodum fuerunt certamina, donec à Mario, & Cinna aduocati, vt eorum partes ſectarentur paria ſunt beneficia aſſequuti.

Quantum Vrbs, & Italia ex iſto bello damnum receperit, ex numero eorum, qui in eo ceciderunt, facilè cognoſces, quos Eutropius recenſet, & quos innumerabiles Oroſius dicit.

Conſumpſerunt autem vltra centum quinquaginta millia Romanorum, Viros Conſulares triginta tres, Prætores ſeptem, Aedilitios ſexaginta, Senatores ducentos abſque innumeris Italiæ totius Populis, qui ſine conſideratione deleti ſunt. *Eutropius Oroſ. AV. C. pC. LXIX.*

De fœdere inito, & Iure Ciuitatis conceſſo.

CAP. X.

NAſcentis Imperij fundamenta ſtabiliora non inueniuntur ſocietate; Nullum maius, dicit Tacitus, bonum Imperij inſtrumentum, quam boni amici, & armorũ potentia, quibus beneuolẽtiæ vinculo, vel ſubiectionis nexu animi copulantur, & contra externorum metus ſicura munimina parantur; hac arte regnandi Romulus, & qui ex eo ſucceſſerunt Reges, finitimas Ciuitates ſocias aſciuerunt, vel vi ſubiecerunt, illiſque quoquomodo nexis, fœdus dabatur, cuius tria fuiſſe genera Liuius meminit. *Tacit. C. Sig. de nomin. Rõ. cap. IV. Liu lib. 34*

Vnum, cum bello victis, dicerẽtur leges, vbi omnia ei, qui armis plus poſſet, debita eſſent, quas ex ijs habere victus, quibus multare eos velit, ipſius Ius, atq; ne arbitrium eſſe. Alterum cum pares bello, æquo fœdere in

in pacem atque amicitiam venirent, tunc enim repeti, reddique per cõuentiones, & si quarum turbata possessio sit, ius aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriusque commodo componi Tertium esse genus, cum qui hostes nunquam fuerint ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam, coeant, eos neque accipere, neque dare leges; id enim victoris & victi esse.

Postremum huius tertij generis cum nostratibus initum fuisse ante A.V.C.CD.XXXVIII. quo cum de Aequis triumphassent, petentibus fœdus, datum asserens Liuius, haud dubiè suspicamur, inquit, postmodũ cum ex bellis fœdera, & fœdera ex legibus stabilirentur, quæ diuersimodè, prout quisque optimè in Rep. se gessissent, ita maxima fidei, & virtutis præmia adipiscebantur ex lege victoriæ, quam victis concedebant habita meritorum ratione, ampliora, seù remissiora priuilegia, & exemptiones ex placitis fœderum concedebantur, cumque in multatione partis agris A.V.C.CDLII. tantum id fœdus cum nostratibus renouatum fuerit, nihilo alio addito, à primis placitis non recessisse, sed eadem lege prioris libertatis priuilegia non immutasse concedendũ est.

A. V. C. CD.XXXVIII.

A. V. C. CDLII.

Fœderatæ autem Ciuitates non æquè Ius Romanæ Vrbis obtinebant, sed vel latij, vel Italicorum Ius, quod Romano incõmodius erat; horum autem, vt libertas maior, sic dignitas amplior fuit. Etenim cum libertate proprios Magistratus, leges, Senatumque retinebant, & in ipsis (vt in liberis locis) Romanis exulibus solum vertere permissum erat, nec vllam aliam rationem cum illis ducere, cum nec Magistratui quidem Romano apud se degenti ex antiquo fœdere quicquam darent, vt planè Sigonius demonstrat lib. II. cap. XIV. de antiquo Iure Italiæ. At nos latij Iure donatos, ex Strabone demostrauimus, cũ inter Ciuitates Latinas Albam nostram enumeret.

Sigon. lib. II. cap. 14

Attamen cum Ius latij precariam suffragij lationem fœderatis solum tribueret, & nostratibus, qui viribus Romam auxerant, & per omnes annos tuebantur minimè placeret; vt arma caperent occasio fuit, iamque metam operis attigisse, cum Ciuitas sibi dari, vt pleno iure vterentur polliceretur, arbitrabantur, sed non ita planè, si quidem Romani nõ nisi bellorum violentia adducti ad hanc fœderis pactionem, quam semper aduersarunt, deuenerunt. Aegrè etiam ferebant, non solum ad Ciuitatem, cum libera suffragij latione adscire, sed, & ab ipsis in Comitijs, suffragiorum numero superari, ne minus beneficij auctores possent, quam qui beneficijs aucti, neque in squitinijs vota vincerent, & quod mallent efficerent, sicque eo sunt consilio vsi, ne in XXXV. tribus distribuerentur, sed ex ipsis alios octo conflarent, vt sic nullo modo vota veterum superare, sed nec æquare possent, vt multitudine nouorum suffragiorum veterum Ciuium vota non infirmarentur.

Quod perperã ab Epitomatore Liuij in Cinnæ cõsulatu referri, arbitratur Sigonius; sed in Cõsulatu Pompeij Strabonis A.V.C.D.CLXII.

A. V. C. DD.L.VII

cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

cui vltra rationes per eum allatas ex aduersa Epitomatoris assertione lib. LXXIV. vt Libertini, & noui Ciues distribuerentur in tribus, sub præfatis Consulibus accidisse assentimus, vt primo loco de erectione, in nouas octo agerentur, postremo de diuisione in XXXV. ad quas vt adscriberentur P. Sulpitius Prætor animauit, specie quidem vt suffragia in Comitijs æquarentur; siquidem si XXXV. consensissent, nihil roboris noua afferre posse. Re vera, vt eorum auxilio partes Marij contra Syllam tueretur, qui cum expeditionem aduersus Mitridatem (ad quã Sylla electus fuerat) affectaret, nouorum Ciuium votis, veterum superare confidebat. Vnde cum suffragium dari honorarium potius, & se deceptos esse cognouissent, Sulpitio nouarum rerum cupido adhæserũt, qui ad eorum gratiam aucupandam, vt in veterum adscriberentur, legem tulit, quam postmodum Sylla cum Vrbem aggrederetur, inter alia abrogauit, & quam postea Cinna Cos. (illo profecto ad Mitridaticum bellum) renouauit, vt aduersum illum opem sibi pararet, in sequenti anno consulatum gerens, vt ad sua vota Italos haberet, ablatam Ciuitatẽ, restituendi spe allexerat, vt in veteres tribus conscribere potuisset, sic ex Vellio. *Vellius.*

Cum Ciuitas Italiæ data esset, vt in octo tribus contribuerentur noui Ciues, ne potentia eorum, & multitudo veterum dignitatem Ciuiũ frangeret, plusque possent recepti in beneficium, quam auctores beneficij; Cinna in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est.

Nãque pollicitationẽ, non nisi cum secundũ esset Cons. adimpleuit, & licet iam IIII. Cons. eo interfecto cum totius Reibublicæ onus Carbo sustineret, suffragium ex S.C. Italicis datum Epitomator referat; nõ scilicet eo tempore lex suffragij lata, sed tunc primùm in XXXV. iam distributos ad vota admissos fuisse Sigonius arbitratur; qui admodum accuratè in III. lib. huius facti intricatam Seriem denodare conatur, & ad II. Cinnæ Cos. suffragij iura concessa, & cui, (vt cum Lucio Camarra amico nostro Theatino patritio in Sacris humanisque literis satis versato in sententiam eamus) non dubiè assentimus, si quidem in re, seculorum caligine inuoluta, & bellorum turbine (quibus non solum Vrbs, sed Italia ferè tota conquassabatur) haud certum quid veri afferri potest, & veritas in variarum rerum successibus implicata vix expiscari possibile iudicatur. Siquidem difficile est vetera, vt noua promere, ijsque fidem vt accomodetur enarrare ex sententia Plinij in principio suæ historiæ, Res ardua est, inquit, vetustis nouitatẽ, nouis auctoritatem dare, abolitis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem. *Philib. de antiq. Italiæ. Luc. Camarra in Theam antiquo Sig. lib. 2. cap. XIV. Plinius in principio suæ historiæ.*

Quarè cum Sigonio, & Camarra nostro, qui ex tetro obliuionis profundo, vetera in lucem prodidere, assentiri melius, quam noui quicquam edere; liceat tamen non spernenda coniectura comprobare, etenim post IIII. Cinnæ consulatum, inscribitur infastis L. Scipio Asiaticus, & Gn. Narbo Balbus Coss. cui Asiatico Albensis Senatus ob meritorito-

ritorum gratias, quod scilicet primus in Squitinijs admiserit, lapidē sacrauit, quem imminutum literis grandioribus insculptū in terra Scurculæ inuenimus.

ASIATICO. C.L.V.F.
SENATVS. ALBENSIS

Sicque nostratibus, hoc anno, plenum Ius Ciuitatis concessum legemque latam ad Populum, qua, quis inquaque tribu nominatim suffragaretur, sed quam earum sortiti sint Marsi, nisi Cicero dixisset, sub inuolucris esset, qui sic in Vatin. Ast hoc de fortissimorum hominum Sabinorum fortissimorum Virorum Marsorum, & Pelignorum tribulium tuorum iudicio notatum, vt post Romam conditam prætèr te tribulem quemquam Tribum Sergiam perdidisse.

Ad Marci Tullij Ciceronis assertionem stipulandam afferimus mutilatam inscriptionem apud Castrum Ciuitatis Antinæ.

Q.NOVIO. Q.F
SERG. IVCVNDO
P.M. CVR

Hanc postmodum Ciuitatem Romanam, quam multis laboribus, & multo sanguine meruerunt Marsi, Italique, & armis, & Populi Romani benignitate obtinuerant, & amissam recuperauerant denuò Sylla exturbare post adeptam Dictaturam est aggressus, cum ante nè eorum arma in se conuerteret, prius quam Romam ingrederetur, non solum Iura Ciuitatis non abripere, sed conseruare, & fœderis leges imminutas persistere promiserat, nā postmodum, qui Marij partes sectati fuerant exilio, proscriptione, & morte mulctauit, nec in priuatos solum odium conuertit, sed in Vrbes, & Oppida, quæ vel igne consumpsit, vel solo æquauit, vel menijs deiectis omni auxilij ope nudauit, vnde, & Samnites, alijque Populi cum arma resumpsissēt, Iunioris Marij partes fouere cæperunt, quos cum superasset, ad internicionem penè, deleuit nec persecutio quieuit, donec viueret, vel Magistratum gereret, squidem vel eo deposito, vel vita functo, iam restitutum, & seruatum Italis fuit, de quo Epitomator.

C. Sigonius A.V.C. D.CLVII.

L. Scipione Asiatico Gn. Carbone Barbo Coss.

Sylla, inquit, cum Italicis Populis, ne timeretur ab ijs velut ereptu-
rus Ciuitatem, & suffragij ius nuper datum, fœdus percussit. Fœderis huius memoriam in numismate argenteo, in quo cæsa porca aliquibus viris adstātibus ex vna facie, ex alia inscriptio ITALIA, habetur, cōseruari asserit Fuluius Vrsinus sic. Tertius tabellæ denarius quin ad Italorum coniurationem pertineat dubitari non potest, de quo cum alij Scriptores meminerint, tum Appianus lib. 1. belli ciuilis, ex ea bellum

Fuluius Vrsinus de antiquis familijs.

ortum

certum est,quod Italicum sociale, & Marsicum dictũ fuit.Fœderis autem feriendi ritus,& Liuius lib. 1. & Polybius referunt, cum Fœcialis quidam,vel ictu lapidis porcam feriebat,vel cultro immolabat, proferens solemnia verba.Scilicet:Iuppiter Populum hunc sic ferito,vt ego hanc porcam ferio, tantoque magis ferito,quanto magis potes,pollesque,si scilicet fœdus non seruetur,de quo Virgil.Aeneid.VIII.

Virgil. Æneid.lib. VIII.

Post ijdem inter se posito certamine Reges
Armati Iouis ante Aram,pateraſque tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

Et si odia,& inimicitiæ indicerentur pari ritu marem porcum mactare consuerunt,deprecationibus adhibitis; vt cum fœdus Græciæ Duces stabilirent, bellumque Troianis aperirent, factitatum refert Dictes Cretensis.

Dictes Cretensis de bello Troian.

Tum communi concilio,super conditione belli Iusiurandum interponi,hoc modo placet.Chalcas filius Nestoris præscius futurorum porcum marem in medium forum afferri iubet, quem in duas partes exsectum orienti, occidentique diuidit, atque singulos nudatis gladijs per medium transire iubet, deinde mucronibus sanguine eius oblitis, adhibitis etiam alijs ad eam rem necessarijs,inimicitias sibi cum Priamo per Religionem confirmant, neque prius se bellũ desituturos, quã Ilium,atque omne regnum eruissent. Et si mas porcus litari non permittebatur porca,quæ succedanea,ex eo quod in locum maris succederet,dicebatur adhiberi solebat, vnde nomen fœdus sumptum, vel à fœcialibus,vel à porca fœdè occisa deductum declaratur.

Fœderatorum autem sacrificia singulis annis renouabantur, & inter fœdere iunctos carnes diuidebantur, & qui desciuissent ad Sacrificia non accedebant, sic conqueritur Cicero pro Sylla de ferijs latinis agens. Vix iam qui carnem latinis petant inueniuntur.Cum qui latino Iure donati vna nobiscum bellum, aut simultatem cum Romanis gessissent ad sacrificia non accederent.

Publicæ lætitiæ causam, exactis laboribus ad quieti litoris stationem,vterque Populus Sacrorum ministerio ostentauit ex antiquo ritu.Romani Veneri Myrteæ aram,templũque sacrarunt,nam post Virginum Sabinarum raptum,cum eorum coniugio Sabinis sociarentur, Veneri Clusinæ (quod idem est dicere ac Veneri pugnatrici, cum cluere,pugnare,veteres dixerint) vota soluerunt. Sic vt depositis armis,pacificatisque Marsis, solemnia repeterent, coniunctionem animorum Myrteæ significatione declararunt,siue ea de causa, siue quod quirinalis myrtus,quæ fatidica auspicabatur & quæ horrida,& squallida nostro bello deuenerat,pacis fœdere dato reuiniscceret, eamque Marsiam à nostro Regionis nomine dixere, sic ex Plinio lib. XV.cap. XXIX.

Andreas Buccius de Viris Italiæ lib. X.

Cluo, pro pugnare, est apud Plin. lib. 15.cap 29

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Inter antiquissima namque delubra habetur, Quirini, hoc est, ipsius Romuli. In eo Sacræ Myrti fuerunt duæ ante Ædem ipsam per longũ tempus. Altera patricia appellata, altera plebeia: patricia multis annis prævaluit flauente plebeia. Exuberans, ac læta quandiù Senatus quoque floruit; plebeia verò torrida, & squallida, quæ postquam viguit flauente Patricia, Marsico bello, languida authoritas patrum facta est, atque paulatim in sterilitatem emarcuit Maiestas. Quin, & ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam Marsiam vocant. Nec defuit in sacris ceremonijs nostrorum Religio quin & vota Deo præmiserit, & ad nostram vsque ætatem memoria pertransijt; est in religione parũ longè à Piscina Oppidum à Venere dictum, & licet tempus iam templum absumpserit nomen tamen non aboleuit, & cum eo remanent etiam antiquitatis vestigia, ibiqne aram Siluano fuisse sacram ex voto T. Taledij inuenimus.

TI. TALEDIVS
PRIVATVS
ARAM SILVANO
V. S. L. M

De familÿs, & Viris Clarioribus Marsorum.

CAP. XI.

VEterum Illustrium Virorum facinora notantur in fastis ad ornatum Vrbium, & Prouinciarum, vt clariora natalibus eorum & virtute resplendeant, ità sanè Ouidius.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,
Peligna dicar, gloria gentis ego.

Inter præclaras Marsicæ telluris dotes, non minor est ista, siquidem omni sæculo fæcunda edidit clariores, quorũ paucos ad gentis nostræ decus breui calamo recẽsere est animus. De Reto Rege, & Anchilamo filio, sicut de Archippe, & Vmbone Duce iam diximus, & de Q. Pompedio militari gloria claro, interque Italos Imperatores imperterrito, cum pro Ciuitatis iure potiundo arma sumpserint, strenua facta recitauimus, in contextu operis & inter alios. C. Vectiũ Catonẽ in eodem bello partes accuratissimi Ducis adimplentem, egregijs facinoribus Pompedij gloriam adæquantem notauimus, ad reliquos tantùm manus admoueamus.

Cic. Philipp. XII. App. lib. 1. ciuil. belli.

Cum

Cum Macedones bello premerentur non ſubſtinuit Labeo Marſus in calamitate miſeriam, ſed caſu deiectus Equo, ne triumphum victoris ornaret, ſeque, filiũque morte mulctauit, de quo Beda ſepulchrale elogium in Salone Dalmatiæ Ciuitate inuentum refert.

LABEO. MARSVS. QVEM. IN. CALAMITATE
MACEDONICA. PROLAPSVM. EQVO. CELER. HO
STIS. PREMEBAT. GNATVM. SEQ. GLADIO. CRV
ENTO. TRAIECIT. NE. VICTORIS. OCTAVII
VVLTVM. SVSTINERET. HIC. EIVS. OSSA. CON
DITA. SVNT. IVNONIS. LVCIANI. SACELLO
FLAMEDIALIS. AVSTRINVM. APPLICARI. VETV
IT. CRVDELES. PARCÆ. QVÆ. NEMINI. PARCVNT
INVIDERE. MIHI.
HIC. SITVS. EST. LIGVRINVS. DOLOR. PARENTVM.

Quem Pontanus de fortitudine his verbis improbat. Firmioris certè hominis erat non fugere ex acie, aut in ipſa fuga concuſſo equo inſequenti hoſti armatum pectus afferre. De T. Hortenſio Mucrone, abroſis actibus, nomen reſtat in lapide propè Eccleſiã S. Marci in Vrbe.

T. HORTENSIO. MVCRONI. NATIONE. MARSO
Q. V. A. XXXX V.
AEL. VERNVS. ARM: CVST. EQ. SING. AVG.
FRATRI. F. C.

Cæterorum fortium Ducum nomina, vt arduum expiſcari, ita ſuperfluum recenſere. Sat ſit ad gentis noſtræ gloriam eas enumerare familias præclariſſimas, quæ ad Romanam euolarunt Vrbem, etenim ex Romuli inſtituto in Ciues aſcire finitimarum Ciuitatum familias mos fuit, vſque dum Itali cuncti Romanam adipiſcerentur ciuitatem. Ita Sigonius.

Hoc autem Romuli inſtitutum reliqui deinceps Reges ſtudioſiſſime ſibi ſeruandum eſſe duxerunt, vt finitimas Ciuitates aut vi, aut beneuolentia ſibi adiungerent Romamque transferrent. Itaque Tullius Hoſtilius Ciuis Alban. familias eius Vrbis Romã traduxit. Ancus Lucumanũ Etruſcum in Senatum aſciuit. Priſcus Sex. Tullium Cornicularium Sibi etiam generum adiunxit, neque tamen vnquam deſitũ eſt Ciuitatem victis Populis, & gentibus dari Italiamque ipsã municipijs deuictam quouſque bello Marſico Vniuerſa fere Italia Ciuitate donata eſt. Quo tempore multi etiam nec Italicæ quidem gentis virtutis ergo in Ciuitatem ſuſcipi cæpti ſunt. Ante eius bellum inter Illuſtriſſimas Vrbis familias ex ſolo iſto translata fuiſſe Martia non ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Familia Marsica.

re creditur, Ab Anco Martio Rege quæ postmodum subactis Regibus XVIII. consulatus enumerat vnde, & Martia C. Iulij Cæsaris Auia eiusdem testimonio apud Suetonium laudibus ornata.

Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum à Dijs Immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Marsio sunt Marsij Reges, quo nomine fuit Mater, è Venere Iulij, cuius gentis familia est orta. Extat in marmore inscriptio ab Ænea Vicomercato in Augustorum familia relatum.

D. M
MARTIAE
Q. F. CÆSAR
DICT. PERP
AVIAE. NOBILISSIMÆ
B. M. P.

Valer: Max. lib. 1. cap. 6.

Liu. lib. XXX, & Polib.

Valeria familia.

Volterranus Anthopologia l. XX. fol. 233.

Peperit, & Martium illum Vatem, qui ob singularem probitatem, & eloquentiam dignus habitus fuit, vt ab Senatu ad Persennam Regem mitteretur, vt Liuius, & Macrobius monumentis tradiderunt, & Q. Martium Ducem cuius orantis caput radians ex repentino per aerem igne volitante prosperi euentus in hispanico bello nuncium tulit, alioque viros quorum vt facta egregia, ita, & nomina Romani Historici scriptis notarunt. Quã subsecuta est Valeria Magistratuum insignibus clara, & siue consulares fastus, siuè supremos alios Reipub. gradus spectes, non vlli secunda, quæ ex præclaris à se gestis maximum nomen adepta est, dum ad fastum dictatura peruenisset; In patrio solo Ciuitatem de suo cognomine Valeriam dixit.

Quidã miseræ Plebis amator, vt ex eo Publicula denominari meruisset, nihil in animo habuit, quam vt illi faueret, quin, & proprias ædes in medio fori positas ad illius commoda diruit, & moriens Pauperibus, quos dilexerat, adæquatus publico ære impensis funeri comparãdis opus fuit, ita de illa alius Valer. Maximus recitat, quæ fuit aliarum etiam familiarum generosa propago, cum ab illa fluxisse Anicios, Flauios, Leuinos, Maximos, & Publiculas recitet, quorum fascis imperia illustriorumque hominum facta numerare, in immensum volumen creseceret; recurrat autem, qui in catalogum insigniorum desiderat nomina cognoscere, ad Raphaelem Volaterranum, & si facinorã cupit, Liuium legat. Hinc etiam Niniorum F. in Vrbe clari, quorum monumenta cum de Transaquis egimus retulimus.

Valer. Maxim. lib. VIII. fol. 75.

Accedant etiam Vettij nostri indigenæ ad equestrem ordinem in Vrbem asciti, vnus M. Vettius Marcellus Neronis Cæsaris Procurator, vt testatur inscriptio Teatina à nostro Camarra relata.

M. VET-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

M. VETTIVS. MARCELLVS. PROC. AVGVSTORVM. ET. ELVIDIA. G. F. PRISCILLA MARCELLI. S. P. F

Cuius in agro Marrucino Oliuetum prodigioſo oſtento in alteram partem viæ tranſgreſsũ Principis ruinam præceſſit. Super omnia, quæ vnquam audita ſunt, erit prodigium in noſtro æuo, Neronis Principis ruina factum in agro Marrucino Vettij Marcelli è primis Equeſtris ordinis Oliueto vniuerſo viam publicam tranſgreſſo aruis, indè è contrario in locum oliueti profectis. Alter Q. Vettius Vettianus facunditate dicendi & in foro nodoſorũ litigãtiũ diſcriminũ patrocinio notus de quo Cicer. de clar. Orat. Atque etiam apud Socios, & Latinos Oratores habiti ſunt Q. Vettius, Vettianus è Marſis, quem ipſe cognoui, prudens vir, & in dicendo breuis: Q. D. Valerij Sorani vicini, & familiaris mei. Duarum Mulierum Vettianæ familiæ monumentum extat Sulmone in marmore ſepulcrali,

Plin. lib. 85. & lib. 17. c. 25.

Cic. de cla Orat. fol. 647.

SCOPENI
ANN. XI
VETTIA. NATALIS
VETTIA PRIMA
.P.
FATO. CRVDELI. SI. QVA. EST
EREPTA. PVELLA. CERTE
EGO. QVÆ. DOMINÆ
CARA. PVELLA. FVI.
QVÆ. ME. OMNES. ARTES
DOCVIT. DOCTISSIMA. CVMQVE
ESSEM. RAPTA. SCOPE. NVNC
TEGOR HOC TVMVLO.

Addatur Oratori Poeta ſui æui preclariſſimus Naſoni coetaneus Domitius nempè Marſus, quem in ſcribendis Epigrammatibus laſciua verborum licentia Valerius Martialis imitatus, ſuam in illum reponentis culpam, Amazonidum opus, bellum ſcilicet inter Herculem, & Amazones actico dictauit metro lepore, & ſententiarum ſale condito, vt veteres Perſij ſtylo compararint, vnde non paruam laudem adeptus eſt. In Melenæ Mulieris amores exardens, inſtar Catulli longo carmine illos contexit, extat Valerij Martialis carmen.

Petrus C. de Poetis latinis lib c. X LIII.

Tacit. lib. II. annal. & lib. VI. an. I. & IV, Claud.

Nota tamen Marſis fuſca Melena erit.

Exacta Republica, imperãte Tiberio, Vibrij Marſi dexteritas in rebus agendis, & in bello fortitudo enituit. Germanici Cæſaris exercitus in Germaniam legatus iudicium venenationis in Principem in illius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

illius mortis Auctores exercuit,& cum argueretur, vti adulter Albucellæ, quæ in Tiberium machinans erat particeps perduellionis ingenioſa penſata inedia ſupplicium euaſit, inde à Claudio Caſare Syriæ Præſes deſignatus Prouinciarum motus dextera calliditate compeſcuit ad Caſſij Longini vſque ſucceſſoris aduentum,quem his laudibus Tacitus extollit. Marſus quoque vetuſtis honoribus, ac illuſtris ſtudijs fuit.

Baronius in an. An. XLIII. n. 16.

Hos ex antiquioribus ſæculis traduxiſſe ſat ſit,nunc ex promptuario Chriſtianæ celſitudinis,redempto iam Mundo,alios promamus;indeque initium ſumimus, quo culmen dignitatis illius,quæ ſuprema in Terris eſt, cælumque hominibus patere indulſit, cuius apicem ex noſtratibus attingit Bonifatius nomine quartus Ioanne Medico Valeriæ noſtræ Ciuitatis germine natus, Ciſtercienſis Religionis alumnus ad Cathedram Petri aſcendens, nobis etiam ſupremas honorum imagines reliquit,is ex Monaſterio S.Sebaſtiani ad Catacumbas Monachorum Prior,in catalago Sanctorum adſcriptus eſt.

Platina, & Ciacconius.

Baron. An. M.VI

Martirolog ad diē XXIV. Marij

Alter ſcelere clarus, quem in Chatedra Petri Idolum abominationis aduerſus Ioannem XXII. Bauarus Imperator Ludouicus impiè ſedere cōſtituit. Fuit is Petrus Raynaldutius è Vico Corbarij in limine Equiculorum nobis contermino poſito, qui Matrimonij vinculo adſtrictus,nō inuita vxore,minorum Conuentualiū ordini adſcriptus in rebus agendis apprimè factus, litterarum etiam ſcientia ornatus, ni moribus,& ſchiſmate vitam fœdaſſet, Nicolai V. nomine aſſumpto, poſtquam triennali vexatione Eccleſiam Dei laceraſſet, regreſſo in Germaniam Bauaro, Comes Berefatius Piſanus ſub cuius tutela Imperator relictus erat,vt rem gratam Summo Pontifici faceret illum Auenionem perduxit,vbi in ordinem redactus,facta in publico Cōſiſtorio ſolemni abiuratione, vitæ beneficio benignitate Pontificia donatus,in carcere vitam finiuit. A. MCCCXXXVIII.

Platina, & Ciacconius.

At non minus indigenæ noſtri ad vrbem commigrantes patrios auxerunt honores,ad quam aduenæ aduenientes noſtratibus admixti eorū nobilitatis ſtemmate nomen extulerunt. Siquidē ab A.C.MXXVI. Berardorum Comitum numeroſa propago Procerum, Illuſtriſſimarū Familiarum principia tribuens,ſplendorum claritate emicuit, ex gallico ſolo aduenientes,è regio ſanguine exorta, vt Alphanus in Attonis Epiſcopi elogio fatetur.

Iſtius vnde Domus manauit origo Parentum,
Regibus è Gallis linea ducta docet.

Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus.

Etenim Berardus Azzonis ex ſorore Nepos, Franciſcus appellatus, cum Vgone magni nominis Æquitaniæ Ducis à Ioanne XI. aduocatus aſſociatis principibus arma ad repellendum ex Italia Rodulphum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

phum Burgundiæ Regis filium, qui illius regnum affectabat, adiunxit, sibique Doda, Lindani Marsorum Comitis filia in matrimonio copulata, Comitatus hæres, plurimorumque Regulorum pater, & protoplastus fuit; cuius Nepotes magnas toparchias, obtentaque à Regibus fæuda, inter se partientes, quisque vt insignia, sic ex diuisa Auorum hæreditate, nouum cognomẽ sortiti sunt; propria erant, quæ adhuc in domibus, & sepulchris, & in lapide sculpta in Terra Transaquarum visuntur, & talia esse, testimonio donationis Berardi Comitis Collegiatæ pra fatæ Terræ factæ, qua à solutione eximit domum, in qua propria arma sunt, comprobantur; sunt nempè in parma cæleſti colore tincta tres lineæ parallelæ rubræ, alia transuersa ducta, & in singulorum intersecatione coclea aurea adiuncta. Vnde postmodum inde geniti fratres cum Auito iure, quæsitum patrimonium inter se partiti sũt, quisque sumpta aliqua occasione agnomen nouum diuersaque insignia sumpsit, primæna verò solũ Rogerij à Transaquis, quos fato assumptos vidimus, retinuerunt, vnde non spernendũ argumentũ ab isto stipite fluxisse sũpsimus, quæ autem primatũ ex diramatis familijs tenuerunt. Comites Albæ, Celani, de Ocra, à Barilibus, Sãseuerini, de Sangro fuerunt, vltra aliæ minoris existimationis. Celani qui, & Rogeroni ex multiplicatis istius nuncupationis Comitibus inde dicti. Ligone Fossorio pro parma, quæ ex transuerso fascia ducta signatur, vtebantur, vt nõ solũ è lapide exculpto, in Ecclesijs S. Mariæ de Valle propè Rosciolũ, & S. Ioãnis in Celano, & apud Castrum Vetus in superequo, sed penniculo delinito in Cappellis ipsorum inspicitur, quæ Scipio Ammiratus Sanseuerinis attribuit cum diuersa fere sint; eorum enim alba parma rubea fascia secatur, cuius Illustrissimæ Familiæ germen ex illo proueniens stipite, à Rynaldo Cruce signato in Hierosolymitana expeditione à Boemundo Duce Viscardo cingulo Militiæ signũ accipiẽs, Posteris transmisit, vt Scipioni Casellæ placet, qui vt optime originis nomẽ eternitati daret Ciuitatẽ condentes Marsicum nominarunt, aliudque Oppidum successu temporis excitatum de eodem nomine, nouum Marsicum appellarunt, vt ex Ammirato qui primordia familiæ, & ad supremos dignitatis honores euectionem recenset. Ceterum Barilium, & Sangrorum progenies longobardorum more ab Oppidis, quibus dominati sunt nomen sumentes, vetus cognomen, & arma abiecerunt.

Et cum in schismate Anacleti istius familiæ proceres Innocentij II partes fouerent, quò faciliùs Aduersariorum euitarent incursus, loco insignium charactere hoc  vti ceperunt vnde Caraptoloruui progenies in Alba illustris viguit, cuius modò vltimum tenet locum Berardina ex Pompeio filia nobis sanguine iuncta, cuius morte Comitũ linea in Marsis extinguitur.

Scipio Casilla de familia Caraptolorum.

Ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Arma verò, seu Insignia, quorum supra mentionem fecimus, hic exprimenda curauimus.

I II III

At qui Colorum varietas typis euulganda non datur, in ijs exprimendis eo linearum ordine vsi sumus, quem Pompeius Sarnellius, vir cum iuris vtriusque laurea decorus, & Protonotarij Apostolici dignitate exornatus, tùm omni scientiarum genere cum primis eruditus ex quibusdam M.S.C.Francisci Menestrier Presbyteri S.I. edocuit nempè; quod Cæruleus color, siuè Cælestis, quem Italorum vulgus *azuro* appellat lineis (☰) fasciæ instar parmam cingentibus, vt in primi, & secundi suprapositorum apparet, denotetur. Rubeus, lineis à summo ad imum ductis Pali (lll) instar, vt in primi, & secundi transuersis, quas *barras* vocant, tertijque fascia est videre. Aureus punctis (:::) exprimitur, vt Cocleæ primi demonstrant. Argenteus nullam admittit lineam, sed albam retinet parmam, vt in illa tertij apparet. Viridis acutorũ accẽtuũ instar à summo ad imũ angulum lineis ductis, innotescit. Purpureus verò grauiũ sequitur normam. Niger tandem vel cancellatis lineis, vel sua ipsius atramenti nigredine se notum facit. Hæc obiter dicta operæ pretium existimauimus, vt rerum varietate lectorem fastidio leuaremus. Ast vt ad rem propositam redeamus.

Cum non defuerint qui S.R.E. Cardines, purpuraque insignes honestissimam Patriam honoribus cumularint; quos Marsorum Regio Purpuratos peperit, eorum nomina in catalago recitabimus. Illi fuerunt Benedictus XVIII. Cassinẽsis Monasterij Abbas, Amatus à Benedicto IX. anni. MXL. Theodinus ab Alexandro II. anni M. LXXII. Gerardus, qui & Leo anno M. XCVI. Theodinus ab Vrbano II. Alter Leo Bibliothecarius, & Cronichon Cassinensium scriptor anno M. C. V. Roscemanus à Paschali secundo Diaconus Cardinalis Tituli Sancti Georgij ad Velabrum. Sanctus Berardus Presbyter Tituli Sancti Grisogoni; anno M. C. XXX. Sanctus Baldouinus anno M. C. XXXX. Rinaldus anno. M. C. XXXVII, & Theodinus anno.

M.C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

M.C.L.XVII. Ioannes de Pontibus ab Eugenio Quarto, de quo alibi, quorum Elogia, & per gradus virtutum ad culmen tantæ dignitatis euectio apud Alphonsum Ciacconium leguntur. Sat sit nobis nomina enunciasse.

Nouissimè nostrorum auxerunt honores duo inde exorta sidera, quæ vniuersum Orbem illustrarunt. Eminentissimus Cæsar Baronius vnum, materno nostro genere, ex Portia Phæbonia laudatissima fœmina natus cuius vt præclarissimi ingenij dotes annales ecclesiastici ab ipso insudati, ita sacrarum virtutum laudes plenè scribentium paginę testantur; cui copulatur Iulius Eminentissimus Mazarinus mûdo in Ciuitate Piscina datus, vnde primam vitalem auram hausit, & infantiles annos duxit, ad supremam in Aula Galliarum Regis dignitatem prouectus, anno 1661. magno Christianæ Reipub. damno post fœdera inter Hispaniarum Francorumque Reges, matrimonio stabilita, ad cœlum euolauit, cuius facinora præclara, & glorioſos triumphos enarrent qui præsentis temporis historias texunt, nobis sufficiat ad nostrę gentis coronandos honores enarrasse, quod hic natus, & sacri baptismatis vnda in Cathed. Eccl. renatus, nomen Iulij Raymundi sortitus, ex duobus alijs suę familiæ clarissimis viris quorum prior militiæ gloria clarus, posterior religione quippe qui S. Ignatij Santissimæ Societatis nominis Iesu institutoris alumnus, & consocius, & scientiarum professor, & verbi Dei præco notissimus fuit.

Cum qui infulas Episcopales ex nostratibus in propria sede susceperunt Catalago adnotauerimus, quos alibi cathedræ honores arrepserint annectemus. Quorum Odoritij Comitis Marsorum filius Trasmundus ex Tricaricensi ad Valuensem Ecclesiam translatus vnus fuit, de quo, & alijs infra dicendis apud Vghellium, alter D Petrus Iannetella de Aggello congregationis Cœlestinorum M.CCCIII. Episcopus Ciuitatis S Angeli Delombardi, & Rinaldi Marsorum Comitis filius Augustinus ad Cathedram Narniensem An. M.CCXXX. Euectus est. Ioannes Baptista de Pontibus à Curcumelo Bitontinæ Ecclesiæ præfuit A.MCCCCL. Inde Angelus Maccafanus de Pereto primus Anxanensis Episcopus A.MDXVI. Berardinus, & Iacobus Siluerij de Celano ambo aprutini Episcopi vnus anno MDIII; alter An MDXII. Alexãder Argolus à Talleacotio Episc. Terracinæ ann MDXXXIV. Cęsar Petius de Celano Valuensis & Sulmonensis An MDCXXI. F. Propertius Resta à Taleacotio Carriæten: Episcopus An. MD ... & alter Alexander Argolus Verulanus An. MDCL. & hos in compendium Ecclesiarum Præsules numerasse sufficiat, vt ad diuersarum scientiarum scriptores orationem vertamus. Primum in ordine præponam Leonem Hostiensem, qui ad natalium, & dignitatum splendorem sapientiam adiunxit, Sacri Monasterij Cassinensis Chronicorum scriptorem: inde B. Thomam à Celano ordinis Minorum, qui vitam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

S.Franciſci primus ſermone polito ſcripſit,& varia digna opuſcula reliquit,& eiuſdem terræ, & Religionis alterum Sacrarum Theologarũ quæſtionum dictatorẽ,F.nempè Bonauenturam quem ſequuntur duo fratres Petrus,& Paulus Marſus de Cæſis,quorum in Silium Italicum,inq; Ouidij Naſonis,& aliorum Poetarum,& Oratorum libros extant commentaria, & de immortalitate animæ ad Raphaelem Cardinalẽ Riariũ oratio.Scripſit de Philoſophia & Medicina inſignis Doctor Antonius Gattus de Ortucchia,de Cometis tractatum, & D. Felix Nola de Alba rethoricas directiones, & D. Petrus Rocchus de Scurcula in dogmatibus Galilei Apologicum,& alios plures philoſophicos diſcurſus,& Andreas Argolus de Talleacotio Ephemerides,& tabulas primi mobilis,& de diebus criticis,& alia cõplura, & Ioannes eius filius Endimionis fabuloſos amores italico metro edidit, & de gladiatoribus pluraque alia inter quæ græcæ eloquẽtiæ rudimenta morte interceptus reliquit,& Propertius Reſta Epiſcopus de vera,& falſa ſapientia,& illius nepos D.Franciſcus ex Clericis Minoribus de varijsaeris,aquæ,& ignis impreſſionibus quęſtiones, & ne in enodandis legum anfractibus ſcriptor deeſſet Ioannes Grandis Auus noſter Maternus in regiam ſanctionem facultatis procedendi contra Exules praxim edidit,& poſtremus Franciſcus Capotius à Talleacotio duodecim Cæſarum imagines in Agrippina, quam polito ſtylo noſtro idiomate edidit, & deſcripſit;

FINIS LIBRI PRIMI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

HISTORIAE MARSORVM.

LIBER SECVNDVS.

De Lacus Fucini denominatione, deq; Piſcium, Auium herbarum, & piſcationum generibus.

CAP. I.

EX Apennini iugo, qui ad nos ſe extendunt Montes, brachia ab ortu ad occaſum dilatantes, amplæ planitiei ſinum aperiunt, quã ſua in altum culmina extollentes circumferenteſque dorſum ſepiunt efformantque oblongum planè Theatrum, ſi quidem Piſcina à Talleacotio XX. mill. paſſ. elõgatur & quà latitudo XII; tranſcurrit autem, qui ab auſtro ad meridiem vergit ab Angitia Silua notus Mons, planumque interſecat hinc dilatando ſinum ad campos, quos Palentinum vocitant, pedem propè Oppidum Cappellç figit II. mill. paſſ. à Scurcula diſtans, cui adiungitur alter, qui à Talleacotio eò versùs extenditur, iugumque extollit ad altitudinem, parumque ſolùm ſe flectit, quò aditus ad Vallem Rubeti aperitur, iterumque ſurgens curuatur quouſque illi iungatur non longè ab eo, cui à Pinna nomen eſt. Interſecatur valle protenſa longitudine, quç ab ortu ſolis hiberni initium ſumens, ſupra ſe montes habet vaſtiſſimos, qui *Marſos* à Volſcis diuidunt ſupra Vallem Collis longi ab Aciretta anguſto principio; ſed cum deſcendit æquali ampliatur tractu triangularem propè oblongam formam retinens, ſi à priori angulo ad baſim ſpectetur, quç à Tranſaquis ad Vallem de candelicchia ducitur.

Ex illo, cui nomen Grattella dirigitur Carbonarius ad lacum vſque radices figens ad VIII. ferè mill. in longitudine, ex altera parte Archipretę Vallem proſpiciens. Ex aduerſo tranſacto ſpatio, alia, ſpectatur vallis, qua inter Montes S. Nicolai, & Carcis initium ſumẽs

transuerso inflexu diuertitur, & propè Reatè terminatur, per quam Saltus amnis perfluit vsque quo Velino iungatur illiusque nomen assumat. Formam tandem æquali proportione non retinens si quidèm qui à montibus consurgunt colles aut arctant, aut extendunt.

A Piscina ad Celanum eleuantur aliqui ad inhabitantium incolarum delicias, sunt in illis Collis Armeli, Circulum, & Agellum sita Oppida, & qui parumper à terra eleuatur, & à monte Tino ducitur Celanum continet, a quo euellitur alter qui angustum, breuemque transitum ad planum præbet; mons ipse rupes ceruarę (in quo Paternum) appellatur, in ipso plane inter lacum, & montem Velinum intumescit in alium collem Terra, in quo alba antiquissima Ciuitas, & in radice Pagi multi, & non longe ab illis Malleanum de quibus, & alijs Oppidis, quę sunt circa planum suo loco dicemus.

Continet hęc in ipsius recessu cum depremèdo inclinatur ab ortu ad austrum lacum propè Montes, cum aquę in montibus gignantur atque sic in propinqua loca depressa defluunt, cuius quidem aquis nõ minor pars superficiem adumbratur adeò amplè, vt pelago comparetur Strabo. lib. V. Prope Fucinus est lacus longitudine par pelago, is Marsis, & vicinis maximè omnibus vsui est.

Strabo lib. V.

Non fabulosè ortum, vt vulgo fertur, sed ab Omnipotente Opifice, qui Cælum, terram, mare ex nihilo ad esse produxit, in ipsa rerum productione efformatum, sic.n. fabulosus noster Poeta

Addidit & fontes, & stagna immensa, lacusque.

Vt pulchrior varietate, & commistione rerum moles terrestris Mũdi huius ostenderetur, & ex vicissitudine vtilitas caperetur, vt enim in Mari solidas insulas ex terræ insurgentis tumore producuntur, sic vt vicem quodammodo mari terra redderet, in eius sinu lacus quasi liquidæ Insulæ procreantur, siuè ex aquis imbrium ex Cælo influentium in procliniorem locum in vnum exoriantur, siuè ex illis, quæ faciem terræ rigant, & quo aditus precluditur in vnum coeant, sinè ex Cauernis, antrisque, quę in media terræ regione consistunt, per poros, meatusque aer inclusus in aquam frigiditate terræ vertatur, & vi calidi, siccique cogitur vt exprimatur, & quemadmodum ex humano corpore per poros, & venas ad vulnera sanguis, & lac ex mammillis exprimitur, sic & generatus humor ad irrigandam terram insurgit in riuulos, fontesque, & in humiliorem locum prolabentes stagnẽtur in lacubus, siuè etiam, sacrarum paginarum testimonio, ex cuniculis per canales subterraneos ex mari dispensentur aquæ per vniuersum, & vnde exeunt flumina, inde reuertantur, vt iterũ fluant, exomnibus istis possibile est gigni in excauata planitiei parte, & quæ è Cælo per Montes nimbis resolutis, & quæ per riuulos desuper irrumpentes, &

Cic. de nat Deorum lib. II.

quæ

quæ ex laticibus proueniunt in vnum confluant vt inferius dicemus. Nomen illi Fucinus indictum, sic Strabo, & cæteri, & Martialis, Epigram. XXVIII.

Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis.

Siquidem pulchritudine ornatur eximia, tùm aquarũ limpidissimis vndis, tum situs perspectu, sinusque nitore, in quo non limus sordescit, sed ita clara, & dealbata splendescit vnda, vt quicquid superponitur effigiatum reddat, vt ex hoc Etymon nominis sumere persuasum habeamus, fucare enim est pingere, Virgil. 2. Georg.

Assyrio fucatur lana veneno.

Virgil. 2. Georg.

Et Siluius 4. Stat fucare colus, nec Sidone vilior Ancon
Murice nec libico ....
De quo etiam ab vtroque laudatur. Virgil 7. Aeneid.
Vitrea te Fucinus vnda. Te liquidi fleuere lacus.
Et Silu. 4.
Iamque dedit letho Stimium Laurumque Demopte
Collinum gelida, vitreus quam Fucinus antro.
Nutrierat, dederatque lacum transmittere nando
Et venustissimè omnium Pompeius Sarnellius in eo Tetrasticho, quo in quandam, Fucinam dictam, inuehitur.

Pompeius Sarnelli in epigr.

Fucina cur ferris? vitrea si Fucinus vnda
Vt verè est, pandit, quod fugis ipsa, sinum.
Ergo vel nomen, fictos vel pone colores,
Fucinus impuram ne lauet, atque leuet.

Ita quidem clara, vt in ea non sit quod obiectum oculorum offendat, quo minùs quæ in fũdo iacẽt aspiciãtur; hinc meridie lucẽte Sole, & nocte plena Luna, tridẽte, seù fascina iaculari in pisces circa litora Piscatores solent, quos tintinnis remi, alteriusque generis ligni allectos feriunt, & reti intercludunt, quod iactãt. Hunc lycophronus antiquus Poeta græcè canens, Phorcũ seù Forcum appellat à Phorco fortè Marino Deo, à quo duxisse originem Rhætum Marrubiorum Regem, ex Alexandro Polystore Seruius scripsit; cuius verba Cluuerius refert dũ loquitur de posteris Aeneæ Romã in latio conducturis.

Seruius ad Æneid lib. X.

Plurimum celebratam in bellis Patriam
Per posteros ædificabat felicem
Arcem, altrasque iuxta Circei Syluas,
Portumque Argos inclytum Æeten magnum;
Phorcique Marsici lacus latices.

Hunc

Hunc Recentiores (il lago di Celano) nominare malunt, est igitur in tanto ambitu,& amænitate, vt quæ partim collibus, partim lata planitie circa, & vltra eum distincta, multisque ceu corona magnis Oppidis,& castris conspicuus, & Salubritate perennis auræ reddatur; ab ortu ad austrum (quò vergit) perpetuo, sed lento in humiliorem depressioréque locũ discurrit fluxu,ex quo voragines aliquæ,vnde dulcis,& suauis ad potum aqua,& qui Transaquæ lucum & Ortuculam incolunt sitim explent. Est etiam lotione Salubris; curat enim scabiem, aliosque morbos, qui ex hepatis inflammatione proueniunt.Causę autem bonitatis sunt motus,& flumina quæ in eum intrant,vndè cum impigra maneat vnda, nec pinguedine terræ maculetur, nec venenosa animalia gignat, miræ bonitatis prędicatur, & veteres inesse numen credebant. Vndo C. Gauius ei votum soluit, de quo lapis in prædio Piscinæ.

C. GAVIVS. H
F. C. VEREDVS
G. F. MESALLA
FVCINO V. S.
L. M.

Optimis abundat piscibus,quibus Roma, Latium, & omnis circa Regio ad LX & vltra mill.pascitur, licet non sint diuersarum specierum,in propria tamen multiplices sunt,vt tinchæ,& scardulæ quæ instar tincharũ optimæ,& magis sanæ,paruæ. nec sapiunt, nec nutriunt, Laschæ,quas antiqui vocant, barbos, qui octo alas habent,cum cæteri quinalarum sint,de quibus Plinius lib. IX. cap. XX.

Plin. lib. IX. cap. IX.

Ideòque pianarum quoque sunt discrimina, quæ, pedum vice,datæ sunt piscibus, nulli supra quinas, quibusdam binæ, quibusdam trinæ aliquibus nullæ. In Fucino tantum lacu piscis est qui octenis pennis natat.Horum omnium maximam copiam nutrit,& vectigalium quæstus quotannis ex tertiaria piscationis Dominis lacus duodecim millia scuta facit.Tructæ etiam aquas tranant,sed perraræ, & quæ ex fluminibus in lacum intrant,cancris etiam abundat.Sunt,& in eo tellinæ,& cochleæ, quæ licet palato non displiceant,non tamen eduntur.

Non desunt tamen aliqui dumosi, qui vepres,spinasque per omnes latus acuunt,cum stringuntur,alioquin arma celant. nutriuntur & in aquis sorices,qui retia plurimum damnificant; & canis non sicut marinus,sed paruus,cuius morsibus,& Piscatores,& pisces læduntur,cui additur Etrica Vulpi similis, & mordax, nec ad cibum, nec ad aliud valet,est pellis in pretio tantum. Quod deest in genere piscium supplet in auibus,sunt enim triginta ferè specierum.Anas duplicis generis,Genericcius auis marina,Quatuor oculi,Pica,Rosciolus, Cauabricius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

cius,& Gozolus,quæ herbis nutriuntur,nec acuunt roſtrum, ſed remiſſum,& planum inſtar cochlearum habent, præter has, vt fulices, Tuccanes, Ioda, Sulmuccius, Anſer, Pauonella, Sterlicus, Pizzarda, Coruus,Strufolonus, Piſcare, Cucchiarella, Sporcellina, Coturnix, Cannarola,Capo,& Arx ſiuè Ciconia, quæ piſces edunt,& roſtrum rotundum,& acutum habent.Capiuntur in hyeme Fulices, cæteræque in tanta copia vt ſale,& fumo ſeruare neceſſe ſit, Olor quandoque non deeſt.

Eſt,& alia Auis,quæ Deuorus nuncupatur, Olore maior,albi pariter coloris,ſed roſtrum ſatis amplum,& iugulum habet;non canit,ſed per arũdineta diſcurrens, ſtans ſupra vndas roſtroque plaudens,quod apertum immittit in aquas, omnemque flatum emittens vocem horrendam reſonare per omne litus facit, quam mali nuntiam veteres crediderunt quamque Matthiolus Saſſiphragum, ſeù Olinam dicit.

Eſt etiam in eo herbarum copia,quæ ad cibum Auium,& medelam valent,& ſunt fraxus,ſeù verbaſcum minus,falaſca ſeù alga, aut potius Vlua,cum illa Pelagi ſit.

Alga natat pelago, ſed naſcitur vlua palude,
De qua Virgil. Æneid VI.

Tandem trans fluuien incolumes vatemque,virumque.
Informi limo, glaucaque exponit in Vlua.

Sanguinaria ſeù Polygonum aquaticum fœmina. Iyſimachia quæ frondes inſtar Salicis, & florem rubrum habet; feniculus, qui miro-phyllum ſeù millefolium aquaticum vocatur. Turronus ſeù Muſcus aquaticus illius generis ſimilis maſſæ ſericæ viridis coloris; Cauda Vulpis,ſeù equiſetum duarum ſpecierum,Platanus ſeù Nymphea,aut Nenuphur pedis rubea ſeù perſicaria,aut Hydropiperum aquaticum. Sunt,& aliæ, quas vocant Pilus, Plumula,Cardellus, Saluestranus, & gramen aquaticum, & canepa.

Nauigijs aptæ ſunt aquæ,licet tenues,nec magnarum nauium pondera patiantur,attamen biremes,quatriremes, ſeptemremes, & quæ maiores ſunt,nouiremes longitudine vltra LX. palm. non inſtar illarũ quæ mari vſui ſunt,ſed quæ puppibus, & proris careant, planamque carinam,& cætera habeant, & quibus vice timonis remus à ductore adhibeatur,non ſuſtinent vela.

Quę Piſcationi inſeruiunt,varii ſunt generis, præcipuum eſt, quod retiaculis fit,quorũ maximũ tracta vocatur cuius cũ miniſterio nouiremes adhibentur,ſic à trahendo dicta eſt, & alia eiuſdem ſpeciei,ſed brenior,quæ Pandera dicitur,& poſt tractam iacitur, vt ſi qui euaſerint capiantur,quibus toto anno piſcatur, & rarò intermittuntur.

Æſtiuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Æstiuo autem tempore circa litus retiaculis ex Transimeno lacu adductis piscatur,quorum ima frequentibus plumbi calculis, & superiora suberis fruſtis, illis ex aduerso oppositis, sustentantur, sunt & aliæ retium species,quas omittimus vt alios piscandi modos referamus,qui non solum retibus,sed etiam sine illis perficiuntur.

Eodem tempore ex fascibus viminum aggeres struuntur in aquis, partim vbi in vniuersum maiores sunt,partim,vbi tenues; singulis illorum frequentibus palis ligneis ad terram fixis,& supra aquas erectis vallantur,ne tempestatibus dispergantur, & quæ in profundiori lacus sinu sunt strues;nunquam dissipantur, sed singulis annis, nouis superadditis fascibus conseruantur, quò pisces cum horridam sentiunt hyemem,circa autumni finem recondantur, in vtrisque ars piscandi non eadem;si quidem in illis primi generis retia in modum cocullorum piramidalium effecta, latum aditum, sed per insidias difficilem exitum habentia applicantur.Martanella à lacu Martis, à quo sunt mutuata appellantur,& frequenter palis qui circum circa sunt aggeri alligantur,vt cum extra vagant pisces capiantur;Et ex eorum frequentia li Spissi nomen acceperunt, quò quotidie, dum frigus vrget, illic nauibus acceditur, vt capti extrahantur.

In alterius generis struibus non ita,sed panno raris filis contexto, quasi spissiore retiaculo lõgitudine CCC. palm. & latitudine XXX. vallantur,cuius extremam partem palis confodiunt in imum lacũ, altera extenditur ad superirora extra aquas,vnde extractis fascibus intus iacitur retè,quod Sciabaco vocatur, & intercepti pisces capiuntur.

Quæ sine rete fit piscatio est naſſarum ex viminibus confectarum ad numerum ferè CCC,& ex illis sic vnitis strues conficitur, quam primo vere in profundum aquarum deijciunt,redeunte autem tempore resolutis iam ligaminibus, fractisque sigillatim expiscantur,in quibus piscium omnis generis copia reperitur.

Hamo calamo appenso,non piscatur, sed ad filum perlongum applicantur multi, & ad alliciendum pisces vermes adduntur.

De ambitu Lacus.

CAP. II.

CVm non exundat,intrà ferè XXX millia passuum se colligit,elõgatur ferè ad X. ad totidemque vbi maior est latitudo dilatatur, & vbi minor est,intra IV. continetur.

Non habet perfectam formam,sed aliquos vortices,in quibus in angulos dilatatur,pro vt planicies ipsa, in qua iacet,sinum accommodat.

Cam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Campos illos inundat,qui circa Montes Marsorum sunt, & in austra-lem plagam totus residet, ab oriente vallem Archipretæ habet, in-qua præcipuum angulum in gubitum extendit, & insulam Ortucchiã quam Alicarnasseus Issam,Paulus Marsicus Ortygiam appellat, in me-dium claudit,vbi Oppidum eius nominis, non siquidem semper in in-sula,sed tantũmodo dum aquæ extenduntur,cum autem retrahuntur sicco vestigio ad eam itur, paruumque spatium ex ista parte cultori-bus relinquit in plano.

Alium angulum non tam latum prorumpit in agros inter Paternũ & Celanum,ripamque ex inde parum incuruat circa iugera Auella-ni,& fluctibus percurrit ad radices montis Pennæ, quam abrodit, & nulli alij Monti iungitur quam ipsi, & Carbonario relinquendo ex alio latere latam liberamque planitiem,quam incolunt Celanenses,& Piscinates, litus hoc parumper dilatando, vndas in duos vortices immittit,quos colle interiecto ab aquis separat, quique veluti por-tum nauigantibus constituunt, non longè à Transiquis.

In primo vortice collis extenditur ad CC. pass. & albis lapillis to-tus cooperitur, quos venti tempestate coaceruant, nec in illo foditur terra,nec ad segetes aptus, sed Bacchi tãtummodo munera refert,cum vites, & vineas nutriat,quæ licet non vlmis, palisque iungantur, sed tralices serpunt,vuas tamen, vinaque dulcia promunt. In isto vortice est palus,cuius solum,cum decrescẽtibus aquis in sicco remanet, vbe-rem segetem, & fructum vigesimum penè reddit.

Alter non tam latum spatium occupat, & profundiores aquas ha-bet,nec terra,cum siccatur, coli serique potest. Sunt, & alij in litore vortices,qui modò apparent, & modò cooperiuntur aquis profluxus, effluxusque extensione,& remissione;in vorticibus istis, naues appu-lunt,& iram Aquilonis effugiunt,& quò Nauta, remigio lassus, fluctibus ne obruatur dum tempestas inundat, resilit.

Profunditas sicut,& circuitus inæqualis, multisque in locis terra eleuatur,& colles insurgunt,qui aquis operiuntur,& quæ in ipsis ef-ficiuntur valles ad palmos L. in profunditatem sinus protendunt vt propè montem Pennæ,& in valle Archipretæ non longè à S. Manno ad palmos XXXVI; & hæc est maxima profunditas, in vniuersum aquæ minores sunt.

Et cum tantæ sit magnitudinis,& regio ipsa sub placida Cæli regio-ne sita,& ventis ex omni terræ plaga apertus aditus pateat, rigidis tamen Aquilonis flatibus obrigescit, & condensatur in glaciem ali-quando totus, & tali densitate, vt ab vno ad alterum litus homines, & iumenta, onusta oneribus pertransisse perhibeantur. Sic enim con-tigisse anno MCLXVII in chronicis Ioannis de Ceuano habetur. *Apud Vghellũ. in Italia Sacra.*

Qui,in hoc anno inquit,pluit ab VIII. Kal. Aug. sæpius vsque ad V. Idus Nouẽb. postea non pluit vsque ad XII. Kal. Februarij,& flabat

ventus Aquilo, eratque frigus tam forte, vt fata non nascerentur, & stagna coagulabantur, & Lacus Fucini penè totus ita glacie coopertus fuit, vt super eo ad alteram partem homo transire posset. Quod nõsem:l accidit, præsertim anno MCCXXV. iterũ, vt fertur in chronicis Riccardi de S. Germano.

Hoc anno MCCXXV. Lacus Marsus, qui Fucinus dicitur, vsque adeo obriguit, vt homines in eo desuper ambulantes boues traherent cum trabibus, & alijs legnaminibus necessarijs ad cognam.

Et sub ætate Auorum sunt, qui sicco pede per medium pertransisse ad strues iam relatas ad capturam piscium referant, & per plures dies piscationem per solidam glaciem ambulando extruxisse, quod & hac nostra ætate pluries contigisse prospeximus, non tam in totum glacie coopertum, sed in aliqua sui parte ita solidatum, vt deambulãtibus præberet iter, & lusoribus palestram ad ludum casei, & spherici ligni contigisse refert Baccius de Vinis Italiæ: anno MDXCV. vt supra hominum memoriam, ita in solitis modis, cõglaciauit, vt vecturas, & currus transitum sustinuerit, vt & alijs Italię lacubus eodem anno accidit.

Et non multis ab hinc annis, cum pariter glacie densaretur, & cum Piscatores naues supertraherẽt, & vbi per minarum densitatẽ liceret, fraugerent, vt in piscium captum irent surgẽs Aquilo naues in glaciei frusta ita impulit vt penitus quassaret, & remigantes omnes fluctibus abluerit eorumque audaciam fregerit.

De magnitudine præsenti, & præterita.

CAP. III.

NOn tamen semper eodem calamo metimur aquas, nec litus idem, sed diuersum pro excrescentia, & diminutione, siquidem dilabuntur modò longe per planitiem, modò se retrahunt, non ex aliqua apparenti causa, cum quidem alueum depressiorem fontibus habeat, vt impleri ad summum difficile foret, etenim quę ex montibus influunt, in humiliore sinu se continent, attamen licet non impleatur, ampliatur quãdoque & extenditur nulla habita ratione tẽporis, vt Petrus Marsus affirmat, sed prout ex causis, quas nectemus inter fluxus causatur, cademque vicissitudine campos, quos Cultoribus aufert pinguiores, aut steriles relinquit prout ventorum exagitatione abrodit, aut alluuione ditat; illos etenim, qui aquilonaribus flatibus obijciuntur congerie lapillorum, quos impetu adducit, vastat, non ita alijs flatibus, sed pinguedine auget, sterilesque fecundat, incrementũ autẽ hoc vsq; ad mõtana aliquãdo prospexisse Strabo affirmat.

Petrus Marsus ad VIII. Sib. Ital.

Strab. l. V.

mat. Memorię proditum eſt, nonnunqnam vſque ad Montana creſcere, interdum autem rurſus decreſcere, vt merſa prius lacu loca, deſinentur, & agricolationem Ruſticis exibeant. Quod, & an ſit verum, ante emiſſarium Claudij ex parte dubitatur, etenim quam abſumpſit Valeriã Ciuitatem, & cuius modò partes madefacit (ſi tunc extabat) vtique remiſſiorem fuiſſe profitendum; attamen ex non parui momenti rationibus, aut non extare, aut tunc penè inſurgere cæpiſſe affirmandum.

Pluries ſiquidem inter noſtrates, & Romanos exorta fuerunt bella, & toto illo tempore, quo Patauinus ſuam hiſtoricam narrationem extendit, licet multa minoris æſtimationis Marſorum loca recenſeat, de illa nunquam loquitur, & in illo memorabili, quo tota exarſit Italia noſtrorum conſpiratione exortum, tantę Ciuitatis Pelignis conterminæ, in qua maius robur ad opus perficiendum eſſe debuerat, nulla refertur memoria, nec apud Alexandrinũ, qui diffusè ſeriem belli ſcripſit, nec apud Florum, Eutropium, cęteroſque Hiſtoricos, nec credibile eſt, in tanta rerum mole Valerienſes in ſomno iacuiſſe.

Accedit quod Plinius nec illam inter noſtrorum loca recolit, nec ante Strabonem qui tempore Tiberij ſcripſit, qui de illa loquatur inuenimus, & licet pręuenerit Claudij Imperiũ, & quod eo imperante extaret, cum ex alio extitiſſe non conſtet eius primordia, circa hęc tempora ſumpſiſſe principium probabile eſt, & præcipuè quod non aliunde, quam ex via, ſic dicta, nota tunc fuerit. Sic Strabo lib. V. *Strab. lib. XIII.*

Cęterum Valeria à Tiburtinis capiens initium, & Marſos, & Corfinium Pelignorum Metropolim. Non tamen, & nomine, & magnificentia Ciuitatis illuſtrata erat, vt de ea ſcriptores dicere aliquid impulerit, vt adaucto tempore ſucceſſit. Immò cum Claudius ipſe viam ſternerit, quę vix vltra M. paſſ. ab illa, ſeparabatur à Corfinia parua, & vix nota Ciuitas initium duxit, cum alioquin ex Valeria vti illuſtrior, & amplior incipere debuiſſet, ſi tunc nota foret.

Verum cum lacus effluxus perpetui non ſint, nec vniformes, latiorem alueum tunc non habebat, licet non minorem, quam hodie, extendiſſe autem vndas vltra Valeriam, planumque plenè totum occupaſſe, & abruta loca circa ipſum, & cum de illis agemus dicturi ſumus, & alię rationes nobis teſtantur; oſtendunt hoc in primis riparum aggeres, qui in campos Albenſes modò inſurgunt de quibus Petrus Marſus loco citato ſic ait.

Aqua Fucini qui quondam excreſcebat in campos Albenſes, vt vetus ripa ipſius teſtatur, occupabantur vicini agri incrementis aquarum, quę per VII. annos fiebant.

Et ad hæc noſtra tempora permanet, quę quantus aliquando fuerit oſtendit; extendebatur vltra hanc noſtram Patriam vltra D. paſſ. in loco hodie dicto Il colle di Ceſolino. In quo cum plantarentur vineę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

in ſinu terræ & chocleæ, qui in lacu ſunt, & nauium fragmenta inuenta ſunt, vltra lapillorum aggeres, qui continuatè extenduntur ad cãpos præfatos & vltra, & modo diſtat ab illa per CCIↃↃ; & in aliquibus locis CCC. mill paſſ. Lacus ipſe in antiquis æſtimis ripa Marcelli inſcribitur, forſitan à M. Marcello, qui cũ eſſet Coſſ. vna cum Q. Fabio Marc. A. V. C. DXL. & Tiberis excreſcentia, vrbem, agroſque non ſine hominum, pecorumque iactura vaſtaſſet, ad has partes acceſſerit, vt cauſam incrementi prænoſcens ex extenſione lacus deuenire, aliquid circa ripam geſſerit, vt ab eo poſtea denominationis auſpiciũ ſumpſerit, de qua inundatione ſic Liu lib. IV. belli Punici.

Liu. lib. IV.

Aquæ magnæ, & niues eo anno fuerunt. Tiberisque agros inundauit, cum magna ſtrage tectorum, pecorumque, & hominum pernicie.

Tul. obſer. de prodigÿs.

Et etiam longius excurriſſe aliquando obſtentorum portento refert Tullius Obſer de Prodigijs. M. Aemilio, & L. Hoſtilio Mancino Coſſ. A. V. C. DCXVI. Lacus Fucinus pro millium paſſuum V. quoquo verſum inundauit. Et vt antea, ſic & modò auget, remittitque aquas non ad priorem illum terminum, cum, diuerſione Emiſſiarij à Claudio confecti, prohibeatur, attamen ante actis ſęculis ab vno ad alterum extremum, quo Valeria, & Pinna Ciuitates aſpiciebantur aquarum profluuio exuberâs, illas aſſumpſit, retinetque modo ita vt.

Si quæras Helicemque, & Buram Acheides Vrbes
Inuenies ſub aquis, & adhuc oſtendere Nautæ
Inclita multa ſolent cum manibus oppida merſis.

Et in hoc, quo viuimus, vltra miliare prorupit, agroſque noſtros vaſtauit. Ita vt ſi ſæculum ſæculo comparetur ſemper fluxus efluxuſq; varij inueniuntur, & in eodem alueo nunquam perduraſſe diuerſoſque fines propterea habuiſſe, vt modo habet.

De augumenti, & diminutionis cauſis

CAP. IV.

FOrmatur Lacus concurſu fluminum, ex altioribus vallibus ad depreſſiorem locum, & humiliorem alueum fluentium, ibique in unum collectæ aquæ ſuperficiem illam terrę vbi modo Lacus eſt adumbrant, & niſi cauitate profundi, & altioris ripæ altitudine exitus intercludatur ad ſummum impleri, aut ad originem fontium retrogredi neceſſe foret; ni cum altiores ſint, & ſupra alueum ſe extollant repeti prohibeantur, & tunc effluant oportet, quique modo nec augumentum, nec diminutionem ſentit, eandemque formam

mam ſemper retinebit cum concurſus ſit idem,& ſi vel deficiet, vel augebitur ex accidenti vel naturali defectu minui,& augeri lacum oportet. Excurrere ab Oriente ad Auſtrum ob depreſſiorem aluei ſinum,& cauitatē lacus diximus, vt illic quoque, circa quem vndique fluit,aquas reſidere, apertūque exitū montium vallatione inhiberi,& à campo de Vico vltra Terrā Luci,campi, qui intercedunt terram in ſuperficiem habent parum eleuatam, aut depreſſam, & breui amplitudine extenſam. Strati tamen ſunt lapicibus albis, & mollibus non ſolidis,ſed frequentibus ſciſſuris interciſis à cuius ſuperficie inundatio quæ frequenti calculo accidit breuem,qua celantur terræ,cooperturam aſſumit, & liberum aditum aquis præbet, vt per fiſtulas inſtar fluminum notabilis amplitudinis curſu in præceps profunditur, ex quorum impetu per cōcaua terræ, qua tranſmittitur ſtrepitoſus fragor auditur, & quo ſtratus lapideus deficit lapillorum cumulis, aut nigrarum arenarum aggere litus munitur, in quibus non diù reſtat aqua,ſed paulatim abſumitur, & tota illius Montis pars occultis, & frequentibus antris excauata perſpicitur, ideoque non augetur ad ſummum lacus,quia aquam non retinet, nifi vt alibi tranſmittat,& ſic aut tranſmiſſione iſta,aut alijs de cauſis (quas cum de aquis egrediētibus acturi ſumus afferemus) aut euaporatione, & terræ admiſtione,& expanſione, adiuantibus radijs ſolaribus, aut ventorum vi, & potentia,vt exiccetur,& minuatur interdum accidit.

At cum aquæ fluentes deferant admiſtam terram, qua paulatim abſtruitur via,& oſtium fluxus,adiūcta quæ aduehitur,ex terræ Eminentijs vi imbrium eam adducentium ad litora, & fluxu influentis ad loca decliuia, & etiam ventorum impulſu, qui ex montibus terreis leuiores partes terræ adducunt,& poſt variam agitationem ad lacum impellitur,adiuuantibus etiam quæ ad opus piſcationis proijciuntur lignaminum ſtruibus quæ tempore, & humidi potentia diſſolutæ, & comminutæ tempeſtatum turbine adactæ impelluntur in meatibus,& illùc in putredinem reſolutæ viam exitus præcidunt, vnde augeatur oportet; nec ad defectum fontium, & earum nouam generationem, aut ad aliam occultam rationem augumenti, & diminutionis cauſas cum Strabone referamus qui loquens de eo lib. V. Sic ait.

Qui ſubterraneis humoribus tranſitione occulta quadam ratione ſparſim efficiuntur,denuò autem in vnum fontes confluunt,aut omninò deficiunt,aut rurſus confluunt, quemadmodum in Amenano per Catanam defluente traditur, qui quidem annos complures euaneſcēs iterum excurrit.

Habent etiam aquæ ſua mirabilia,ſicut,& cętera elemēnta,quæ hominum ſpeculationibus non ſubiacent, vt Max. Summus Pontifex Sixtus V. relatus à Gomerio de Tybure,cum de eius inundatione loqueretur,ſentiebat. Inundatio.n.dicebat, eſt vrgens accidens naturæ aqua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

aquarum, vt defectus ſolis, & lunæ in eclipſi, fluxus, & refluxus oceani, quæ non homo, ſed ſolus Deus moderatur, humanum licet conſilium, in aliquo tantum accidente effugere hæc poſſit, ſed non omninò moderari, aut impetum inundantium aquarum retardare, quod, & in tantis edificijs circa lacum factis, & tempore Claudij, & in hoc noſtro Æuo opere Equitis Fontanæ, & Marij de Caua aperte eſt demõſtratum; attamen, nec in hoc ratio penitus deficere videtur, &, vltra allatas, vi terræmotus contingere poſſe affirmamus, cuius violenti impulſu terra ipſa aperitur, & conquaſſatur, & montes in hiatus deſcendunt, ita poteſt terra litoralis dehiſcere, vel cum antrã, quæ in ſinu ſunt impetu ruunt, ora abſtruere, vel quæ in ſinu ſunt aperire, aut noua pandere, ab eo enim aquarum recurſus immutantur, & conſuetæ viæ obſtruuntur, itaque ducitur aqua vbi ſiſtere cogitur, & ſtagnatur ſicque noui lacus prodeunt, vt annis præteritis in Calabria, & non nullis alijs ita productos recenſet P. Franciſcus Reſta in Meteor. lib. 3. cap. 5.

Sic etiam, & nos proſpeximus, cum acciderit anno quo hæc ſcribimus MDCLV. cum quateretur inſolito motu terra per totam Aprutij Prouinciam, & Terram laboris, & plura quaſſarentur Oppida, & ædificia collaberentur, hiatus nonnulli circa lacum apparuerunt, qui magnam aquarum congeriem deglutiebant, quorũ, precipuus ille fuit, qui in ſoliditate terræ circa litus in campo de Vico qui 11. mill. paſſ. ab hac noſtra Patria diſtat prorupit, profunditatis palmorum XX. & capacitatis ad CCC. aquarum cados, vt iudicauimus, quas breui temporis curſu aſſumebat, & ſi arte adiuuaretur, ad minorem ſane formam Lacum reduci non difficile foret, & ex eo tempore vſque nunc ſemper effluxit; non inſueta narramus, ſiquidem Ouid. loquens de terræmotibus ſic canit.

Hic fontes natura nouos emiſit, & illic
Clauſit, & antiquis tam multa tremoribus Vrbes,
Flumina proſiliunt, aut excauata recedunt.

De aquis ingredientibus

CAP. V.

VLtrà fluminum in vnum fluentium concurſum, & iam occulti latices ex conecuis antris, in ſinu terræ protensis, vbi, & aquæ generantur impulſu calidi exilere coacti, & quos Montes parturiunt & per internos meatus ad radices eorum paulatim deſcendentes eò adducuntur, augumento ſunt lacui, quibus ex niuibus liquefactis humor,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

mor,imbriumque descendentium fluxus opitulantur,quorum maxima copia ad Fucinum aduenit, siquidem qui à Pelignis, Vestinis, & Volscis nos separant Montes,ad illum radices protendunt, ex quibus flumina,torrentes,latices,alia quæ adueniunt aquæ,illasque proùt discurrunt, vel erumpere in lacum cognoscuntur,recensemus.

Primus prosiliens caput ad Ortuculam extollit, ostiumque aperit in radicibus Insulæ,spatiumque illud occupat, quod inter S. Mariam ad caput aquarum,& castrum Oppidi est, & magnam copiam secum adducit, & cum Insula in siccum remanet, rapido cursu profluit,nec tamen nauigium impedit, Nauiculis quidem transuehitur, & aquas ex Lacu Scandensi haurire profertur.

Est in vertice Montium Pelignorum non longè à Terra Scanni, à qua nomen Lacus sumpsit,vallis excauata, vbi aquarum copia sistit ad longitudinem M. pass. ferè latitudinis CCC. tantæ profunditatis, vt ima penetrare impossibile credatur, & cum alti, procereſque sint, & in summitate sit Lacus,totos acqua penetrare iudicatur, & aspicitur non solum in isto, sed in alio, de quo mox dicturi.

Non longè hinc serpit Sarcinalis ex rupe prope Liccij Casalia erumpens,& paruus fons,qui torrẽs in hieme fit,& Tauana vocatur.

Hùc aquas adducit ex superiori parte per Venerem,& S. Benedictum, Inuectus seù Pictornius flumen; fontes, & torrentes aliqui vsque ad Celannm insurgunt,& per vallem S. Marci perẽnis riuulus qui hyeme fit torrens auctus aquis, quæ ex plano ad Ouindolum per Anatellam illùc influunt,& cum fit æstas depauperatur, & vix ad Lacum adducitur.

Et ex Celano aureus fons, & aureũ flumẽ perpetuis aquis abundãs, & per totam Auellani planiciem ex inferiori parte fontes vndique vndiq;riui;præcipuus Muscinus,& caputaqua, qui aquas pistrino præbẽt. Per S. Petitũ paruus riuulus,& ex Castro Nouo pariter qui hyeme fluunt. Non præbent aquas aquis nisi torrentes duo in inferiore parte,præcipuus qui ex Valle Collis longi planum, inter Lucum, & Transaquas inundat, & alter per Vallẽ Archipretæ,quibus adduntur quæ ex liquefactis niuibus per circuitum concurrunt, ex summitate Montium,& quasi in centrum stagnantur in Lacum, & hæc sunt quæ superficiem terræ rigant.

Sunt,& aliæ quæ cæco ducuntur tractu per viscera terræ, scaturigines, etquidem maiores, irrumpentes in Lacum. Flumen vnum ex Velino Monte semper se se cõdens in terra,occultus prosilit,discurrens per internas venas,& cauitates per locũ dictũ Valle de Transito inter Albam,& Paternum, & quantum fit,ex maturis segetibus inspicitur,virent enim, quæ nutrit humus per cuius sinum inuisa vnda trãscurrit,cum cæteræ flauent,fuit aliquandò(dehiscente,casu aliquo, terra) visum, cum accidisset nõnullis super aratro terram, findentibus,

bus, cum profundarent boues in hiatu cecidisse quibus vix ab effosso loco erutis prospectũ fuisse flumẽ profertur. Hunc Pittornium seù Piconium aliqui esse suspicantur, diuersumque esse ab inuecto, quem refert Plinius, mouetur auctoritate Licophronis, qui de laticibus Marsici Lacus loquens Pictonium affert sic dicens. Pictoniumque flumen sub terra se se condens in obscuras specus profunditates.

Licet acuratissimè Cluuerius, valdè cõsonis rationibus, & obseruatione textus Plinij, & Licophronis inuectum Pictonium esse affirmare non dubitet. Nobis satis arridet Licophronis textus, & quod hæc sint duo flumina, vnum cursum intrà terram agens, alterum superficiem rigans magis notum, & auctores ignorantes duo esse, nec obseruantes Licophronem de scaturiginibus occultis loqui in vnum confundentes, Pictonium, qui inspicitur, nominarunt; & cum Plinius etiã ipse eum qui subter labitur ignorauerit, & nomẽ salientis notum habuerit, illum maluit proprio vocabulo referre, quam ab ignoto nũcupare, & ab hoc nõ alienum futurum fuisse Cluuerium si horum notitiam habuisset, non dubitamus.

Sunt in profundo inter ripam Paterni, & Celani duo hiatus terræ latices adducentis, & habent ora lata ad medium iugeri terræ, ex quibus scaturigines in magna copia emergunt, vt & semper intrà Lacum (licet minuatur) remaneant; profunditas quanta sit, nescitur impetus siquidem scaturiẽtis aquæ cannabum aduoluit ne in profundum protendat, quos præcipuos fontes Lacus arbitramur.

Est & alius in aquis patens hiatus, in quo Archippe Oppidum submersum iacet, ex quo ad lacus augumẽtum occultæ emanat aquæ non latum os, sed rotundum ostendens, vnde orta quæ per ora profertur fabula ex relaxatione claustrorum fontis Ciuitatis Marsiæ ortus lacus, & obruta Ciuitas.

Et circà litora Transaquarum, & Anezzani duo alij eructantes aquas, cum decrescunt scaturigines, circà quas ebolliri, & moueri cum erũpunt inspiciuntur, quas repletio, & abundantia aquarum, cum augentur, intercipit ne videantur.

Hic relatu dignum quod circa litora Transaquarũ accidit, referre censemus. Nẽpè cũ nec fontes, nec riui cãpos irrigent, nec vllibi insurgat aqua ad necessarios vsus, sed Lacus eas hyberno tempore præbet, & cũ aduenit æstas, parũque arena circa litus foditur, gelidi riui scaturiunt, qui Lacus cum decrescit, & ipsi decrescunt, cum abundat exundant, semperque frigent, cum vniuersa vnda tepescat, & hyeme aduenìente celantur, siuè quod latices ex ista parte gignantur, & cum rigor meatus terræ restringat, retardatur cursus; siuè restrictus humor per viscera terræ discurrens, nec viam sibi aperiens, retrogrediens frigiditatem acquirat, siuè alia sit ratio, non simile in vniuersa ripa per circuitum, nisi ibi, & Ortuculæ cernitur.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Non dissimilis huic, est accidentia putei S. Nicolai ad Litus Venetæ Vrbis, qui repletur, & exinanitur aquis ad formam fluxus, & refluxus maris, & tamen expers salsedinis, dulcem continet aquam.

De aquis egredientibus

CAP. VI.

SVnt autem, quo minus aqua ad summum crescat, ab ipsa Natura, & arte statuta loca, ad quæ diuertat; & vt de singulis agamus, nunc de ijs, quæ à Natura sunt dicere aggrediamur. Circa montem Pinnæ voragines aliquæ apparent, per quas absorbetur aqua, & nonnunquã aperiuntur nouæ, quæ flumina penè obruunt.

Duæ potissimæ olim erant, & Pitoniæ vocabantur, ità latæ, vt fere duo iugera terræ occuparent, & magnam aquarum congeriem deglutirent, vallo muniebantur inciso, & fistula, postquam pistrinis aquas prebebant, ad summum voraginis demittebat, & diglutitæ non amplius in circuitu apparebant; Multo ab hinc tempore clausa sunt ora ex fractis nauigijs, & congerie lignorũ vi tempestatis adductis, quod præsentis incrementi, & inundationis præcipua causa fuit, nã ita increuerunt super eas aquæ vt XXXVI. palmis mensura profunditatis inueniretur, & quanquam retentatum esset varijs operibus vsque ab anno MDC. industria Equitis Fontanę, & Marij de Caua, nunquam aperiri ora, aut alio tramite trasmittere aquas, possibile fuit; multæq; aliæ circa ipsum aperiuntur, cum minuuntur aquæ, terra ipsa insonat sub pedibus incalcantium, totaque antris, & Cauernis protensa naturaliter recipit aquas, vt de Agro Reatino legitur. Est, & alia parua Vorago in Valle Archipretæ, quæ aquis etiam nunc celatur, aliæ quoq; occultentur necesse est, cum omnis humor naturaliter ad inferius deferatur, vt aliò occultè cursum deferat; quemadmodum de Nilo in Ægypto, Grandueno in Hispania, Tigri in Armenia, & Turbino in Nursia refertur, & Ouid. in XV. Metamorph. alios enumerat dicens.

Flumina prosiliunt, aut exsiccata residunt,
Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu
Exsilit procul hinc, alioque renascitur ore.
Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsu
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.
Et missum capitisque sui, ripæque prioris
Pœnituisse ferunt, alia nunc ire Caicum
Nec non Sicanos voluens Amasenus arenas.
Nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret.

ex hoc corrige uersum. pag. 70.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Resta in Meteor.

Et prosequitur alios enumerando, & qui consimiles videre desiderat, videat quod refert D. Franciscus Resta in meteor. lib. 3. tract. 2. cap. 3. de fontibus. Hinc Sarnum exurgere auctoritate Plinij refert Blondus lib. 7. de quo præfatus Resta cap. 7. sic ait.

In Campania Italiæ, vbi Sarnus scaturit, effluunt inter saxa quidam aquarum riuuli tantæ frigiditatis, vt vinum rubrum ad refrigerandum immissum breui exuat colore, & sapore; Et per internos meatus ad Lacũ sublaci, quem suis aquis efformat, manifestatur, & obseruatione antiquorum, & signis testatum refertur per Andream Baccium de Tybure, vt mox fusius dicturi sumus. Eodem quoque modo propè Ananiam in Hernicis panditur, vt refert Blondus lib. 2.

Scribit Plinius Fucinum Lacum, qui Marsorum appellatur, subterraneos habere cuniculos, quibus aqua cuncta affluens, tempore amnem facit, at puto Plinij textum, vt sepè alibi, eo in loco corruptum, quo ad locum, in quo fluuium illum oriri affirmet: fontem enim Ananiæ esse scimus Thophanum nomine qui hyeme, quando Fucinus glacie astringitur siccus, verè postmodũ, æstate, & Autumno ingentem euomit vim aquarum, quod Lirim amnem à S. Vito oriundum adauget.

Et dum terræmotus hoc anno 1655. Regionem concuteret, magnus aquarum accessus illi factus est. Et Cornelum flumen hinc aquas haurire, in eo fonte qui propè Postam insurgit, vbi copiosissimæ sunt & simillimæ; viam autem ad fontem aperiri eo in loco, quo diximus, in Valle Archipretæ deglutiri, labique per cuniculos in sinu Montium iudicamus. Siquidem post Montem Carbonarium, antequam ad Cerrettam deueniatur, inclinatur Vallis ad conchauam rotunditatem vnius propè milliarij ambitu, qui locus Amblero nuncupatur, vbi prata amæniſſima virent, & illic persæpè exundat aqua, & aliquando, tali augumento, vt instar fluminis dilabatur retrorsum ad lacum, & in rupe Acerrettæ, qua clauditur Vallis, paruus specus aperitur, vndè pariter eructant, ibique sonitus pertranseuntium aquarum sentitur, & pariter Fibrenus qui lyri, post Soram iungitur, ex abundantia, & qualitate aquarum iudicatur.

Obseruatum extitit (quæ ex eo emanare dicuntur) augeri, & minui, prout lacus decrescit, & abundat; quinimò omnia quæ in lacum deijciuntur, siuè paleæ, siuè retia, aut instrumenta piscationis, in illis postmodum denuò apparere visa sunt. Vidimusque in Regione Valuensi propè Ofidam, insurgere stagnum, quod planum illud inundat, crescente lacu; penitùs verò exsiccari cum minuitur, veterumque obseruatione probatum haberi easdem aquas esse. Et non longè à Terracina ad radices Montis S. Felicis, lacus habetur eodem nomine qui ex isto descendere profertur.

Eadem planè ratione creditur, quod Nilus oriatur ex Mauritiania in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

in Atlante Monte, vbi Dyris vocatur, & per Eptobolum lacum mutato nomine Niger appellatur, & per deſertos Montes influit in paludem Coloe, quæ Meron circumcingit, & ab his paludibus per flumina Aſtaſobam, & Aſtaboram peruenit ad cataractam, ab eaque ſo precipitans per ſeptentrionalem peruenit ad Thebaicos campos in Ægyptum, vbi Nilus vocatur, & ex ſimilitudine aquarum, & piſciũ, & animalium, quæ in vtroque fonte gignuntur idem flumen iudicatur. Et Aretuſæ fontis aquæ in Siracuſa, Alphei Arcadiæ fluminis, iudicantur cum proiecta in eo ad fontem inueniantur, & turbabantur lotione Victimarum, cum Arcades in Olympo ſacrificabant, quod, & in fonte Æſculapij apud Athenas pariter accidiſſe refertur; ſicut & de alijs pluribus fluminibus.

Multos denique alios fontes gignere, & flumina, credibile eſt, quæ ad noſtram notitiam non deuenerunt.

De aqua Marſia, & Flumine Giouenco, ſeu Inuecto, aut Pictornio, ſiue Piconio.

CAP. VII.

NOn anguſto riparum argine, & excurſibus ad magnorum fluminum principia, quos Pater Fucinus gignit, ſiſtere aquas ſuas aliquando contentus, ſed quaſi ambitionis faſtu elatus, cum Tyberis aliquando exuberaſſet ex alueo curſum, per planum in Velinum influens, Vrbem turbinibus exagitaſſet, in illa placidus etiam inuehere, prætenderit, & ſaporis hauſtu, & gelidæ frigiditatis bonitate Romanas augere delicias & caloris æſtum temperare; cum ea (quæ de noſtro nomen ſumpſit Marſia aqua) ad illum duceretur, quæ ſalubris qualitatis ſingulari prærogatiua ſuper reliquas gaudebat, & quam clarę tranſparentiæ, miræ leuitatis, & innoxiæ frigiditatis dotes inter præclaras Mundi aquas collocarunt; non ſecus, ac ſi ex Paradiſi fontibus emanaſſet, & dono ſuperum vſibus Vrbis conceſſa reputabatur ſic Plin. lib. XXXI. cap. III.

Clariſſima aquarum omnium in toto Orbe, frigoris, celebritatiſq; palma, præconio Vrbis. Marſia eſt, inter reliqua Deorum munera Vrbi conceſſa. Quare ſordidis muneribus eius vſus interdictus, vt tantum neceſſitatibus, & delicijs inſeruiret, & profanum aliquid in ea geri ſcelus arbitrabatur; iramque ſuperum, ſi ſacra illius liquoris vnda talibus foedaretur imminere ſuſpicabantur; in eamque cauſam retulerunt, cum Nero Imperator fœdæ libidinis coeno pollutus, nãdo tranare fontem eius auſus in morbum incidiſſet. Tacitus lib. XIV. *Plin. lib. 31. cap. 3.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Tacitus Annal. lib. XIV.

Annalium. Ijsdem diebus nimij luxus cupido, infamiam, & periculum Neroni tulit, quia fontem aquæ Marsiæ ad Vrbem deductæ nando inceſſerat, videbaturque potum ſacrum, & ceremoniam loci corpore toto polluiſſe; ſequutaq; anceps valetudo, iram Deorum affirmauit. Ea ſuperſtitioſæ Religionis reuerentia colebatur, vt inquinari ex contaminati corporis luxuria contactu arbitraretur, aut ſi ad alium, ad quem deſtinata erat vſum verteretur; cumque cæteris aquis quæ ad Vrbē influebant, ſecundū ſuam quiſque qualitatem licite vteretur, Marſia ſolùm, quæ cæteris optimo ſapore, & ſuauitate præſtabat, ſitis explendæ miniſterio deputabatur.

Ad Vrbem illam primùm adducere Ancus Martius Rex ſuſpicatus fuit, cumque animum ad alia diuertiſſet negotium imperfectum reliquit, aucta poſtea habitatoribus Vrbe, longè lateque à Tyberis ripa domicilijs conſtitutis, cum nec fluminis aqua commodè neceſſitatibus ſubueniret, Appia, & Anienis primum aduectę ſuppetias tulerunt, quarum ductus vetuſtate quaſſati, & cum etiam fraudibus priuatorum interciperentur, Vrbs ipſa aquæ penuria ſitiebat; factum eſt vt Senatus decreto A.V.C.DCV. Coſſ. Seruio Sulpitio Galba, & L. Lentulo Cotta, & eorundem reficiendorum, & vendicandorum, negotium Martio Tito Prætori daretur. Cumque Vrbis incrementum ampliorem aquæ modum exigeret, illi, vt alias exquireret, & ampliores ductus Reipublicæ cauſa fierent, paritèr demandatum, qui Anci Martij Regis præpoſitum ad effectū deducere cogitauit, eamque à tertio milliario opera fabrorū ducere; cumque Prætura tempus ad tantum negotium conſummandum minus ſufficere videretur ſtatuit Senatus in alterum annum Præturam, ſicquæ tertium à quo incæperat in Vrbem perduxit, in quo opere, vt erogaret quatuor, & octingenta ſextertium, decretum, quibus vſualis moneta, ad centum viginti millia ſcuta, reſpondet; interuallo temporis cum aquæ ductus haberentur C. Auguſto, & M. Lelio Volcatio Coſſ. Agrippę ſingulari cura, & prouidentia Appiæ, Anienis, & Martiæ ductus reſtituti ſunt, ſic Strabo lib. V.

Strabo lib. V.

Tanta autem per aquę ductus, aquarum vbertas influit, vt per Vrbem atque cloacas omnes inundare videantur, & vniuerſæ propemodum ædes ſubterraneos meatus ſiphones, & fiſtulas vndoſas habeant. Quorum accuratiſſimam diligentiam M. Agrippa egit, qui Vrbem plurimis alijs monumentis adornauit.

Et non ſolum iſtorum ductu Auguſtus Princeps, ſed pluribus alijs ſalientibus Vrbem inſtruxit de qua re lapis ad Portam eſquilinam teſtatur.

IMP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

IMP. CÆSAR. DIVI. IVLII. F
AVGVSTVS. PONTIFX. MAX
CON. XII. TRIBVNIC. POTESTAT
XIX. IMP. XIIII. RIVOS. AQVAR
OMNIVM. REFECIT.

Quarum eam, quam de suo nomine Augustam appellauit, cum eiusdem bonitatis esset, in supplementum Marsiç, quoties siccitas auxilio egeret, opere subterraneo, vsque ad riuum eiusdem, cum longè à fonte oriretur DCCC. pass: perducendam curauit.

Cuius posteà fons, cum Marsia sibi non sufficeret, apparebat, (manente nihilominus præsidio) in Claudiam deriuatus est, vt ita demum Claudia adiuuaret Augustam, si eam ductus Marsiæ non caperet. Claudia etiam in gratiam istius præclarissimæ aquæ C. Caligola, vt adduceret arbitratus fuit, sed morte præuentus, opus imperfectum reliquit; quod Claudius subsequens consummauit, eamque ex agro sublacensi, ex amplissimis, & spaciosis fontibus Curtio, & Ceruleo supra fontem Marsiæ, mill. V. duxit tantæ bonitatis, vt ei quoque adiutorium, quoties opus esset, ita sufficeret, vt adiunctione sui nihil ex qualitate eius mutaret, cuius memoriam in lapide ad portam Prænestinam conseruatur.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆS
AVGV. GERMANICVS. PONT. MAX
TRIB. POTEST. XII. CONS. V. IMP
XVII. PATER. P. AQVAS. CLAVDIAM
ET. CERVLEM. EX. FONTIBVS. QVI
VOCABANTVR. CERVLVS. ET. CVRTIVS
A. MILLIARIO. XXXXV ITEM. ANI
ENEM. NOVAM. AQVAM. MILLIARIO
LXVII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM
PERDVCENDAM. CVRAVIT.

Illius posteà aquæductus iterum vetustate quassati, Titus Vespasianus Augustus, vt quæ Vrbi vsui in potu erat, cum sitiret, inter alia ornamenta restituit, & ad vsum deliciarum, & necessitatis reduxit.

TITVS. CÆSAR. DIVI. F. VESPASIANVS
PON. MAX. TRIBVNICIAE. POTESTA.
X. IMPER. XV. COS. VII. DESIG. II.
RIVOM. AQVÆ. MARTIÆ. VETVSTATE
DILAPSVM. REFECIT. ET. AQVAM.
QVÆ. IN. VSV. ESSE. DESIERAT.
REDVXIT.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Sed neque hęc diligentia satis, vt aquarum abundantia Vrbs reficeretur, nam, & priuati in proprios vsus interceptas minuebant, & plurima loca, cum ęquè distributę non fuerint, penuria laborabant. Vnde Nerua Princeps huic malo medelam adhibere volens, curam susćepit, vt aquam in ea loca Vrbis, quibus alioquin nō erat, deduceret; sagaciq; industria excogitauit, vt sedula portione distributa aqua, Regionibus omnibus, quibus singulę inseruiebant plures darentur, & cum Claudia in Colles Auentinum, & Cęlium per arcos Neronianos deduceretur, quoties defectio aliqua interceſſiſſet, celeberrimi colles sitirent, certo libramine riuulis effossis, & subterraneis cuniculis arcuato etiam opere, intèr alias, aquam pariter Marsiam ad eosdem etiam Colles deduxit, & cum huius aquę splendor à capite integer nōnihil aut nimium pluuia inquinaretur, aquarū deducentium imperitia cum nouus Anio ditissimus, & abundans aquis veniret, & aliarum aquarum aliquando defectioni deseruiret, in alienos specus, frequentiùs, quam explemento opus erat, ingrediens, aquas inquinabat, & pleręque aquę etiam auersarentur per imprudentiam, non vti dignum erat aquis partientium, ita vt ipsa splendore, & frigore gratissima balneis, & fullonicis, & relatu quoque fœdis seruiret ministerijs, ita ordinare placuit, vt in primis Marsia potui tota deseruiret, & deinde reliquas secundum suam quisque qualitatem aptis vsibus adhiberet.

At, neq; hac solerti Principis vigilātis industria satisfactum est malo, quo Marsia inquinata priorem bonitatem omninò recuperaret, quę cum præ cęteris in delicijs esset, desiderabatur ex puro fonte haurire, nec alijs commiscęri, quo minùs eius vsus, & frequentia non intermitteretur. Vnde Antoninus Imperator, cum fontem eius exquisiuisset, sublatis omnibus impedimentis, effosso etiam monte, purgauit, ac in veterem puritatis splendorē ad Vrbem deduxit; sic enim habetur ex lapide ad portam Tiburtinam.

IMP. CÆSAR. M. AVRELIVS. ANTONINVS
PIVS. FOELIX. AVGV
PARTH. MAX. BRIT. MAXIM
AQVAM. MARTIAM. VARIIS. CASIBVS
IMPEDITAM. PVRGATO. FONTE. EXCI
SIS. ET. PERFORATIS. MONTIBVS. RESTI
TVTA. FORMA. AC. QVESITO. ETIAM. FON
TE. NOVO. ANTONIAN. IN. SACRAM. VR
BEM. SVAM. PERDVCENDAM
CVRAVIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Ab ipsis auctoribus, Anco scilicet Marsio Rege, & Marsio Tito Prætore nomen illi datum, vt Frontinus, & Plinius suspicantur, sic enim Frontinus, cui ab Auctore Martia nomen est. Et Plinius. lib. XXXVI. cap. XV. *Frontinus de aeq. ductis*

Q Marsius Prætor iussus à Senatu, aquarum Appiæ, Anienis, Tepulæ ductus reficere, nouam à nomine suo appellatam, cuniculis per montes factis, intrà Prætoræ suæ tempus adduxit. Sed potius de nostro sumpsisse dicendum (si originem spectemus, à qua etymon nominis, & nomenclaturæ principia deriuantur, nisi vt euitemus disputationem ab vtroque denominari, & combinatis nominibus Auctorũ, & loci, ab vtrisque sortitã esse nomen; etenim à nostra Regione per occultos latices Romam petebat à Piconio Fonte, & Aufeia primum nominata, & postmodum Auctorum seù loci, originis occasione in illud Marsiæ transmutatum, vt enim Plin. putauit lib XXXI. cap. III. *Plin. lib. 36. cap. XV.*

Vocabatur quondam Aufeia, fons autem ipsa Piconia, oritur in vltimis montibus Pelignorum, transit Marsos, & Fucinum Lacum Romã nõ dubiè petens, mox specu mersa in Tyberino se aperit IX. pass. mill. fornicibus structis producta. Ex quo fonte flumen Pictornius nomen sortitum ex Cluuerio retulimus, qui ex Oppido S. Sebastiani per Piscinam ad Lacum influit, sed altius eius originem repetere oportet. *Plin. lib. XXXI. cap. III.*

In summitate Vallis inter Gioiam, & Bisiniam humile principium habet ex fonte Tempe nominato, ab Oppido Temple iam diruto sic dicto, vnde paruus discurrens riuulus iungitur aquis, quæ post Bisiniam per obstructa petrarum, & interciſas rupes, quibus apex formatur instar parietis, ex cuius medio parùm supra terrã è tribus foraminibus erumpunt indè propè mœnia Sancti Sebastiani per lapillorum congeries scaturigines limpidissimæ emergunt, simulque iuncti fontes amnem efficiunt, quorum fontium discursus ex montibus Pelignorum, ad mentem Plinij, non dubiè prouenire ad oculum monstratur; euidenter enim ex lacu, quem retulimus, ex Scamno Oppido nomen habere, descendunt; circa cuius litus ex ista parte est locus diglutiens aquas, & per occultas venas ad fontes transcurrere clara demonstratione ostenditur; cum quidem æstiuo tempore, quo lacus fit minor, deficientibus quæ influunt, nec ad locum voraginis aquæ eius peruenire permittuntur, sitiunt fontes, & si multum elongentur arescunt. Ex effossa tamen terra, humiliore alueo efformato, iterum fluunt, quod non rarò accidit.

Flumen istud, quod Inuectum Plinius, & Vibius in catalago Pictornium, & recensiores Iuuencum, vulgo Gioueneo dicunt, de cuius nominis quæstione iam diximus, aquas Fucini supernatare sine commistione affirmat, sic Vibius. *Vibius de fluminibus.*

Pictornius, qui per medium Lacum Fucinum Marsorum ità de-

cur-

currit, vt aquæ eius non misceantur stagno. Et Plinius lib. II. cap. CVI. Quędam verò & dulces inter se supermeant alias, vt in Fucino Lacu Inuectus amnis, in Lario Abdua, & in Verbano Ticinus, in Benacu Mincius.

Plin lib. II. cap. 106.

Quod ex duplici potest contingere modo. Aut enim euidenter superlabitur, quod & de alijs fluminibus legitur, vt de Baristone apud Vitruuiũ lib. VIII. cap. 2. cuius aquæ leuissimæ Hypano flumini non iunguntur Baristonis aquæ sunt ita omnium tenuissimæ, vt dum iunguntur Hypano fluuio, super eius aquas natant.

Vitruuius lib. VIII. cap. II.

Et de Aurota qui Paneo non miscetur, & de pluribus, quas recensere perlongum esset, quæ, vel quia tenuiores sunt vnius, alterius crassæ, vel oleaceæ, vel vi ventorum impelluntur, vel ob cursus rapacitatem, si recta linea ad alium portum pateat exitus, simul commisceri naturali ratione prohibentur; Et hoc pacto nullo modo in hoc nostro lacu contingere potest, cuius aquæ tenues sunt, & Inuecti cursus ità placidus, vt penè stagnetur; ante quam in lacum intret.

Aut enim si per cęcos meatus subter labitur; quod de Alpheo, & de alijs fluminibus subtus mare fluentibus, alibi exurgere pariter refertur, ita vt eorum dulcedo Marsis salsedine non maculetur, sic, & Virgil. putauit Ecl. X.

Sic tibi cum fluctus subter labère Sicanos
Doris amara suam non intermisceat vndam.

At lenta fluminis inuectio aquarum ipsius penè stagnatio, cum ad litus peruenit, prohibet quo minus modo isto euenire posse affirmemus; eo magis, quod in quem præcipitentur, specus non apparet. Et sic Plinius, & Vibius procul dubiò erasse manifestè cognoscitur, & Licophronius, quod de subter ra se se condens in obscuras specus profunditates inquit, de lacu ipso intelligendus quèm præceps plures in specus ruere demonstrauimus, minusque verum esse istius fluminis aquam ad Vrbem aduectam, sed potius lacus, vt accuratius Strabo aduertit lib. V.

Strabo lib. V.

Cæterum de Fucino Lacu Marsiæ aquę fontes emanare scriptis mandatum est, quę rogationes Romę propinant, quę reliquas super aquas probentur. Non ex lacu ad fontem, opere fabrefacto, vt falsè Dion. lib. 60. putauit, sed per venas, porosque occultos, per sinus mõtium transeuntes eruptione, ad Sublacen sem agrum.

Est Sublacus, illustre Oppidum, Sanctissimi Patriarchę Benedicti pęnitentia celebrè, vbi prima monastici ordinis fundamenta iecit, quod totum posteà miraculorum insignijs, diuinę Sapientię lumine Orbem illuminauit, & Ecclesiam Dei perpetuis fulgoribus tot Sanctorum Doctissimorum Patrum, qui velut firmissimè columnę, dum

tur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

turbinibus aduersantium hæresum quassaretur sustentarunt, & instar splendentium stellarum in firmamento radijs inconcussæ veritatis micantium clarescere vbique fecerunt, & torrentibus aquarum ad vitam æternitatis salientium fœcundarunt. Ex quo Vrbs salubriũ, optimorumque fontium ob caducis vitæ suppetias tulit; hinc enim Martia, Claudia, Augusta, vterque Anio emanarunt, nam ex quibus montibus vallatur, perpetuò fluunt, quæ primum stagnantur in Lacubus; postmodum insurgunt in flumen, idque apertè etiam Plinius cũ Strabone, cum specu mersam in Tiburtino agro se aperire, affirmauit (licet de flumine supernatante loquatur) sentire videtur, cuius quidem fontis non dubiam mentionem Tacitus supra relatus facit, dùm Neronis polluti corporis lotione polluisse recensetur, cũ in Villa quæ ibidem erat, moraretur. Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna in loco, cui sub lacus nomen est.

Non aliqua aperta deductione, sed natura vergente ad humiliorem locum, cuniculis per impenetrabilem sinum terræ operitur, & ex aquarum similitudine, piscium procreatione, alijsque experimentis probata, quibus Frontini testimonium adstipulatur, referentis, quod cum quæreretur à suo Authore in Capitoliũ, deducere & de effosso fonte contenderetur, & eo tempore alia ex causa Sibyllini libri à X virts Sacrorum (qui libris legendis, carminibusque Sibyllinis, fatisque P.R. interpetrandis præerant) scrutarentur, & fons an aquæ Martiæ esset, inuestigarentur, repertum non esse, sed Anienis fuit, & libeat Frontini verba referre.

Eodem tempore dum alijs ex causis libros Sibyllinos inspiciunt, inueniisse dicuntur, non esse aquam Martiam, sed Anienem, de hoc nõ constantius traditur in Capitolium producendam, deque ea re in Senatu à Lepido Collega verba faciente. Actum Appio Claudio, & Q. Cecilio Coss: idemque post annum tertium à Q. Lentulo retractatum C. Lelio, & Q. Seruilio Coss: sed vtroque tempore viciisse gratiam M. Titij, atque ita esse in Capitolium aquam perductam.

Nuper autem, vt res testata, clariori testimonio probaretur Archiepiscopi Columnensium, relatione Matthæi à Colle vigilantissimi Marsorum Episcopi accessit experimentum, cuius curiosa inuestigatione in Scatebras quasdam sublacensis lacus, quas iniecit, in subterlabentem meatum ad Fucinum, glebas furfuraceas, aliaque inuenta fuerunt, & dicit Andreas Baccius de naturalibus vinis historia lib. V. & cõtinua etiam obseruatione demonstratur, siquidem, quæ proijciuntur, inuoluens impetus aquarum ad aperturam perlabentium adducit, ibidem reperiuntur. *Andreas Baccius, in historia lib. v.*

Spatium relatum à Plinio IX. pass: quò fornicibus structis ducebatur de illo, quod inter Sublacum, & Vicouarum intercedit intelligendum, quod Oppidum erat in Tiburtino agro, & vbi hodiè

fornices inſpiciuntur. Cæterum protenſiorem, & certis menſuris deſignatum, Frontinus recenſet, cuius ſolerti inueſtigationi credēdū cū aquæ ductum modum, formamque deſcribendi opus perfecerit.

Ductus eius habet longitudinem à capite ad Vrbem LX. mil. DCCX, & ſemis, riuo ſubterraneo paſſuum LIIII mil. CCLX. VII. Semis opere ſuper terram paſſuum VII. millium CCCC. XLIII. propius Vrbem à ſeptimo milliario ſubtractione paſſuum CLXXX VIII. reliqua opere arcuato paſſuum VI. millium CCCCLXX.

Verum cum Strabone à Fucino, an à Fonte Sublacenſi initium ſumat, dubitat Cluuerius, nobis autem cum Strabone ſentire placet, ſiquidem ſpatium, quod inter lacum & Vrbem intercedit, tot enim milliarijs computatur, conſentit etiam quod longior ductus à conceptu aquarum metitur, ſiquidem illum non ampliùs quā ad XXX VIII. mill. extendit, cum ductum ad LX. mill. DCCX. producat.

Concipitur via Valeria ad milliarium XXX VIII. diuerticulo euntibus Romam dextrorſum millia paſſuum trium. Villa Sublacenſi atque ſub Nerua Principe ſtrata ad milliarium trigeſimum octauum ſiniſtrorſum intra ſpatium paſſuum ducentorum finita, ſubſtructionibus penè ſtatim ſtagnino colore peruiridi.

Et ſi rectus, quo ducebatur à Sublacu ad Vrbem, curſus inſpiciatur vix vna nunc ad relatum aſcendit. Profectò Albertus, & Blondus à puteis, qui infra Carſeolum, & Riofriddum inſpiciuntur, per montes fabrefactis cuniculis à Fucino ad Vrbem deductam eſſe affirmant, erraſſe proſpicitur Blondus lib. 2.

Blondus lib. II.

Putei effoſſi à Marſio Ædile, ſiuè à Claudio Imperatore, perductis Romam à Lacu Fucino aquis, ne incluſus aer curſum aquæ moraretur, ſpiracula fuerunt adhibita. Dioni forſitan inhærentibus, qui vt Tyberi Lacum coniungeret, Emiſſarium Claudius cogitaſſe præſumit, cuius manifeſtus error, opus ipſum demonſtrat, vt mox dicturi ſumus, & fornices, per quas ferebatur modò aſtruunt, quarum reliquiæ hodie non alibi, quam ab ipſo Sublacenſi Oppido per mille paſſus vltrà ad Vicouarum vſque aſpiciuntur, partim cuniculis actis per ſaxeos montes, partim in ſublimi à terra, arcuato opere extenſis de quibus ſic Statius lib. 1. car. V.

Statius lib. 1. carm. V.

Vos mihi, quæ latium, ſeptenaque culmina Nimphæ
Incolitis, Tybrimque nouis attollitis vndis,
Quas præceps Anien, atque exceptura natatus
Virgo iuuat, Marſaſque niues, & frigora ducens
Marſia præcelſis, quarum vaga molibus vnda
Creſcit, & innumero pendens traſmittitur arcu
Veſtrum opus aggredimur...

Et

Ft car.III.quod eſt de Villa Tiburtina Manlij Vopisci.

Quid referam alternas gemino ſuper aggere menſas?
Albenteſque lacus, altoſque in gurgite fontes?
Teque per obliquum penitus, quæ laberis amnem,
Marſia? & audaci tranſcurris flumina plumbo?

Sic frigiditatis qualitate pollere celebrans, vt cum Plinio conſentiat, qui cum in vltimis Pelignorum montibus reſpectu Marſorum confinibus, ex quibus gelidiſſimi Sulmonis fluunt amnes concipi aſſerat, & cum non ex fluuio, ſed ex lacu prouenire contendimus frigiditatem, aliaſque, quibus prædicantur, bonitatis, & ſalubritatis dotes, ex antris, veniſque, quibus per invia terræ ducitur, haurire contendimus. Vbertas non eadem ſemper, ſiquidem ex Fucini acceſſu, receſſuque modo fluxus accipiebat, ſic enim, cum retraheretur minuebatur, vt Claudiæ, & Auguſtæ adiutorio egeret; Et prouidentia Principum eiuſdem bonitatis fontes, ita adduxit, vt perennis copiæ curſus non deficeret; quæ non ſpernendæ quantitatis erat, vt Frontinus memorat.

Martiæ in commentarijs ſcriptus eſt modus Quinariorum duorũ millium centum ſexaginta duorum amplius quam in commentarijs eſt. Quinarijs duobus millibus quincenti octo erogabantur ante quam ad Piſcinam peruenirent, quinarios XCI; & dabatur Tepulæ in adiutorium Quinarij XCII Itemque Anieni quinarij CLXIIII. Summa, quæ erogabatur ante Piſcinam Quinarij ĐCCLI.

Modus qui à Piſcina menſuris poſitis initur, cum eo, qui circà Piſcinæ ductum eodem canali in arcu excipitur effecit quinarios II. millia DCCCCLIII. Summa, quæ aut erogabatur ante piſcinam, aut in arcu recipitur quinariorum III millium CCXCV. Amplius quã in conceptis commentariorum poſitum eſt. Quinarijs MCXXXIII. Minus quam menſuræ ad caput actæ efficiant, quinarijs MCCCXCV. erogabat poſt piſcinam, quinarios MDCCCXL. minus quam in commentarijs conceptionis ſignificari diximus, quinarij CCXXVII. minus quam ex piſcina in arcus recipiatur, ſunt quinarij MC IIII. Sũma vtraque, quę intercidebant, aut inter caput ex Piſcina quinarij duo millium quingentorum, quas ſicut in cęteris pluribus locis intercipi deprehendimus Non enim eas ceſſare manifeſtum eſt, etiam ex loco quod à capite iam menſuram, quam nos comprehendiſſe capacitate ductus poſuimus effundantur amplius CCC quinarij.

Sic enim etiam ſuperabundabat cum lacus nouas præbebat, vt alias ditiores efficeret, redderetque mutuati auxilij vicem, & amplius Toti Vrbi cum grata eſſet, ad totam autem peruenire ductus non æquali locorum altitudine reſpondens prohibebatur, attamen cum primum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ad Capitolij Celij,& Auentini iuga se extulisset,postmodum ad quam plurimas alias regiones peruenit.Frontinus. Martię erogabantur extra Vrbem nomine Cęsaris Quinarij CCLXIX reliqui quinarij. MCCCCLXXII.intrà Vrbem deducebantur per regiones. Primam III IIII V VI VIII IX XIII in Castella LI. Ex quibus nomine Cęsaris CXVI,Priuatis,quinarij DXLIIII.Castris quatuor Quinarij XLII. Operibus publicis quindecim quinarij XL. Muneribus duodecim quinarij CIII. lacubus centum quatuordecim quinarij CCLVI,

De Claudij Emissario.

CAP. VIII.

CLaudius Cęsar Imperialis glorię fastum ędificiorum magnificentia eternare sic studuit, vt statim atque habenas comprehenderit ad tria,& si cogitata, aut ab alijs Principibus incępta fuerunt difficultate cuentus,aut destituta, aut non obsignata relicta manus citiùs admouerit, vt pari contentione rerum factarum memoria throni celsitudinem æmularetur.Ita quod Caius Caligola LX. ab Vrbe mill. pass: aquam per montis sinum, inuiosque amfractus adducere destinauerat. Plureſque alij mare, in intimo terrę excauata area eo vsque traducere,vt nauigia commodè ad litoris stationem propè Ostium Ciuitatem in portum reciperet, & lacum Fucinum transmittere in quæstionem adduxerit,quorum ædificiorum arduus, & per contorta,& laboriosa exitus,Architectorum ingenia fatigauerat, & fabrorum animos impossibilitas penè terruerat, ipse summis viribus aggressus,sic insudauit, vt opere compleuerit; Et si tria hæc ingeniosum,& admirabile Artificis opus demonstrēt, & diuturnitate laboris,& industria, structuræ machina, & auri erogatione; quod in Fucino confecit Emissarium,duo alia longè superauit, non ad alterū annum relatum opus, sed per vndenos continuos, perenni triginta millia Seruorum inconcusso labore absolutum; hunc.n.Strabo dierū, & operariorum numerum assignat,Eusebius, & alij.

Strabo lib. 5. Eusebius in chronicis. Sueton. in Claudio Taeit. annalium 12.

Res fuit permira in sequentibus temporibus Claudij Imperatoris dum Fucinus Lacus exiccatur, vndecim annos triginta hominum millia sinè intermissione operis incubuisse.In quo, cum per corriuationem aquas XIII. Imperij anno (ex Taciti assertione) Coss. D. Iunio,& Q.Haterio immisisse constet, incæptum secundo Imperij anno sic XIII.completum, ad quod Seruorum numerosa caterua (quæ Vrbē fastidio affecerat)destinata, vt insudaret. Vrbs quippe eo propè tempore,in habitantium numero tantum excreuerat, vt penè

fides

fides veritatem abneget. Effectus ipse Claudius VIII sui Imperij anno Censor. Ciuitatum capita. LXVIII. centena XLIII millia inuéta in quibus, qui nomen militiæ iam dare possent, numerus in lapide in porticu Sancti Georgei ad Velabrum recensentur. *Tacit. annal. 11.*

TEMPORIBVS. CLAVDII. TIBERII. FACTA HOMINVM. ARMIGERORVM. OSTENTATIONE. ROMÆ. SEPTIES. DECIES. CENTENA. MILLIA. LXXXX. XLVII. ML.

Vndè tot millena in isto, aliorumque ædificiorum compendio, quorum aut minorem numerum ascire, cum eorum magnitudo operantium manus multiplices appeteret destinasse, in admirationem nō venit. Qualis, quantusque in tot annorum curriculo sumptus fuerit computare possibile, sed frustratorium, cum concipere quisque ex animo possit; attamen ad satietatem lectoris, in diurnam insudantium escam triginta millia centena erogata suspicantur, præter quod in instrumentis, machinisque, & in luminibus in cæca voragine adhibitis (cum omnia in tenebroso, & obscuro terræ sinu fierent) impensum fuit. Artificium, quo per iniurias montis, planique cauitates, librato spatio, & adæquatis ad mensuram perfectionis lineis elaboratum, vt exprimi calamo possit, vix possibile æstimamus; sed ad iudicium tantummodo, & admirationem intellectus relinquitur pro vt Plinius compendiosè operis magnificentiam referens considerat.

Claudius, inter maxima equidem, & memoranda dixerim, quamvis destitutum successoris odio, montem præfossum ad lacum Fucinum emittendum incredibili profectò impendio, & operariorum multitudine per tot annos, quæ nec concipi animo nisi ab his, qui videre, neque humano sermone enarrari possunt. *Plin. lib. 36. c. 16.*

Inenarrabile profectò, & præter hominum cogitatum, vt inter præclariora, & quæ admiranda vniuerso Orbi adducuntur manu Artificis architectata, siuè Babilonica mœnia, siuè Mausoleum, siuè solis colossum collocari non immeritò possit, siuè artificium in opere, siuè opus ipsum, siuè sumptus spectentur, ad quod videndum ex Vrbe, & remotioribus extra Italiam partibus, qui virorum monumenta curiosè scrutantur ad spectandum aduenium; cuius modò formam nos scripturi per diuersa capita accingimus, & vt facilioré captum reddamus, in calce ex Archetypo desumpta pagina dilineatū reddemus, quam ex Vaticana Bibliotheca Illustriſſimus D. Lucas Holsennius, non minùs antiquarum rerum, quàm cæterarum scientiarum huius Ævi facilè Princeps, nobis impertitus est.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

De cauſis conficiendi Emiſſarium.

CAP. IX.

SCribentium calamus in relatione cauſarum conficiendi Emiſſarium ad diuerſa trahitur, allucinãturque in perſcrutatione finis, dum quiſque, quod vult, proponit, noſque vt verum propriumque aſſequamur, ſingula referemus.

Ad hoc inſudaſſe Claudium, Dio dicit, vt Tyberim ad nauigationẽ per augumentum aduectæ ex Fucino aquæ ditaret, & exſiccati poſtmodum Agri, Colonorum induſtria (dum ſatis apti iudicabantur) vbertate floreſcerent; ſic enim lib. LX.

Dio lib. 60

At in Fucino lacu, qui in Marſis eſt in Tyberim immittendo, vt & locus circà eum lacum agriculturæ aptus, & Tyberis magis nauigabilis fieret, inanes ſumptus fecit.

Neutram tamen aſſertionem ex proprio ingenio deſumptam, ſine aliquo probabili argumento veram eſſe ſpecus forma, facti impoſſibilitas, certaque ratio demonſtrat, & ex diametro abhorrere à Claudij propoſito; nam excauati Montis protenſus ſinus, ad Lyris amnis ripam ſiſtit, cuius decurſus ſiniſtrorſum per Volſcorum, campanorũque agrum deſcendens, non longè à Sueſſa ad mare oſtium pandit, in loco qui hodie turris Scaphati dicitur. Cum Tyber dextrorſum, ad occidentem pergat, illoque coire lyris nullo pacto poſſit, nec vlteriùs penetraſſe montes, aut legitur, aut veſtigio monſtratur, cum qui poſt alteram ripam inſurgunt, ad Anagninam planitiem ſe extendãt, ad quam per obſtruſos, tetricos, altiſſimoſque montes ad XX, & amplius mill. paſſ. via aperiẽda eſſet, inſuper qui per Hernicos, reliquoſque circa populos amnes, riuique excurrũt, ad litus campanum exonerantur, & nonnulli eorum lyri iunguntur; præter quam quod ſuperuacaneum Tyberim aquis augere foret, cuius ex aliundè aduectis incrementum, Vrbis ſubuerſionem pluries minatum fuerit, vndè Patres cum accidiſſet, maximaque ædificia vaſtaſſet, & annonæ, reliquiſque damna intuliſſet, quæ illi iunguntur flumina diuertere cogitarũt, ex hinc nefas eſt credere nouas ſumptibus quærere, cum quæ ad illũ currunt, ex ſuperfluentia damnum inferre compertum; ſicque palàm, Dionem erraſſe, fit, propiùſque veritati Tacitum acceſſiſſe, licet intẽtum Claudij non aſſequutum. Siquidem ad Lyrim tendere opus, quò Auguſti induſtrioſa Naumachiæ ſpectacula æmularetur aſſerit; Ille quidem, cis Tyberis ripam in arido ſolo lacum coaluit, vt naualium certaminum ludibus Ciuium animos recrearet, quicum vt gloria faſtigioſi operis contenderet Claudius, & glorioſiorem Naumachiã in-

inſtruere,& lacum profundere,ſicut ille adunare inſudauerat,cogitauit,illum tamen Annalium XII. loquentem ſic audiamus.

Sub eodem tempore inter Lacum Fucinum, amnēque Iyrim prærupto monte,quo magnificentia operis à pluribus viſeretur, lacu in ipſo nauale prælium adornatur, vt quondam Auguſtus, ſtricto, eis Tyberim,ſtagno,ſed leuibus nauigijs, & minori copia ediderat.

At ſi nauium Indos inſtaurare, & ſæpius, ſi lacus, extaret,commodius poterat,ad quid ergò tanta auri, laboriſque profuſio ſi hoc intendiſſet?ſpe gloriæ, ſiquidem in eius vita C. Suetonius Tranquillus autumet; etenim ſi ad emolumenta ſpectaſſet, Marſis flagitantibus indulſiſſet,qui longo experimento lacus noxios haberent, quibus aliquando propria ſede expellebantur,Auguſto ſupplices, vt emiſſariū permitteret,inſtiterunt,quod proprijs ſumptibus perficere,ſi in præmium exſiccati agri concederentur, ſpondebant; nec Octauius, nec ipſe Claudius,à quo factum reperitur, votis annuerunt, vnde potius gloriæ, quam lucri ſpe ductus, ad tanti operis machinam manus admouiſſe ait. Fucinum aggreſſus eſt,non minus compendij ſpe quam gloriæ,quem quidem priuato ſumptu emiſſuros ſe repromiſerant, ſi ſibi ſiccati agri concederentur. *Sueton. in Claud.*

Etſi nō negamus,eò Claudij ambitionē proceſſiſſe,vt pari faſtu impoſſibilia penè inhiaſſet, vt magnificentia operum retroactos Principes ſuperaret,attamen ad ſimplicem tantum oſtentationem, tantum rerum apparatum, quod Ærarium penè conſumpſit,& diuturnitate laboris animos relaxarat,concepiſſe non ità facile perſuaſum habemus,cum certis argumentis intentam Vrbis ſecuritatem fuiſſe, aperto calculo monſtretur.

Vrbs ipſa,quam rapidus Tyber tranſcurrit, ſuperabundantium aquarum impetu,ſæpè Ciuibus viduata,ædificijs denudata,agrorumque ruinis ad excidium multoties aperta clade (deuenit vt Liuius, Tacitus,alijque ſcriptores notarunt, vt poſt Ludouicum Gomeſium S.R.Rotæ Auditorem præclariſſimum,Andreas Baccius de Tybure agens ſigillatim deſignato tempore recenſet. Vllius que incrementi ratio ſubtili indagatione perſcrutata, Patrum animos defatigauit, nec in vnam conueniebant ſententiam; dum borealium flatibus curſus impetum ad mare præpediri, & cum vlterius progredi tardaretur,dilatato ſinu excreſcere, agroſque, Vrbemque inundare aliqui ſentiebant.Saniorumque pars,flumina quæ illi iunguntur, aucta torrentium,ex ſinu Vallium aquarum copijs inſpiciebant, quæ cum naturalem alueum ſuperarent,exuberari,dilatarique neceſſe fore non dubitabant,quarum quæ imperante Tiberio (continuatis imbribus euenit,non Vrbem ſolum memorabili clade affecit,ſed penuria, totam penè defatigauit Italiam,ſicque Romanorum animos timore cōcuſſit,vt Sybillinos libros quos in magno periculo ſolum aſpicere *Andreas Baccius in Tybure*

lice-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

licebat) modò perſcrutari Aſinius Gallus propoſuit, actumque eſſet, ſi Tiberius annuiſſet. Exindè imminentia ſi occurrerint præcauere ſtuduerunt, & totius erumnoſæ inundationes euentus rationem, excurſuſque cauſarum perſcrutationem C. Arruntio, Q. Ateio delegarunt, vt flumina, lacuſque, qui Tyberim implent, auerterent; quod cum Coloniarum ſcilicet Florentinorum, Reatinorum, & Ternienſiũ legati (de quorum præcipuo intereſſe agebatur) preſentirent, aditum in Senatum poſtulantes, ſuã ipſorum cauſam expoſuerunt. Siquidem Florentini, ne Claſſis ab Arno deduceretur, ob imminens ſuorũ agrorum periculum, Interamnenſes, ſi Nare amnis, alueum tranſgrederetur, vberrimos Italiæ campos ſubuertere, pariterque Reatini, ſi Velino lacui oſtia præcluderentur, eorum campos periculo aquarum perire conquerebantur, Natura ſiquidem terminos, & oſtia fluminibus ſtatuiſſe, & corrigere nefas ſit, maximè cum ſacra fluminum Numina antiqua religione ſacris ritibus venerata, diuinis honoribus priuarentur. Paterque Tyber, vectigalium amnium exoneratione alibi, iniuria affici, ſolitoque honore tributi minui, in indignationem adduceretur; Hinc factum eſt, vt ſiuè vanæ ſuperſtitiones, inaniſque reuerentia, ſiuè nodoſæ difficultatis operis impedimenta, ſiue Piſonis Oratio, quam pro Colonijs habuit, Patrum animos flexerint, qui à propoſito deſtiterunt. Tacitus *I.* Annalium.

Nec Reatini ſilebant Velinum lacum, quà in Mare effunditur, obrui recuſantes; quippe in adiacentia Eruptarum, optimè rebus mortalibus conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuoſque curſus, atque originem ità fines dederit; ſpectandas etiam Religiones Sociorum, qui ſacra, lucus, & aras patrijs amnibus dedicauerint, quin ipſũ Tyberim, nolle prorſus accolis fluuijs orbatum minori gloria fluere.

Interque ea flumina, quibus Velinus augetur ſaltus, amnis eſt, qui exili fonte propè Verecchiæ oppidum ſupra Talleacotium ſcatens, partem Palentini campi tranſcurrens, non longè à Scurcula ad Vallẽ Equiculorum deſcendens in agro Reatino, Velino iungitur, & ante Emiſſariũ, vt recitauimus, exuberãtialacus ſic terminos traſcẽdebat, vt propè collem, in quo Alba ſedet ripam poneret, & per planitiei procliuitatem, aquæ eius ad ſaltum tranſcurrentes per id tempus ſic augumento Velino erant, vt Tyberis alueus vltra ſolitum exuberaret, & Vrbem ſubita inundatione turbaret, nec aquis de Cœlo cadentibus, nec liquatis niuibus negotium datum; ſed Fucino, vnde euenerat tributum, & Claudius, vt Vrbi conſuleret, alibi diuertere lacum cogitauit, vndè motus, Emiſſarium confeciſſe, cum ipſo Andrea Baccio conſultiùs arbitramur, & cum poſtmodum, imperante Traiano, copioſior adueniſſet, quæ, vt præ cæteris horribilior fuit, ſic oſtẽtis pluribus enunciata, & peſtem, caritatemque, quas comites habuit, eadem ratione motus Princeps ipſe canalem purgaui t, & ſi

Spar-

Spartianus in vita Adriani, cui opus tribuit Fucinum emisisse asseueret, & Lipsius ad Tacitum suo numero absoluisse, errataque Claudij corregisse dicat. Nec ritè perfecit Claudius, Quoniam manu posset admonet Hadrianus.

Neutrum tamen esse, & in vtroque Spartianus errasse inscriptio in marmorea basi statuæ, quam Albenses Traiano dicarunt in ara maiori Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi in hac nostra Patria annis ab hinc XX inuenta demonstrat, quam Lucius Camarra in suo Theatro antiquo expressit.

IMP. CÆSARI. DIVI
NERVÆ. FIL. NERVÆ
TRAIANO. OPTIMO
AVG. GERMANICO
DACICO. PARTHICO
PON. MAX. TRIB. POT. XXIII
COS. VI. PATRI. PATRIÆ
SENATVS. POPVLVSQ. ROMANVS.
OB. RECVPERATOS. AGROS. ET. POSSESS:
QVOS. LACVS. FVCINI. VIOLENT.....

Ex qua opus Traiano tribuitur, ob recuperatos agros; casu siquidem obstruso specu, iterum impetus exuberantium aquarum vicinam planitiem impleuerat, à quibus vt redimeret Imperator, ex purgato alueo, emissionem iterauit post primam à Claudio operatã anno LIX. cum sexto eius consulatu ascribatur, qui annus Domini CXIV. erat, siue ipse, siue Præfectus operis aduenerit in illam domum, quam Claudius extruxerat, quæ modo Ecclesia Transaquarum est, in alio lapide Traiani militis memoria conseruatur.

Non tantum vterque Cæsar, vt Albensibus agri restituerentur, sed auersionis aquarum causa, quibus Vrbis periculum paulò ante viderant ad laboriosum difficultatis opus manus admouisse, prò certo esse debet, & si ab illius temporis scriptoribus minimè obseruatum, vel à calamo excisum, vnus omnium Baccius retulit, qui à Clemente IIX. Sãctissimo Romano Pontifice euertendæ inundationis negotio præfectus, subtili indagatione omnia rimans, inter alias causas hanc in suo de Tybure libello, quem Italico Sermone composuit, reddidit, nosque præter illa, quæ ipse promit, redditis rationibus, adstipulamur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

De structura, & Forma Emissarij.

CAP. X.

INterſecatur planities parum elato Monte, qui ex Apennino progrediens æquali declinatione in angitiam ſiluam ſe flectit, cui Fucinus inhærens, radiceſque abrodés totus inſidere videtur obruiturque in ſpiſſas voragines, quæ paſſim inter petrarum ſciſſuras aperiuntur, circa quas agitantur, vt deglutiantur aquæ; adiacent illi ad meridialem plagam Palentini campi ad fauces alterius Montis, quem Iyris abrodit, hunc aperire, ſiuè quia declinatio aquarum perſuadebat, ſiuè quia naturalis curſus deglutiem indicabat Claudius ſtatuit, & diligentèr lacus profunditate Iyriſque alueo (æquilibrata menſura) explo ratis, dimenſaque planitiæ à litore lacus ad amnis ripam parallelis lineis ductis, effoſſioni locum dedit, in quæ ſequitur, formam. Canalem in ſinu Montis latitudinis palmorum duodecim, altitudinis vltra viginti deſignauit, ad quem vt peruenirent, effoſſis crebris cuniculis vnum in omnibus effecit, & ne aer in tenebroſo ſinu, qui cæcas cauernas profundarent, offéderet, interiecto ſpatio, aliqua quadrata ſpiracula à planitie ad Montem, & à Monte ad Iyrim aperuit; Spiracula ipſa, ſicut, & Emiſſarium totum in duro lapide ſunt excauata, eſt enim mós in illa parte planitiei, quæ ad lacum tendit, totus lapideus, vndè durus in inciſione labor extitit; ordo autem totius machinæ talis erat.

Sunt à litore ad Montem nouem ſpiramina dilatata, & à Monte ad Iyrim ſeptem, qui ab imo canali ad ſuperficiem terræ tendunt, ante vnaquæque eorum procliuis aperitur cuniculus alter altero protenſior, pro vt planicies eleuatur, aut deprimitur altitudinis palmorum nouem, & latitudinis quinque per quas ad alueum vſque maioris ſpecus & putei profundũ diuertitur. Ea arte effoſſi, vt ruderum extractio facilius redderetur, & quotiès in curſit operis inciſus lapis, aut deficere ſciſſuras monſtraret, ex cocto latere fornix ſupplet (vt ſine tumore ſic tranſitus) quæ tempori cedens, ora obruitione cadentis deſuper terræ in partem, vel penitus occluſit, vndè modo pauci penetrantur, cum idem ſenſerint damnum, vel exuberantia lacus maiora paſſi, arenarum cumulo repleti; fornices, parieteſque impetu aquarum deiecti, cum retrahuntur tantum (quo fuerint loco) ex veſtigijs manifeſtãtur, & quo in tractu viæ, qua ad lacum itur offenditur per CCC. Ferè paſſus deambulari liberè patitur; in eius per medullio ſpiraculum) quod puteus magnus dicitur) inuenitur, per quem circa tranſitus, quo ad altiora pernenitur, ad rotundam, atque profunditatem, in qua ſiue ibidem exortæ, ſiuè regurgitãtes ex infimo putei ſinu ſtagnantur

aquæ,

aquæ nec vlterius obstrusa,exciso lapide via datur progressus.

Cum mons insurgere incipit,ex vtroque latere protensiores cuniculi, simul æquali linea in Emissario concurrentes parati erant, scalarum numerum in descensu, ascensuque tenentes, & ex vno ad alium ingressus,regressusque liberè pandebatur, modò qui Palentinos respiciebat campos sic adueniens desuper terra contexit,vt nec loci memoria signetur:& qui ex aduerso Fucinum respicit, in spisso lapide incisus,latum aditũ præbet, tãta altitudine apertus,vt cẽtum palmos excedat,quæ paulatim,seruata proportione cedens, ad reliquorum cuniculorum mensuram reducitur; oportuit tanta scissura montem aperiri, vt daretur per eam, quantum possibile foret lumini locus;ante quem erat vestibulum opere arcuato fabrefactũ, ostiumque (quod cecidit) in quo Christi assectæ, summo Deo Patri altare sacrarunt,apparetque modò in pariete penniculo delinita Sanctissimæ Triadis Imago, vnde ex eo nomen la Grotta di Santo Patre sortitum;eorumque religio, prædijs attributis,vt coleretur,ditauit;quæ in ruralem præbendam cadentia, ad Collegiatam Auezzani peruenerunt;fertur (cum sæuiret, insurgente Christianæ Fidei principio, in illos persecutio) latibulum Sanctis Patribus tutum præbuisse.

Ara ipsa magno lapide substentabatur,quem sequens inscriptio maioribus literis designat.

NOBILIS PROGENIES
AVG.
HIC TVMVLATVS EST.

Nomen impia manus excidit, vt duriorem veritatis inuestigationem redderet.Siquidem Claudius adepto imperio vnicam prolem ex Valeria Messalina, Britannicum habuit. Cui Domitius Nero (quem Agrippina vltima illius vxor ex Gn. Domitio Enobarbo pepererat) in adoptione perfecit,vt longè post mortem Patris ipsius Neronis iussu necatus, vndè quæ ista Augusti progenies fuerit nescitur. Fertur tamen, cum vnà cum Claudio Aggrippina ad spectacula adueniisset vtero gestasse, & in terræmotu, quem immissio aquarum peperit,fœtum (non dum suis mensibus perfectum) emisisse,qui ad dies,mensesque vitam traxerit. Tandem morte subreptum,in atrio Emissarij ab Imperatore Patre tumulatum, & si de abortiuis,vt statim mortuis, sepulchra erigi non tulerat antiquitas,cum tamen vltra nouem dies viuerent nomen ex instituto dabatur,illud tempus lustricum, Sacratumque Deæ Nundinæ, quem ex nouendiali spatio venerari solebant;ita tamen ex Agrippina fœtum superuixisse vt Claudius cum nomine sepulchralem honorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

tribueret, ex verisimili probatione asserere nefas non sit.

Cum parùm exindè descenditur, in excauato lapide ad lęuam, exilis fons occurrit, ad quem fœtæ mulieres, si non torquentur vbera lacte, ex inueterato more, vt fœcunditatem lactis recipiant recurrunt, & manu in crátere fontis exquirentes, si quod inueniunt supra se gestent, vim fœcundandi vbera ex se habere credunt; sic pariter si aliquid de suo in fonte proijciant. Quod non ex inani tantum obseruatione introductum, sed ex quodam deuoti animi affectu erga Sanctos Patres, qui ibidem latitantes ex illo fonte potari soliti perhibentur; licet, & vi à natura insita alibi fontes talem facultatẽ habere referantur, vt in Volterris, ex relatione Alberti fontem surgere, cuius haustu fœminarum vbera implentur, & in Veronensi campania in loco dicto Valle Pollezzella, de saxo ad formam mammillarum mulierum, à natura efformato, iugiter stillant aquarum guttæ, ad quas, si mulier aliquo morbo vbertatem lactis amiserit, statim ac in stillam aquæ papillas infuderit, subitò humor renouatur ex Blondi testimonio.

Terminus horum duorum cuniculorum erat Emissarium, ad quod concurrebant; illud autem sic scalpro, malleoque in dura saxi cote efformatum, vt mirum admodum sit in profundo terræ, eo ordine, artificioque expolitum ad fornicis formam, vt regia porticus in rectissimo, & spatioso antro videatur; cui modò natura, ex producto tartaro variarum rerum figuras, ornamenta, adiecit; columnasque inter cætera ad altitudinem conuexi fornicis, statis in reliquo mensuris adumbratas, sic condidit, ac si artificiosa fabri manus expolisset; vt ingeniosum, & insudatum artis opus naturæ opificio cædere quisque sapiens iudicaret; auget artificij, & magnitudinis operis admirationem quod lucernarum auxilio in reposito montis centro operantis manus nihil mensurarum dimisit, sed suis periodis summo ingenio ad perfectum artis absoluit; quæ loca frequenti calculo incisa, & vt in tam amplo, latoque spatio conueniebat, adhuc obtenebrata eorum igne visuntur; eo autèm numero, vt numerosis turbis fabrorũ vicem solis rependerent.

Sed ad lyris vsque ripam (interciso fornicum, aliorumque ruina itinere) progressus modò præpeditur: Auorum tamen ætate cum ad remotiora lacus recessérat, sunt qui totum sicco pede deambulasse referant; at nouo aquarum decursu auctis impedimentis obstrusa est via; ostium ad lyris post Capistrellum Oppidum ad tractum viæ quæ Neapolim ducit opere arcuato fabrefactum panditur, in quo illius, qua substentatur fornice, ambulatorium ad rupem excisam, in antriolo iugiter aquas manante sternitur.

Excreuit lacus, solitamque litoris stationem, in principio currentis seculi vltrà hominum memoriam excessit; vt non parum relictam

post

poſt Emiſſarium metâ repetere dubitaretur, agroſque circa omnes, magno incolentium incommodo, vineta, & pretioſa prædia vaſtauit Luci Oppidi mænia, domorumque ædificia non parua deiecit. Ortuchiæ, & Sancti Benedicti Oppida ad vltimam penè ruinam adduxit, vltra proceſſurus, ni Principum dominantium vigilantia, & circa incolentium prouida cura impetui furentium aquarum impedimenta obiecisſent; quæ Architectorum arbitrio aluei expurgatio potior arbitrabatur; & communi omnium ære, opere Equitis Fontanæ, & Marij de Caua primarij illius artis in Vrbe profeſſoris, varijs, machinis opus tentatum; ſed omnia artificia, ob lacum rimam intus fornices, & terram facientem incaſſum ruerunt; attamèn ſiuè quod actum fuit adiumenta præbuerit: ſiuè naturalium rerum nobis non noto curſu præcluſi meatus apèrirentur Içſit exinde minùs, & ad interiora ſe remittere cæpit.

Hic deſideratur Emiſſarij Archetypum, quod Auctor promiſerat; idque morti tribuendum, quæ, eo ſublato, poſthumum opus, multis viduatum reliquit.

De Naumachia, & ludis in lacu factis ante aquarum immiſſionem.

CAP. XI.

COnſummata Emiſſarij effoſſione, ne quid ad magnificentiam operis deeſſet, ante aquarum immiſſionem ludos non vnius generis, ſed multifarios inſtituit; illoſque poſtquàm altiùs excauaſſet, vt profectum compleret, inſtaurauit, inter quos celebrior naualis illa pugna fuit, qua infelicem illorum ſeruorum turbam, per vndenos annos in tenebris ſepultam, continuoque labore feſſam damnauerat: vt poſtquàm deſiderium in perfectione operis impleuerat, & ad ſolis aſpectum, vt dulcem vitalis vitæ auram hauriret redijſſet; in prçmium ſudoris, feralem crudelitatem Principis, proprij ſanguinis effuſione ſatiaret. Ita potentes atrocibus facinoribus delectantur, vt dum cædes, & ſtrages exercent, potentiæ magnificentiam, ſuç crudelitatis oſtenſione dilatare conantur; ignorantes, tandem aliquandò ſe ſuas quoque pœnas daturos, cum potentibus potentiora tormenta parari oppidò liqueat; Mos quidem, ludos peragere antiquus in Vrbe fuit; principio tamèn ſimplicibus certaminibus ad coronas, & victorias aſſequendas tantummodò paratos. vt Virgil. V. Aeneid.

Munera principio ante oculos, circoque locantur.

Græco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Græco siquidèm more, qui primis seculis oblectabantur ludis, vt virtutis præmio Athletæ coronarentur, inuenti: vt ex Achille recitat Homerus II. Iliad.

Illic detinuit populum, magnumque locauit
Certamen nautis, hæc præmia splendida promens
Scilicet, & tripodes, lebetesque, & fortia boum,
Cum mulis, & equis capite, & quoque corpora lumbis.
Fæmineo accinctis, atque albi pondere ferri.

Vt gratum, solùm Athletarum, exercitatione, propositis præmijs spectaculum proponebatur; exinde ad pompam sacrorum, & iram Cælestium euertendam, aut gymnasticam virtutem comparandam, transtulerunt; inani quidem hominum superstitione, qui putarent Deos lasciuis saltationibus, & ferali certamine sibi placatum iri. Sic cùm pestilentiæ diuturna lues Vrbem viduaret; C. Sulpitio Petito, & C. Lucino Stalone Coss: nec humanis consilijs, nec ope diuina leuaretur; morbi sedandi causa scenicos ludos ab Etruscis mutuatos, primũ celebrasse Liuius refert, à quibus & alios mutuasse dicit.

Ouid. Transtulit Euander Syluestria numina secum.

Sic postmodùm cum sacra perage rent, Populum ad festa accedentem oblectaturi certamina exercebant, variasque ludorum species, & oblectamentorum formas repræsentabant; solemni ritu festos dies tibijs, fistulis, musicisque modulis, maiori etiam cultu maiora agebant, nec pares omnium erant cæremoniæ; vt astruit lapis, qui ex antiquæ Acciæ rudetis excerptus in domo Iacobi de Oliua nobilis Aquilani ad pagum, Ciuita de Bagno, reperitur:

Plutarchus in Vitis Imperatorũ Prob. III.

Q. ATATINO. Q. F
QVIR. MODESTO
PRÆ. FABR. BIS
TVBICINI. SACRORVM
FLAMINI. ROMÆ. PRÆ
FECTO. CLASSIS. MOESIO
P. ATATINVS. FLACCVS
FRATRI. OPTIMO. AC. PIISSIMO

Cuius P. Atatini Flacci in Genitorẽ suum pietas sepulchrale elogiũ in eadẽ domo testatur; quod cũ Titi Opsturij titulo in Ecclesia, Sancti Ranerij inuento, in Curiosorum gratiam paritèr apponimus.

Q. ATA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Q. ATATINO. P. F. Q. VIR. MODESTO
TRIB. MIL. LEG. X. GEMINÆ
IN. HISPANIA. ANNIS. XVI
PRÆ. ALÆ. II. GALLORVM
IN. EADEM. PROVINCIA. PRÆ
FABR.
P. ATATINVS. FLACCVS
PATRI. OPTIMO
T. OPSTVRIO
FACILI. SEVI
RO. AVG. LIB
LIBERTAE. PATRO
NO. BENEMEREN
TI. DE. SVO. POSV
ERVNT.

Nec dum ad ſacra ſolum, ſed ad ferales Mortuorum exequias tranſtulerunt, vt in Anchiſæ tumulo Æneam factitaſſe Virgil. V. Aeneid. recenſet. Tùm ad exercitationem, vt agilitatem, peritiamque compararent, quibus ex hoſtibus victoria reportaretur. Vnde, & gladiatorũ ſæua ſpectacula, ne cum ad pugnam Miles accederet ſanguine, cædibuſque terreretur, inuenta ſimulque vt lĩtato ſanguine vis quædam fortunæ ſatiaretur, ex Capitolino in vita Balbi, eo etiã munere Naumachiæ pugnæ paratæ, cum funera repararentur Anchiſæ longè nauium curſu ad præmia in meta parata ſpectacula Æneas præbuiſſe ſuis, eodem in loco Virgilius profitetur. Quem ſic æmulati ſunt Romani vt militum peritiam, agilitatemque in naualibus prælijs aſſequerentur; primo ſiquidem punico bello inſurgente inexpertus maris Romanus Miles ficta certamina, nauium luſu expetitis vicibus repararũt vt fluctus poſteà contendere, & hoſtium artem, experimentato periculo addiſcerent ſuperare; & cum tempore diſſueſcerent milites; pugnaturus Cæſar in Pompeium hyeme, in portu Baiæ Nauium confertatione conſummauit, vnde, & Auguſtus poſtmodum ad ſpectacula vſus cum citrà Tiberis ripam effoſſo humo, aquas ad Nauium capacitatem induxit, & impuriſſimus Heliogabalus in Euripis (foſſis ſcilicet, quarum argine continerentur inuectæ aquæ) Vino repletis, eadem ſpectacula Populo renouaſſe Lampridius refert, quas inſequentes Principes imitati ſunt in Amphitheatro, ſeù Circo, aquis quantum oportuit inundato, extructis fiſtulis, per quas introducerentur, donec Domitianus molem vaſtiſſimæ machinæ aſtrueret, quæ aquam inſtàr maris, & Populum commodè retineret, locumque in Vrbe Naumachiam ex ludorum Nauium exercitio nuncupatum reddidit, quem Martialis deſcribit.

Iul. Capitol. in vita Pap. Balbi.

Polybius.

Sueton. in Auguſto.

Lampridius in Heliogabalo.

Martialis ante lib. 1. epigr.

Si

Si quis ades longis ſerus ſpectator ab oris
Cui lux prima, ſacri muneris iſta fuit
Ne te decipiat ratibus Nauali Enyo,
Et par vnda fretis: hic modo terra fuit.
Non credis? ſpectes dum laxent æquora Martem,
Parua mora eſt; dices, hic modo pontus erat.

Satis iam à propoſito, vt huius inſtituti ratione redderemus, aberrauimus, ad rem igitur redeamus.

Tacit. lib. XII. anal. Cum per Narciſſum Operis Præfectum abſolutum canalem Claudius percepiſſet, ab Vrbe ad Marſos cum Agrippina, & Principibus aduenit, & in illius dedicatione, vt ineuarrabilis operis magnificentia pluribus referretur, Naumachiam in lacu parauit armatis ex turba Seruorum, qui miſerè in duro labore vndenos annos conſumpſerant, vnde viginti millia, vt centum quatriremes prælium conficerent ex Taciti, Dioniſque aſſertione, & ſi quinquaginta Suetonius probet ex Xiphilino in Tacito, ex Dione corrigendus.

Suet. Tranq. in Claudio XI. Xiphil. lib. LX. Lypſius ad Tacit. Sed quomodo n. illa vis hominum in duodenis vtrinque Nauibus? & quomodo vnde viginti millia pugnaſſe hanc Naualem pugnam Tacitus exprimeret? Si vtrinque quinquaginta, ergo in vniuerſum centum, non ergo abeſt, quin, vt ad Dionis, reique fidem corrigendus ſit Tranquillus.

Cincto deinde lacus ambitu ratibus, & erectis propugnaculis, quibus cohortes Prætorianæ baliſtis, & catapultis paratis, nauium effugia, ſi properaſſent, auerterent; relicto claſſiarijs loco, quos in duo agmina ſeparauerat, indicto vnis Rhodiæ, alteris Siculæ nomine, vt vtraque ſimul claſſis ambitioſo gloriæ faſtu contenderet, imperauit; Certamen infelix, quo vt ſpectatoribus placeret, ſuis mortibus, miſeri inſontes elaborarent, & voluptatem proprio ſanguine referre cogebantur, & inſudati laboris præmium vulnera morteſque cederent, hoc piaculo voluptas non ira placatur, ſic ſunt cædes, Principum oblectamenta, & beneficiorum in ipſis collatorum merces; Nec ſeuitia ſatis ſibi complacuerat in damnationem ad perpetuam noctem in profundo terræ ſinu, in duri operis effuſione laborandi, ni exacto labore duriora imperaſſet, paratur non ad feſta, ſed ad aſpera certamina claſſis, vt ſocius ſocium, amicus amicum, non odio, aut libidine, ſed ad Principis placitum feriat. Spectatum ex Vrbe, & ex remotis municipijs certatim cupidine viſendi, vel officio in Principem, tot adueniunt, vt circumacti in ordine Montes, qui in theatri formam lacum ſepiunt complerentur nec defuit ad pugnæ incentiuum artificum; excogitatis ſiquidem machinis ex centro lacus Argentea Tritonis ſtatua emerſit, quę dato flatu, buccina, quam in ore poſitam habebat inflaret, ciendoque

doque bellantium animos ad arma accenderet. Claudius ipſe imperiali paludamento inſignitus ſpectaturus in eo, quem elegerat ſuæ ſtationis locum, præſidebat, à quo non longè Agrippina vxor, aurea clamyde gemmis varijs contexta ornata inſidebat, creditur ab incolis, quadrata Turre, quæ poſt mænia Tranſaquarum Oppidi inſurgit, ſignatus Agrippinæ locus, idque longa fama per eam, licèt nō admodum certa traditione, ad hæc tempora tranſmiſit, cum parum ab illa Claudij domus diſtet. Inde paratis ad certamina omnibus, infelix turba Principem veneratura proceſſit, ſolitumque de more Aue pronunciant; morituri ſcilicet te ſalutant, Imperator, quibus illicò, & Auete vos morituri reſpondit, quo reſponſo ab infeſta pugna ſe liberatos perſuadentes conſerere deſtiterunt, eorumque trepidatio, ſic iram in Claudium excitauit, vt varia mala in animo conciperet, quin, & parum abfuit, vt igne, ferroque omnes conſumere cunctaretur, tàdē à propria ſede proſiliens, nō ſine fœda vacillatione per ambitum lacus diſcurrens, minis, & exhortationibus ad pugnam impulit; durè admodum, ſtrenuèque, & non ſine ſanguine, vt quiſque gloriæ, libertatiſque emolumentum conſequeretur certatum fuit, tandem expleta maiore parte diei, pugna ceſſauit, nec cui Victoria ceſſerit refertur; indulſiſſe tamen Victoribus partem exiccati agri Claudius creditur, & poſt immiſſionem aquārum cum emendato alueo, altius effoſſus eſt, ante nouam corriuationem gladiatorum ſceleſte facinus, quo ad viſendum Populus alliceretur indixit. Spectaculum arte clarum, ſed teterrimum, quo ſæua crudelitas in humano ſanguine exercetur, quæ ferina ſuperſtitio primò in honorē Deorū deinde, vt alij ludi, ad ocium ſpectantium producti ſunt. In iplo lacu poſt Naumachiam pontes, ſeù tabulamentum ad pugnantium capacitatem, comparatum, damnatorum hominum robur, experientiamque laudandam præbuit, ſic referente Tacito. Eo tempore interiecto, altiùs effoſſi montes contrahendæ rurſus multidini gladiatorum ſpectaculum editur, indictis pontibus pedeſtrem pugnam.

Et nequid ad ſolemnitatem deſiderari poſſit per hiſtriones varierum generum formas in ſcenis exprimi, & in theatro repræſentari, quæ aures, & oculos ſpectantium allicere poſſent, ſummoperè inſudatum; illorumque ludorum ſtudio theatrum non longè à domo extrui procurauit, quod; & ſi Tacitus alijque ſcriptores non recenſeant, teſtis eſt tamen lapis in Euaporario Abbatialis domus terræ Tranſaquarum, qui reſtaurationem illius à Melanto factam aſſerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

MELANTVS. P. DECI
E. T. COLLEGÆ. MAG. HE.
TRIBVNAL. NOVVM. A SOLO. FECERE
THEATRVM. ET. PROSCENIVM. REFE.
CERE. LVDIS. SCENICIS. BIDVO. DE
DICARVNT.
D. S. P.

Quod,& ſi Claudio non tribuatur, ab eo tamen confectum creditur,& Traiani tempore cum forſitan dehiſceret renouatum, qui ſolemni cultu,& faſtigioſa pompa rem, à ſe geſtam, ſumptuosè admodum,vt obſtentaretur opus,quantum poſſibile foret magnificaſſe,inanis gloriæ cupidus facili inductione perſuadetur, nec ab re erit ſuſpicari præfatum operis Traiani Præfectum extitiſſe.

De aquarum immiſſione.

CAP. XII.

SVcceſſerunt pugnæ conflictui,& crudelis feritatis ſpectaculis deliciarum plenæ epulæ in ipſo lacu regia magnificentia,& ornatu paratæ,vt dum ſimul animi, oculique molem exiccandarum aquarũ, & excurſum comprehenderent, non eſſet quid guſtus deſideraret. Extructa igitur in Naumachiæ ponte menſa,Imperatore, Agrippina, & Principibus inſidentibus, inter deliciarũ apparatus, apertũ eſt canalis oſtium,vt in abyſſum profunditatis vaſtiſſimi illius ſpecus præcipitarentur aquæ.Erat autem oſtium hac arte compactum, in ore ex ſolidiſſimo lapide tres incuruabantur arcuatæ fornices ad proportionem magni canalis,ſic cataractati in immiſſo tabulamento, quod machinis eleuabatur,vt dari exhiberique ingreſſus ad libitum commodè poſſet, ex cuius lateribus æquali calamo alti, latique parietes inſurgebant,paulatim ſe dilatantes ad centum ferè paſſus non autem æqua linea ambo,cum qui impetuoſis Boreæ flatibus obijciebatur,ſinum ad conuexitatem flectebat ex aduerſo alteri, ſeruata tamen in latitudine æquali proportione,quæ aditus menſuram in nihilo retardaret,ſed ad numerum expleret;elato itaque tabulamento, profluuium concurrentium aquarum præcipiti curſu ex horribili ſonitu ſic immerſit in ſpecum,vt mons totus contremeret, & terra circum in ſolito quateretur motu,& impetuoſo, & rapido curſu vna ſecum quic-

quicquid obijciebatur ad ima trahere contendebant, ea est vis erumpentis huius elementi, vt statim currat cum ad centri procliuitatem aperitur via, eò non retardato cursu, vt omnia frangat, obuoluatque secum impedimenta, parumque absuit, vt conuiuantium mensas conuiuantesque secum traheret; quarè sic commoti Principum animi fuerunt, vt periclitari omninò dubitarent, & cum magna trepidatione perturbari Claudius Agrippinam præsciret, veterum iniuriarum memor, quibus à Narcisso operis Præfecto se offensum iri reputabat, cum matrimonium Principis affectaret, & ille suis nuptijs Eliam Petinam anteponeret, ea occasione vsa, in illum criminando inuexit, culpauitque nimiam proprij commodi affectationem, vtq; illi nihil Principis saluti intendenti, nulla cura fuerit, an opus suis mensuris constaret, parumque consultè imminens, & irreparabile periculum auertisse; nec defuit asserere, quin in vitam Domini eo artificio machinatus fuisset; multa siquidem ex ocio facta, sic euentui accomodari, vt maleficij Architectus immunis à crimine euadat, & casui tribui, quæ malitia parturijt. Nec mutuit ille, scelus reijciens, vt incogitatum, & suam innocẽtiam contendens, palamq; Agrippinæ fastum, & nimiam dominandi cupiditatem improperans, parum aduertens, & si purgationẽ expedire, minimè tamen Imperatoris vxorem lacessere conueniens; dissimulare, sed non tolerare, qui præsunt contentiones, & iurgia; diffugere cum Principis sanguine iunctis cõuenire priuatis, quæ in proprium præcipitium, & exitium tendunt, vt illi, mortuo Claudio, aduenit scelere Agrippinæ interempto.

Paulò post sedata contentione, & intercluſis cataractis, repulsæ sunt aquæ, & defectus operis exquisitus, libramentum non adæquatum inuentum fuit; quippe Lyris alueus non ità depressus ad aquarũ receptionem, indè altius deprimere canalem deliberatum, & ad nouæ expeditionis apparatum reuocati sunt serui, qui breui interiecto tempore sic effossioni intenderunt, vt ad æquilibratum cursum transmissioni aperiretur aditus, & si repetitis (vt paulo ante recitauimus) ludis, Claudio ipso præsidente nouo ostio ad prioris formam efformato, eodem ordine immissus in specum lacus fuit, sed nec noua effossione adæquatum est libramentum, cum humilior lyris alueo, & inæqualis lacus sinus quippe plures in se continens valleculas adæquationi minime adaptari potest, præterquam continua aquarum agitatione, & aquilonis impetu paulatim abrosione depressionem patitur, vt transmittere minimè aquas possit, vnde ad hoc meritò Suetonius inane opus Claudium tentasse asserit, & si Plinius ad destitutionem successoris defectum reportaret, nullo tamen auxilio iuuari posse, quod suaptè natura ipsa ad cursum non accommodat.

Cæterum Nero Claudius nostræ Genti sic fuit affectus, vt in parma sigilli, quo publica obsignabat diplomata Marsiæ decoriati effi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

gie in arbore alligata, in qua fistula pendebat, propè quam Apollo fistulam tenens erectus stabat, vt ebatur. Sic in successore affectus in Marsos conseruatus vt apud Aeneam Vicoparmensem in in Augustorum Imaginibus, legendum datur.

FINIS LIBRI SECVNDI.

HISTO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

HISTORIAE MARSORVM

LIBER TERTIVS.

De locis antiquissimis, Populis, & Ciuitatibus Marsorum.

CAP. I.

VRbes ad vitam rectè instituendam ex vicissitudinaria communione morum, rerumque ad prouectum, ordinemque optimi regiminis necessaria; ita ordinatæ sunt vt per bona, quæ ex hominum cætu in vnum confluunt, quasi quibusdam proportionatis partibus inuicem adunatis, eorum totum mutua substentatione regatur, & Prouinciarum præcipua ornamenta, munimentaque sint; cum in illis scilicet virtutes colantur quibus Respub. coalescit, & minoribus locis politicæ scientiæ normam præbeat, & obedientiam, qua imperio dominantium pareant, insinuent. Quarũ & si nõ numero, clariores tamẽ in hac nostra regione floruerunt, quæ licèt exciderint, fatoque (ex ordinata rerum resolutione) cesserint, in hoc nostro opere reuiuiscere pro vt poterimus conabimur.

Eæ enim fuerunt, quas Strabo lib. V. recenset, cum de Valeria via loquitur. In ea latinæ Vrbes sunt, Valeria, Carseoli, Alba, & prope Cucculum Oppidum.

Siquidem semper Castellorum multiplicitate, Ciuitatum defectum rependuit, sic enim Sil. lib. VIII. *Silius. VIII.*

Cætera in obscuro famæ, & sine nomine, vulgi
Sed numero Castella valent ....

Mira-

Miramur hic Silium sic locorum gloriam deprimere, cum natio glorioſis facinoribus illuxerit, & Vrbi mundi Dominæ terrorem, eo memorabili bello (quod retulimus) induxerit; & ex ſucceſſibus à Liuio notiora, notentur Milonia, Pleſtina, & Freſilia, niſi cum natio illuſtrior locis eſſet, tria hæc neglexiſſe, & ad eas laudem retuliſſe dicamus, vel, eo ipſo tempore, ita vt ad præſens eorum nomina deliteſcere, & in obſcuris memoriæ tenebris pertranſiſſe, vt nèc de illis fama loqueretur, affirmemus.

Et hoc infortunium, cum conterminis populis commune habuit, quorum regiones, & ſi montanæ Oppidorum multiplicitate pluſquã Vrbium plantatione populatæ, ſic ex ſitus fertilitate neceſſarium expedire iudicatum, ne ignauia inhabitantium induſtria tabeſceret, ſparſim profuit habitare, vt corpora labori aſſueſcerent, & rurali opere exercerent, quam Vrbium delitijs gaudendo inſordeſcere, de quibus & idem Strabo lib. V. Cum aliqui per vicos ætatem degant, habent tamen Vrbes ſupra mare Corſinium, atque Sulmonem, & Marruuiũ, & Theate Marucinorum metropolim.

Sil. lib. VIII.

Non tamen ex Liuij aſſertione dubium cadere poteſt, quin prænominata Oppida Samnitum conterminа, noſtrorum non fuerint.

Inter medium Volſcorum, & Pelignorum Samnium nobis iungitur, vt in ea parte, etiam modo non longè à Peſculo ſerulæ Oppido vetuſta rudera abolitæ Pleſtiniæ, & ſi non veſtigia, locum monſtrant, & in præfatum Oppidum tranſiſſe, autumant, ſed non niſi coniecturis iam paulò ante relatis, probare, reliquarum autem, & cum ipſis nomina perierunt.

Populi tamen celebriores, notioreſque fuerunt, quos Plinius lib. III. cap. XII. memorat. Anxinates, Antinates, Fucentes, Lucenſes, Marruuij, Albenſes.

Plin. lib. 3. cap. 12.

De ſingulis nos acturi, ab illo, cui nomen genti tributum eſt principium ſumimus, cum & iam antiquitate cæteris polleat, & aborigiuum progenies ab Alicarnaſeo refertur, & à Duce eorum gens, Oppidumque nomen ſumpſiſſe Sil. refert lib. VIII.

Strab. lib. V.

Marruuium, veteris celebratum nomine Marri
Vrbibus eſt illis caput . . . .

A quo, & Marruuia, ſeù Marrubia gens ipſa dicta ex quibus aduerſus Troiugenas Archippus eorum Rex auxiliares copias cum Duce Vmbrone, vt Turno Regi auxilio eſſent, miſſos fuiſſe Virg. 7. Aeneid. dicit.

Virgil. Aeneid. lib. VII.

Quin,

Quin,& Marruuia venit de gente Sacerdos,
Fronde super galeam,& felici comptus oliua
Archippi Regis missu, fortissimus Vmbro:
Vipereo generi,& grauiter spirantibus hydris
Spargere qui somnos, cantuque,manuque solebat,
Mulcebatque iras,& morsus arte leuabat.

Quem Sacerdotem,ex magiæ peritia in serpentes effingit, cuius arcana eo tempore Sacerdotes tenebant,ciusque galeam virentis oliuæ frondibus comptam, vt officium Sacerdotum pacis fœdera nectentium indicaret,& à quietis tranquillo statu,Regis imperio, non voluntaria exhibitione ad bellum processisse,cum proprium Victoris,& pacis signum caput oliuarum sertis redimere fuerit, non autem bellatoris,sic ex eodem Virg. V. Æneid.

Omnibus hic erit vnus honos,tres præmia primi
Accipient;flauaque caput vittentur oliua.

Huius autē Populi incolatus sedes in recessu lacus,in collibus, mōtibusque ad hybernum solis ortum erat,vbi ad præsens plurima insurgunt Oppida,Ortucula, Gioia, Liccium, Aschium, Spero, Bisinia, scilicet, & S. Sebastianus, ipsum tamen Marruuium, in plano situm, erat,in loco,quem vulgus modò appellat, il piano di Marcio, vltra Ortuculam,vt satis accuratè Leander Albertus obseruauit,licet minime Cluuerio placeat,qui falsò Morream fuisse præsumit, siquidem ibidem Alicarneseus illud ponit. Issæ proximum est Marruuium in intimo eiusdem paludis recessu situm;

Vnde & nomen illi forsitan datum,quasi circa mare habitantes, sic Marruuij dicti,Seruius ad Virgilium voluit,sin melius duxisset Ethymon à Marra quod alio vocabulo palus appellatur. Est Morrea in monte,in extrema regionis parte situm,& Cluuerius, sicut quidam alius,qui Marrumpanum in Montibus Carseolanis positum nominis similitudine deceptus Marruuium affirmauit.& quod ex itineraria tabula,& Antonini itinerario argumentum sumit, eum paritēr fefellit, nam Mons Imeus,vt aduertit etiam noster Camarra, est in Apennini iugo ad duo ferè milliaria vltra Collem armeum, & quem Oppidani ad præsens corrupto vocabulo montemeo appellant.

Est ipse Collis locus antiquæ Cerfiniæ in eadem itinerariæ tabula notatæ,& ab Antonino numeratæ,vt ex diplomate Vrbani II. iam relati constat,cum inter reliquas Ecclesias S Fœlicitæ in Cerfinia Episcopo assignet,quæ eiusdem loci modò Parochialis est, ab eaque Claudius Imperator viæ,cui ex suo nomen dedit, initiū sumpsit, vt ex columnæ

lumnæ milliariæ inscriptione præfatus noster Camarra refert.

Illud itineris spatium quod modò interponitur, inter Piscariæ Oppidum (iam ostia Aterni dictum) & collem ipsum Armeum numero milliarium, in columna signato satis respondet, nomenque ideo Cerfiniæ antiquatum, cum vtraque Oppida exciderint, & populus eorum in vnum coaluerit, commodioremq; locum pro incolatu ipsius propè Corfiniæ situm elegerint ex numero forsitan montem ineuntium maiori ab illo Collisarmeus nomen indictum.

Et ad optimè Cluuerij inuentum diluendum titulos in lapidibus scriptos adducimus inter ruinas Valeriæ expiscatis, qui dignam satis Marruuij mentionem faciunt, quorum vnum nostro Camarrę dedimus, & talis est.

CO. MESIO. PAV
LINO. CV
PRÆF. VRBIS. FERIARVM
LATINARVM. QVESTO
RI. VRBANO. AED. CER.
PRÆTORI. EODEMQ
TEMPORE. PRÆTOR
ÆTRVR. XV. POPVL
CVRATORI. P. SPLENDI
DISSIMÆ. CIVITATIS
MAR. MARR. EODEN. TEM
PORE. ET. CVR. VIAR. TIB. VAL.
ET. ALIM. PATRONO. ABSTI
NENTISSIMO

Aliumque in Ecclesia S. Sabinę olim Cathedralis in frõte capsę lapideę, non vt par esset excerptum, cum rusticus ipse lapis litteras obiecerit, aliasque obliterauerit superiniuncta testa excrescens.

M. MARIOCVS. PATRONVS. CIVITATIS
MARSORVM. MARR. HOMO. INTEGRÆ
EXISTIMATIONIS. PARCVS. DILI
GENS, FRVGI QVI. RESPONDERE
.....DORES. AERIIS X. PREPO
SOTO. MOESSIE. ANN. XXXIII. MEN
SV... VINI... DIERVM XX. HIC
SITVS. EST. QVI. MATRI. FILIIS
QVARVM. VOL. PATRIS. IVSSV
XII. DEBERI. BRVTIVM. DOS. RES. A
SVCCESSORIBVS. MATRIS. ET. CVIVS
DEM. CORPVS. SITVM. ES. DIERVM. V

Ex

Ex quibus Marruuij noſtri ſitus abſque ambiguitate ſignatur, & quanquam extra proprium locum inuenti lapides ſint; nam per hoc alibi fuiſſe prębet argumentum, eumque modo ſignant ędificiorum rudera, & parietum ſpatia grandioribus quadriſque lapidibus extructa, ipſiuſque loci hodierna nomenclatura ibidem fuiſſe demonſtrant, & cum Valeria poſtmodum ędificaretur, hùc inde aſportati ad nouę Vrbis ornatum.

Et Valeriam, Marruuium fuiſſe, qui affirmant; errant; ex illius ſolum ruinis fuiſſe ędificatam, oſtendemus poſtea. Erat in eo itinere Archippe, ſeu Archipenna, quod Plin. lib. 3. cap. 12. ex Gallieno aquis obrutum affirmat, & illius abbreuiator Solinus, his verbis Archipennam à Marsya lydorum Rege conditum quod hiatu terrę hauſtum diſſolutum eſt in Lacum Fucini.

Vnde poſtmodum ipſius Lacus fabuloſus ortus emanauit, & cum aquę decreſcerent prętéritis annis, eius veſtigia obſeruauimus, ibiq; obtruncatam hominis ſtatuam, iuxtà pergrandem lapidem literis exaratum inuenimus, cuius epigraphem, vt vetuſta monumenta reddamus, apponimus.

Q. SPEDIVS. P. F. AN. XXVII. PRO. PVDE
AMANS. PARENTIS

EX cuius poſtmodum ruinis, ab illis, quos non tetigit, aliud eiuſdem penè nominis nuncupatum Oppidum in proximo colle erectum fuit, quod diuerſo fato, etiam modo deiectum eſt, de quo habetur mentio in catalogo Baronum Regni, qui ſub Gulielmo Rege in expeditione pro vindicanda Terra Sancta ſubſidium profeſſi ſunt, quod nuper D. Carolus Burellus Clericus Regularis Minor ex nobili Burellorum familia, & Neapolitanorum Ciuium nobilitatis acerrimus vindex nuper edidit, eoque tempore erat ſub ditione Greſcentij de Capiſtrello, qui pro Archipreta in Valle Marſi vnum Militem ſpondet, modo territorium eſt Dominorum de Siluerijs Piccolominibus.

Sed quod terræ hiatus aſſumpſit in aquis, indè ex fontibus Paradiſi aliud emerſit, cum non longe ab eo ſcilicet ille Ruphinus Epiſcopus, vt cæleſti rore contemplationis maderet, & diuinorum arcanorum penetralibus attentiùs intenderet, & corpus animumque regimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

giminis curis fessum recrearet, ad suæ quietis solatium elegit, domumque orationis summo Deo sacrauit, ad quam cum a satellitibus eius filius S. Cesidius insequeretur confugisse illorum acta dicunt. In eoque solitario recessu Sacræ Cistercienſium familiæ Viri sanctitate conspicui ædibus adiunctis, diù famulatum Christo Domino præstiterunt, inter quos, & Marsorum Episcopos exemptionis quæstiones diù fuerunt; Sed denuò excrescentes aquæ dispendium, sustulèrunt, & Monasterij solo æquati inter dumos & spinas neglecta vestigia iacent, illiusque prouentus Abbas Casamari modò recipit, & Sancti ipsius Ruphini nomen retinet.

Marruuio propè in lacus sinu 11. mill. pass. Insula insurgit, quam Alicarnesseus Issam vocat palude recinta, & cænosis, & paluſtribus aquis adeò munita, vt Incolæ absq; aliqua munitione manufacta, illis pro mœnibus muniatur, & quæ modò Ortucchia communi vocabulo appellatur, nomenque ex flumine haud paruo sortita, quod ex lacu Scannensi proueniens per cæcos, & inclusos terræ meatus occultum progrediens, & subtus serpens ad Fucinum in extremo insulæ aperitur, vt dum aquæ excrescunt (vt modò) non apparet, vnde ortus aquarum dicta. Et si Petrus Marsus more suo somnians Ortigiam ex insula in mari Ionio eodem vocabulo dictam appellet.

Vnde, & priori denominatione, tempore aboleta, in nouam immutata, quam etiam ætas attriuit, ex ortu aquarum in Ortuchiam transiuit, licet penitùs nomen sit nõ abrasum. Etenim Ecclesia S. Mariæ, qui à S. Orante hodiè dicitur extra mœnia ad cc. pass. sita, quæ antiquitus Parochialis erat; S. Maria ad caput aquarum, etiam modo in collatione illius Præposituræ nuncupatur, quo Primores Incolæ insedisse ante quam aptiori situ mœnia collocarentur aliqua vestigia monstrant. Etenim Oppidum structura, & collocatione ædificiorum, antiquitatē aliquā non redolet, sed posterioris Architecturæ forma cõpositum mœnibus circa munitum per quatuor ianuas aditum præbens vicos rectos, & benè dispositos habet. Arx intus ex lapidibus quadratis vallo profundo munita, cum propugnaculis, ante quam angularis turris, per quam ad Arcem trãsitus, ligneo ponte ferreis catenis suspenso patet, ad eamque procul à continente alius inijcitur pons, quibus suspensis præcluditur aggressoribus aditus, sumptuosum opus, sed inane, ad quod Fucinus inaccessibile munimẽ præbet, magnificentia tamen Antonij Piccolominei Principis, vt titulus in fronte docet.

AN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ANTONIVS. PICCOLOMINEVS. DE. ARA
GONA. AMALPHITANVS. DVX. ATQ.
COMES. CELANI. ET. REGNI. SICILIÆ
MAGNVS. IVSTITIARIVS. AD. CON
SERVANDVM. IN. OFFICIO. OPPIDANOS
HANC. ARCEM. A. FVNDAMENTIS. EX
TRVXIT. ANN. DOMINI. MCCCCLXXXVIII

In gremio ferè ſemper lacus collocatum, & ſi decreſcẽtibus aquis abſque nauigio, terreſtri itinere pateat aditus, ſed rarò; raduntamẽ mœnia cum exundant, ſed abluere nunquam auſæ.

In Platea eſt Eccleſia S. Rocco Confeſſori dicata, in qua officia diuina exercentur. Illius Rector Præpoſituræ titulo inſignitus, à S. Maria ad caput aquarum nomen retinet, cui duo Cappellani opitulantur in opere.

Extra mœnia, vt diximus, eſt Eccleſia S. Mariæ, quæ ex Sancto Orante Confeſſore, qui ibidem in pace quieuit, nominatur.

Sunt in ipſa Eccleſia plurimæ nobilis familiæ de Petio ſepulturæ, abſque titulo, ſed inſignijs domus ornatæ. Ibidem Chriſtophorus Muſcatellus olim Arcis cuſtos tumulatur cum ſequẽti inſcriptione.

HIC. IACET. ORTYGIÆ. CVSTOS FIDE
LISSIMVS. ARCIS. CVI. DVX. ALPHONSVS
MAXIMA. CVRA. FVIT. MVSCATELLA
DOMVS. NOMEN CHRISTOPHORVS. ILLI.
ORTYGIÆ. MORIENS. CONDITVR. HOC.
TVMVLO.

Chriſtophorus Muſcatellus de Caſtro Plebis obijt II. Auguſti MDXII.

Fœcundum tamen Territorium, & ad opus Cereris aptum (cum aquæ decreſcunt) habet; alioquin circà montes ſerere, cuius glebæ non ſimili vbertate redundant, neceſſe eſt Vina etiam quam optima promit, ſed quæ Incolis non ſufficiunt, cum frumentum alijs commodent. Aer, ex cæno preçipuè, cum remittitur lacus, non iucundus, ideoque Incolarum facies cædrino colore fuſcantur, qui omnes piſcatui, ex quo emolumenta recipiunt, incumbunt, & loci Dominus, qui eſt ex Primarijs Romanis Principibus nobiliſſimæ Sabellicæ familiæ vectigal 4. mil. ducatorum annuatim recipit, relictis tamen retibus; Alij ad ſtudia litterarum recurrunt, inter quos enituit inſignis Philoſophus, & Medecinæ Profeſſor Antonius Gattus, qui de cometis tractatum edidit.

In radicibus montium 11. mill. paſſ. ab Ortucchia erat Vignies in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Vicus Castellum Valeriæ viæ transitu (vt in tabula itineraria) postmodum Vicus appellatum, nunc dirutum, & cuius nomen locus ipse seruat; De quo ex registro Baronum Regni, & parum ab illo longe Castulum;

Inter capitula Regni CLXV ann. Domini. MCCLXV Quæ Oppida cum Abbas S. Mariæ de Vittoria ad, suam ditionem spectare, defendere conaretur, Rogerius Cælani Comes Regis adiutorium in suorum iurium defensionem impetrauit. Abbatemque a sua prætensione deterruit. De quo etiam Leo lib. 2. cap. 33. refert, quod quidam Nobilis Marsicanus nomine Fridulphus filius Gualtonis obtulit omnem substantiam suã D. Benedicto cum Ecclesia S. Thomę in Petuge, & S. Magni in Castulo.

Ostien. in Chron. lib. II. c. 33. Insurgunt postmodum atri, altique Apennini montes, in cuius dorso ad orientem inter obruta petrarum 4. mill. pass. ab Ortuchia, est Licium Oppidum, ad Pauli *Marsi* intentionem, à liciæ Regno, in quo *Marsyas* dominabatur nomẽ hausit, cum alioquin modernum parumque notum, quam ex donatione Caroli Primi Ecclesię S. Marię de Victoria facta, nullaque rei singularitate insignitum, & penè ob aeris rigorem inhabitabile, non circa illum arbores, aut segetes aluntur, sed vndique scopuli, & saxorum congeries, vndè incolę ad radices montis in planitie circa lacum vineas colunt, & Cererem nutriũt, & Vici, Castulique campos possident, in quibus ad stationem hybernam Casales plures extruxerunt, est modò non vulgare, & inhabitatum. Plusquam CCL. familias nutrit, sub duobus Parochis, quorum vnus Virgini Deiparę Templo Archipręsbiteratus dignitate insignitus pręest, alter Ecclesię S. Martino Episcopo dicatę; cum mons ipse nulla sit cultura frugifer, capellarum greges, quorũ cum sint in fœnore numerosiorem copiam alunt, in illo vagantur; syluarumque virgultis fætibus, & vberibus fœcundantur.

Zeccia.

Gioia. Non longe ab hinc II. mill. P. ad meridiem in eodem iugo Gioia Oppidum eleuatur pulchrum sanè, & territorium commodum habens, nisi quod flatibus aquilonaribus vexatur, & frigore plurimo, non tamen illi necessaria desunt, nec alien is eget, armentis Ouium, caprarumque abundat, quæ hyeme Apuliã appellunt, & quibus armenta desunt, non otio torpescunt, sed frigore impulsi alibi ruralia, exercent, paucique homines brumali tempore locum incolunt, sunt ipsi validi, & decori aspectu, quibus honestatis, & familiæ cura plurima, Musicis modulationibus edocentur, quas in Dei honorem impendunt. Mulieres etiam pulchræ, non ornatui, sed lanificio deditæ, quo ipsæ, virique operiuntur, non more regionis, sed græco penè habitu indutæ, plus enim, vt à glaciali rigore reparentur, quam vt formosiores appareant, consulunt; triginta, & octo supra bis centum ibidem focularia fumant, numerosius anteà, & in alpestriori loco situ, sed cum Marcus de Sciarra, alijque facinorosi exules, non dum seculo expleto, illud igne cremarunt, forma, & situ elegantiori re-

posi-

positum fuit etiam de pertinentijs S. Mariæ de Victoria, sed ex beneplacito Caroli II. anno MCCCXXX in Leonellum ab Acclozomara Dolani Comite translatum, pretioque Monachis soluto Comitatu præfato adiunctum.

Vna est illi Parochialis receptitia Archipræsbyteratus titulo decorata, Dei Genitrici erecta in qua præter Sacella, & ornamenta bene disposita, reconditorium Sanctarum reliquiarum veneratur, inter quas in argentea Cruce omnium Apostolorum aliquod lipsanium ostenditur, omnia pene solerti opere, & sumptibus D. Dominici Cataldi recolendæ memoriæ, illiusq; Archipræsbyteris sunt cumulata, qui non solum à maioribus ad se relictum, sed quicquid Geometriæ professionis studio, in qua plurimum pollebat, acquisierat, in ornatum, & emolumentum Ecclesiæ contulit, & licet vexationibus attritus dimittere aliquando illam coactus fuisset, cum qui operibus præerat varijs modis illius constantiam exercuisset, postmodum ardentiori charitatis zelo illius gubernacula reassumpsit, & ad onus rediens, manus sollicitas ad opus iam demissum admouit: Virtus enim vexata crescit.

Quà verò montis iugum parumper inclinatur in paruam planitiem, quæ Vallis Regiæ principium præbet, ad VI. mill. pass. inter Scabros montes arctissimis semitis ad Pesculi Asseruli Oppidum aditus aperitur. Ex alterius loci ruinis, quod ab vno illo milliario in elevato colle erectum seiungebatur, circa quod plurimorum ædificiorum antiqua rudera, & semidirutæ Arcis vestigia iacent, & il Castello communi vocabulo appellant. Quæ Plistiam illam Vrbem quã Romani, cum pro Lucanis bellum cum Samnitibus susceptissent, M. Fulvio Pætino, & T. Manilio Torquato Coss. A. V. C. CDLIV. vi expugnasse non inconsultè iudicamus, eamque ad nos pertinere ad X. Liuij adnotationes Henricus Glareanus affirmat sic (si Dijs placet Marsorum) illamque Cluuerius à Sigonij repositione vendicat, qui in Samnitum à Marsorum agro eiusdem nominis Ciuitates Fresilia, & Plistia sibi esse persuasit, ea præcipua ratione quod Socia Romanorum, quæ nullæ in Samnio erant, à Liuio IX. appelletur, sed certè in Marsis, intra quorum fines, cum pacatum exercitum duxerint, in fœdere permansisse pro indubitato affirmat, & si eodem libro L. Postumij cons. oppugnatio, captusque Miloniæ referatur, non ideo quia de Samnitibus essent, sed apertè in ipsorum ditione, vt Ferentinum, & Sora, quæ diuersi agri sunt Samnitum dicuntur, eo quia ipsi principabantur in illis, & ad nostram intentionem Alicarnasseus ita explicat. Samnitum Vrbem Miloniam dixisse Dionysium facilè crediderim, vt in ipso Samnio, si tùm non magis censeo, quam Ferentinum, Soram, Fregellas, Antium, & alia Oppida, quæ de Samnitibus cepisse Romanos testatur Liuius, quæ erant

Pesculum Asserulũ.

Plistia i

Henricus Glareanus in annot. ad. 7. Liui.

Fresilia. Plistia.

Milonia.

Alicar.

non

non in ipso Samnio propriè sic dicto, sed in Samnitum ditione, & subsequitur nil certius quam Miloniam fuisse Marsorum in confinio Samnitum positam, eaque occasione facilè potuisse de Marsis iā in fœdus Romanorum regressis à Samnitibus capi, licèt id quando factum sit à Liuio, non adnotatum, namque paulò negligentius, vel saltem compendiosius Samnitium bella narrasse eum, cuivis obseruare licet. Itaque in Samnium Pelignorumque confinijs prædicta Marsorum Oppida Milonia, Plistia Fresilia.

Quas munitissimas Vrbes alio, ante relatum bellum, fusis Marsis Maximus Dictator cepit, & cum in fœdere (mulctato agro) redirent, illas restituit, locus autem, in quo sitæ erant, ex finium cognitione dignoscitur.

Arcentur siquidem à Marsis Sangri amnis fontibus Samnites, cuius alteram ripæ partem Peligni insident, à quibus Apennini Marsos diuidunt, & illud quod intercedit terræ spatium inter ipsum amnē, & Pelignorum fines, Milonia, Fresilia, & Plistia, occupabant, & cum finitima recensentur, nec alibi iungi reperitur procul dubio ibidem fuisse affirmandū, cui nominis affinitas argumentum præbet, siquidem facilis transitus à Plistia ad Pesculum, & cum aliarum Ciuitatum loca ignorentur, illam autem in obscuro famæ transisse, aut immutatam, vt plerisque ferè omnibus Italiæ Vrbibus accidit suspicamur, ex illorum tamen ruinis aliæ, aut quæ nunc permanent, aut quæ pariter interierunt, surrexerunt; Circa tamen eiusdem regionis spatium, siquidem ab ipsius amnis principio ad Ausidenam, quam à G. N. Fuluio expugnatam Liuius refert, Bouianum indè aggressus, nec multo post Ausidenam vi cepit solum Milonia, Fresilia, & Plistia dinumerabant, in quorum locum quæ à Blondo ibidem designātur, successerunt.

Liuius li. X. A.V.C. CDLIX.

Deinceps sunt Castella. Vallis Regia, Ciuitella, Rocca inter montes, Opum, & Pesculum Asserulum, in Appenini iugo amnis Sarni fontibus subicitur.

A II. ferè A. P. à Pesculo Asserulo in Columnella, seù furca cāpi Mizzi ex altissimo Appennini iugo fons Sāgri emanat, & per fossatum, & Vallem Luparelli, quæ Regia dicitur ad Adriaticum dirigentē cursum Frentanos à Pelignis separare, Strabo asserit lib. V. Inter Orthium autē, & Amiternum medius Sarnus excurrit, amnis Frentanos à Pelignis separans.

Blond. Ital. instaurat. XII. Bull. leonis IX. in Vghellio to. 1. in catalag.

In quo, & paruus fons post ipsum Oppidum qui fons Reginæ dicitur suas adducit aquas, & alius qui vallem Gioiæ transcurrit portentosus riuulus, qui torrentibus auctus impetu, quo fertur pontes secum adducit, & vados præcludit, vt transiitre non possit.

Vallis Regia est, quæ modo Barrea dictum Oppidum Monasterio S. Angeli illustratum, quod Ludouicus Pius Imperator, cum in

Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Saracenos bellum indixisset, qui Neapolitanum Regnum occupabant, cum per Marsicam Regionem à Capua impulisset, Beneuentũque vsque prosecutus fuisset, & Cassinum petijsset, iuxtà præceptũ Caroli, & Lotarij antecessorum Sacro Cœnobio donauit, cui Abbati duodecim Ecclesiæ in Marsicana Regione parebant, vt pleræque aliæ in Valua, & Penna, quas Leo Ostien in Chron: lib. primo cap. XXXVI. recenset. Et quod cum postmodum Saracenorum furore ad solum detectum fuisset; Hugonis Italiæ Regis, & Lotarij eius filij pietate primæuæ magnificentiæ restitutum. *Leo Ostien in Chron. lib. 1. c. 36*

Regia autem liberalitate, vniuersa per anteactos Reges donata confirmauit anno CM. XXXIX. idque pari Religionis Zelo, Otho primus sui scripti stabilitate firmauit, licet suæ largitatis immemor, quinquennio post Alberico Marsorum Episcopo, quo ad vixisset concesserit, qui, & si intra Monasterij recognoscens per cartulam oblationis Diuo Benedicto, illud à se abdicauerit, tamen quousque Otho II. in nostrorum fines ad montem Cedici diuertisset, cum per anteactos Imperatores donata renouasset, vt iurgij occasionem submoueret, Albericus pariter, vt ea quæ sunt Monachorum non retineret, induxit, sicque in Monachorum ex tunc libertatem redijt, & cum postmodum Guinisius eiusdem Episcopi filius iam stabilita sub mouere conaretur Comitum Marsorum sententia à suo conatu destitit. *Leo Ostien in Chron. lib. 1. c. 56* *lib. 2. cap IV. An. CMLXV*

Istius amnis fontes, qui in nostros fines scatent, ita frigidissimi sunt, vt non solum obstupescant, si vt refrigerentur vina infundantur, sed etiam colorem mutent, P. Franciscus Resta tract. 2. de font. & flumin. cap. 8.

In campania vbi Sarnus scatet, affluunt inter saxa quidam aquarum riuuli tantæ frigiditatis, vt vinum rubrum ad infrigidandum immissum, breui exuatur colore, & sapore. *P. Franc Resta tr. 2. de font & flum. cap. 8.*

Quod longa obseruatione, ita esse ipsius Pescoli Incolæ nobis retulerunt.

Inter nos illiusque fluenta præcelsiora Appenninij iuga protendunt, intra quæ Scamnum, quod diximus Oppidum manet, paruum olim, & minus notum, at nunc ex collis Angeli, aliarumq; Villarum auctione repletur habitatoribus & diuitijs (in inculta illa, & frigoris rigore aspera Regione) refertum pecoribus tantum, ex quibus emolumenta necessaria mercantur abundanter.

Erat Collis Angeli pagus (de quo à Scamno in regiſtro) Comes Simon filius Comitis Todini tenet Collem Angelum in Balba, quod est fœudum vnius militis & Scamnum, quod est, etiam fœudum vnius militis) vltra miliare à Scamno desitum, & Iouis Lanarij locus, per quem tractus Valeriæ transibat, esse creditur, inter cuius ruinas C. Galdij titulum inuenimus. C. GAL.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

C. GAL. DIO. L. F.
S. SER. PRÆSENTI
ANN. XXXIIX.
DECVRIO.
PRIMVS. A
BENTIFVLO

Illûq; iuxta lacum iam dictum, qui extenuatur in flumen, & per obtrusa præcipitatur in præceps per montium anguſtias, & multiplicatas cataractas magno fragore inter occurſantes ſcopulos ruens, ſpumis apertos petrarum vortices caligine replet, & in profundum excauatæ Vallis, quæ ad capacitatẽ deſcendentium aquarum, vt plurimum arctatur, deſcendens, vt iter lignis, ſuppoſitis lapidibus munire, qua tranſitus per Vallem pateat oportet tantæ profunditatis, vt illius rarò ſinus ſolis radijs caleſiat, indè per 4. mill. paſſ. ſolitarius, & occultus progrediens per Caſtrum, & Auerſam via ſibi Sulmoni aperitur, quem alio amne, quem Maiella parturit amplectens, per planum rapido curſu Aterno, quem Piſcariam modò vocant, ſe iungit, oritur ille propè Pacentrum ingloriuſque, & paruis aquis fluit torrenti potius ſimilis, de quo, cum Ouidius conqueritur ignobilitatem, narrat.

Caſtrum Auerſa.

Ouid. 3. Eleg. V.

Nomen habes nullum, niuibus collecte caducis,
Nec tibi ſunt fontes, nec tibi certa domus,
Fontis habes inſtar, pluuiam, niueſq; ſolutas,
Quas tibi diuitias pigra miniſtrat hyems.
Aut lutulentus agis, brumali tempore, curſus,
Aut premis arentem puluerulentus humum.

Et eſt vnus ex remotis fontibus Aterni non dum obſeruatus, quẽ Vibius noſtros fines lambere aſſerit. Aternus Hadriæ diſcurrens per Marſos, vbi & oſtia vites.

Aternus flum.

Non quidem vt interfluat diſcurrit cũ penè extrema regionis madefaciens perfluat, vt Cluuerius obſeruauit. Sed, & Oſtia Ciuitas ad Aterni Oſtium non erat in Narſis, verum in veſtinis confinio Marruuinorum, inter quos, & Marſos fuere Peligni, ſic neque Aternus per medios Marſos fluit, ſed præterfluit tantum exigua ſui parte inter prædictum Oppidum Deheri, & Forconicum.

Cluuerius.

Augetur etiam poſt Sulmonem aquis alterius fluminis, quod ex Valle obſcura, & Pectorano emanans, inde tranſacto Sulmone ſimul coeunt, & Gipſius appellatur, & ante quam Pentomã perueniatur, aquis iſtius, ditatur, qui ex curſus rapacitate ſagittarius hodie dicitur.

Et

Et cum per CC. P. à lacu elongatur, S. Petri Ecclesiã olim Monasterium à S. Abbate Dominico ædificatum madefacit, iuxta aliud Oppidum, quod à lacu ipso nomen Villa de lacu assumpsit deuotione fidelium, ob tanti Viri venerationem celebratum, locus asperitate situs, & aeris glaciei geliditate ab illo elatus, vt macerato corpore liberius arcanorum vacationi animus liber incumberet, illic, & stratum, & alia ipsius lipsania ostendunt, sicut, & in Cocullo alia veneratione sunt exposita. In remotiori regionis parte, vt solitudinis in Eremo dulcem, & specialibus delicijs suauem vitam duceret, aliud Monasterium plantauit in loco, qui pratum cardosum dicebatur, quæ Valuenses Comites Teodinus, & Odorisius fratres A. MLXX, cum lacu ipso, & omnibus pertinentijs suis Diuo Benedicto obtuliſse Leo refert. Inde vir, Deo plenus, Eremum deserens, quò post Soram Fibrenum flumen influit in Iyrim ad Ecclesiam, quam in Dei Genitricis honorem iam Petrus Ranerij Casteldei Soranæ Ciuitatis filius anno MXXX. Sacrauerat diuertens suæ mansionis domicilium destinauit, illiusque Abbas electus, cum aliud etiam propè Ciuitatem sub Sancti Siluestri tutelam, & Sancti Petri in Auellana Monasterium extruxisset, ibidem in pace quiescens miraculorum coruscatione clarus nomen de suo Ecclesiæ dedit.

Villa de lacu.

Leo lib. 1. cap. 60.

Propè Pesculum II. M. P. Opium Oppidum nulla singularitate rei notatum est, cui Parochialis Ecclesia Deiparæ dicata, cum Pesculo Apostolorũ Principi Abbatiali honore, & receptitio Collegio insignita sit, præter rurales S. Victoriæ, S. Luciæ, S. Antonij S. Andreæ, S. Mariæ Tranquilli, S. Rocci, S. Mariæ Angelorum vtriusq; Populi infelix hominibus ager, gratus tamen pecoribus, quibus æstiuo calore virescentia præbet prata, laticesque salientis, gelidæque aquæ, licèt prius quam hyems insurgat in Apuliam trasmittant, eãque Dauniã, cùm Apulia ex Cluuerio in Dauniã, & Peucetiam diuidatur, in Daunia Asculum, & Manfredonia, in Peucetia Barium, à quo Regio Barensis nomen traxit, & Polymanianum, quod Polinium Bertius in additione ad Cluueriũ falsò appellat, Pompeij Sarnellij nobis carissimi Patria, à Mario Rom. Consule ædificatum, & à Cæsaris exercitu in Bello in Pompejum, militari licentia euersum, ab eodemque Cæsare restitutum, vt Paulus Regius Canonicus Neapolitanus, & Vici Equensis Episcopus in Sancti Viti actis adnotauit, & eleganter idem Pompeius Sarnellius in Panegyri quadam de S. Vito sic cecinit.

Cluu. lib. 3. cap. 23. Introduct. Geograph

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Est locus, oblongus quem proluit Adria, cuius
Pars è fluctifrago sublimis littore Solem
Nascentem spectat, sentit pars altera aratrum,
Palladis, & Cereris promens, & munera Bacchi.
Hic Marius Catulo (gelidas qui liquerat alpes
Castraque munierat, qua Athesis contendit ad æquor
Adriacum, Cimbrosque sibi metuebat iniquos)
Allaturus opem, postquam statione locauit
Tuta (quam voluit proprio de nomine dici
Dicitur, & nostro Marianus tempore Portus)
Quas duxit pauidas hyberno sidere classes,
Vrbem Romuleo stipatus milite, ductus
Auspicio volucris, quam nunc insignia monstrant
Vrbis, condendam, quam poscunt tempora, mandat.
Romulei incipiunt subitò pars ducere muros,
Molirique Arcem, quæ post de Cæsare Nomen
Sumpsit, qui euersas Arcemq; Vrbemq; refecit,
Pars aptare vias, manibus pars voluere saxa.
At famæ cupidus Consul, hoc nomine dici,
Nempè Polymniano, mandat, quam condidit vrbem;
Vt quas non valuit genio coluisse Camænas,
Et quibus intonsos sacrarat Græcia montes,
De grege Castalidum sua mœnia conderet vni,
Et quæ grata magis, coluit quos ipse, Poetis,
Scilicet eloquij quæ manat flumina, quæque
Rhetoricos dictat Polyhymnia Musa colores,
Cui, simul & reliquis, Populus Romanus, Iuli
Et ludos, festumque diem dedit ante Calendas.

Pompeius Sarnellius in Paneg. S. Viti.

Peligna-no.

In Dauniam igitur Apuliam Opi incolæ sua pecora transmittunt, quæ sunt illis in patrimonium, & emolumentum, cùm quæ illis desunt, fructibus eorum accrescant, ideoque, & illorum curæ plurimum incumbunt. Præterito anno MDCLIV. terræmotibus penè ad vltimam internicionem quassata, illorumque magna Inhabitantium pars cum ædificijs interijt, illud tamen memorabile eo casu refertur, quod paries, qui ante quandam domum erat, impetu illius actus in alteram domus partem (quassatione cessata) absque vlla intermediæ domus iactura inuentus.

M.D.C. LIV.

Campus Mizzius.

Campus Mizzius, quem propè Pesculum principium habere diximus, elongatur inter Turchium, & Argatonem montes in lata prata, & satiua.

Est Argaton, qui à dextris insurgens altitudine cæteros superat, & ab agro Scamnensi nostrum seperat. Turchius Syluis, nemoribusque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

que vestitus siniſtrorsum Campos includit, in quibus Ecclesia S. Mariæ de Campo Mizzio dicta veneratur, & post IIII. M. P. paruus fons insurgit Tempe dictus à Temple diruto Oppido, inter cuius vestigia scatens per Vallem ad inferioris fontis vbertatem augendam progreditur ad Inuecti, seù Iuuenculi societatem. & mille inde P. cum parumpèr terra intumescit in collem, qui ex Argatone euellitur Visnium Oppidum habitatoribus penè desertum, & qui plurima paupertate premuntur cernitur, Parochialis illi Ecclesia Virgini Immaculatæ Deiparæ dicata, quam Archipresbyter regit, rurales S. Bartolomæi, S. Ioannis, Sancti Petri. *Visinium*

Hinc ex rupibus, & petrarum scissuris gelidissimi tres fontes emanant, qui vt diximus, ex Scandensi lacu prouenientes Inuectum amnem formant.

Ad II. M. P. ad Argatonis radices S. Sebastiani, eadem habitatorum clade desertum Oppidum iacet, illique propè ex lapillorum congerie, duo alij tam limpidissimi, quam gelidissimi fontes exurgunt, & descendentibus ex Visinio aquarum riuulis iunguntur, parum fertile solum, ex quo tamen flaua terra foditur, ad opus figuli apta, vnde textea vasa, & lateres conficiunt, cuius artificio soli pauperies suppletur, illiusque incolæ musicis modulis lyram exercent. Est illi Ecclesia Martyri Pancratio erecta, cui Archipresbyter, & sex Canonici inseruiunt. Diuum Sebastianum tutelarem venerantur, in cuius honorem, cum plurima circà renes passum referant, animalium renes non comedunt. *S. Sebastianus.*

Hic Turchius Mons, cum procumbere tantisper videatur, vt iterato resurgat, dorsum in multiplices colles diuidit, ex quibus vnus ad III. M. P. à S. Sebastiani itinere, quà siniſtrorsum ad lacum progreditur, inhabitantium domibus vestitur, totumque cacumen Aschium (quod dicunt) Oppidum implet, non Incolarum multiplicitate, nec singularitate aliqua dotatum, sed agrestium, & caprarum, Ouiumque greges custodientium, quibus non solum abundant, sed quò substenteatur exuberant, eandem soli fœcunditatem, cælique temperiem cum Visinij & S. Sebastiani communem habent, præterquam quod in descensu collis ad lacum vberes vites colunt, & vina nõ ingrata cõseruant Præest Archipresbyter cũ tribus Canonicis S. Saluatoris Ecclesiæ, quæ illi est Parochialis, ab eo ad ortum mill. pass. Oppidolum aliud distat Sparnasium, sed modò Sperondasino dictum, totum in descensu montis positum, soli amenitate, & lacus prospectu iucundum, Mons siquidem Cereris, planum Bacchi munere gaudet, ab vno Parocho, qui Ecclesiam S. Nicolai gubernat, regitur, cum anteà duo essent Oppida, & duæ Parochiæ, Asinium vnũ, alterum Sparnasium, modò iuncto vocabulo, & coadunatis simul Incolis vnitate in omnibus gaudet. *Aschium.* *Sperondasino.*

De Populis Anxantinis.

CAP. II.

EA est rerum omnium conditio vt stabile quid reperire, haud possibile foret, fatiscũt omnia, quippè quæ nata sunt, ut augeãtur, & vigeant, & vigentia senescant, & tandem corrumpantur; nihil enim hic æternũ nec ab huius miserabilis fati incostãtia Populi, Regna, Vrbesque abfuerunt, quæ enim aliquãdo floruerunt, vel pondere librata suo, vel bellorum turbine, vel cladibus quibus humana vexantur, sic ceciderunt, ut cum ipsis, & iam memoria delitescat. Sic Samnium inter Samnites, & Cominum inter Volscos (vt cætera taceam) inuestigatur, vt locus ab Incolis additari minimè possit, cui malo Scriptorum inaccurata inuestigatio cum non prout erant descripserint, & status mutatio, quæ in sui ipsius fluctuatione, priora nomina abolendo, noua, diuersaque dedit, non parum argumentum præbuit, quod, & Ptolomeus considerauit lib. 11. cap. 54.

Ptolomeus lib. 11. cap 54.

Non omnes partes Orbis sunt cognitæ ob magnitudinem Orbis, aut quidem non in eodem statu semper permanserunt, aut diuersimodè sunt descriptæ ab eo, quod se habent, & non nullæ partes, etiam hodie diuersum statum, & nomen habent.

Et si hic morbus præclara Mundi loca consumpserit, quid mirum si incolentium nostram Regionem Populorum obliterata sint nomina? nec omnibus nota, vt fit etiam homini in ea nato expiscari labor, & tamen fuerunt; nec Plinium qui nostra calluit, erasse proculdubio est. Ille enim in Marsos Anxantinos posuit diuersos ab Anxanis, qui Anxanum in Frentanis incolebant, modò nobile Emporium Archiepiscopali Sede decoratum, Ptolomeo, & Strabone cæterisque Geographis notum, in ora ferè maris positum, quod, & locorum distantia, & nominis differentia demonstrat; siquidem inter nos ac Frentanos, Peligni, & Marrucini interijciuntur. Illud in Adriatici penè litore. Nos infra Apennini iuga positi in mediterraneis. Illi Anxani, nostrates Anxantini, sed iuuat Plinij verba referre, vt indè veritatem eliciamus, sic etiã lib. 3. cap. 12. Sequitur quarta Regio gentium, vel fortissimarum Italiæ in ora Frentanorum à Tiferno flumen Trinium portuosum; Oppida Nissonium, Bucca Ortona, Aternus amnis, intus Anzani cognomine Frentani, Corentini, supernates, & infernates, Ianuenses, Marrucinorum Teatini, Pelignorum Corfinienses, Superequani, Sulmonenses, Marsorum Anzantini, Atinates, Fucenses, Lucenses, Marruuij; Albentium, Alba ad Fucinum lacum.

Anxanum.

Ecce

Ecce Anxani, ab Anxantinis diuersi, sed ab nostrorum abolita memoria confusus error; siquidem in Aprutio tantum Anxani noti ab Oppido ad fastigium Ciuitatis erecto, nostrorum gloriam depressit, qui noua denominatione ita desierunt, vt ac si non fuerint, innotescant nec expiscari, quo fuerint loco possibile fore arbitramur, & si in Regione inueterata sint Oppida, quæ germana appellatione simultatem habeant, alterum eorum fore persuadeant, nil certum, tamen in medium afferre audemus. Etenim illud quod inter Piscinam, & Collem Armelum Sancti Ansi Oppidum erat, modòque solo æquatum cernitur ad Valerienses potius pertinere; alterum quod in Monte S. Nicolai supra Sscurculam erat, & magis nominis affinitate, & antiquitatis vestigijs, & finiũ intermedijs quippè inter Albenses, & Aequos positum (si Blondo credamus), qui Equorum terminum Talleacorium ponit, & si potius Equorum pars ex Geographorum dixtinctione, & naturali situs apti tudine animum ad credulitatem inclinare videatur, affirmare autem, non audemus, sunt .n. multa quæ à certa diffinitione deuiant, licet Plinium non errasse in hoc credamus. Attamen ad intentionem deseruit, si quæ in isto intermedio sita sunt loca, ad Anxantinos nostros referamus, vt reuirifcere quoque modo, & assumptam distinctionem non deseruisse monstremus. S. Ansi.

Erat quippè 11. mill. P. ã Scurcula in Monte ad occasum Sancti Anxini seù, Ansuini, vt rudeta mostrant, Oppidum quod dirutum nouæ Podij Philippi ædificationi (parum ab illo longè) principia dedit, quod inueteratum nomen ab anno MCLXXXVII. Quando Berardo de S. Donato parebat, in nouo translatum, vetus autem Ecclesiæ titulus eo in loco de Iurepatronatu (nunc familiæ de Nallis) Diuo Apostolo Thomæ conseruatur, in qua Cænothaphium C. Hostilij à Cameriata Clementina in marmore excauatum cernitur; à qua circumseptus ager nomen sumpsit, vnde Camerata contrada illa modò vocatur. S. Anzini

C. HOSTILIO. G. F. FAB
A. P. RO. IIII. VIR. I. D
C A M E R I A T E
C L E M E.....
PARENTI. B. M. P
D. M. P

Eodem itinere in summitate Montis Sancti Donati Castrum ex illius nominis erectum adhuc permanet, tribus in vicis distinctum, quorum eminentior arcem pro tuitione, & statione Dominorum habebat, qui ab eo cognomen familiæ dederant, inter quos floruit Be- S. Donatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Berardus à Sancto Donato, ipsius, & Sancti Ansuini Baro, & quisq; Vicus propriam Ecclesiam habebat, & sub vna tantum Parochia, continebatur, vt modò continetur.

Erant vna S. Erasmo, altera S. Angelo, & tertia Sancto Donato Sacratæ, & Pomperanum regio dicebatur, & antiquato postmodum priore nomine à S. Donato nomen retinet, & vix centum familias numerat.

Vbi Mons ipse, & alius quo Talleacotij sistitur, parum inclinantur in Vallem in frequentibus Collibus, quos radices illorum, parturiunt, Frequentes Vici, Pagique sparsim sunt siti, sed adeo ignobiles, vt nulla Geographos cura numerandi adstrinxerit; Incolæque sic etiam Natale solum despiciunt, vt extrà Regionem, Talleacotij indigenas se profiteantur.

Sorbum. Nos autem ex instituti nostri ratione, singula recensebimus, à S. Donato, in eodem Monte versus Scurculam, D. pass. ad Sorbum, proceditur, cuius Parochia Immaculatæ Virginis Templum est.

S. Stephanus. Eademque spatij mensura in descensu Montis S. Stephani ignobilis etiam Pagus in Sancti Nicolai Parochia, vix XX. familias enumerat; Minusque Gallum alter Pagus in Sancto Siluestro.

Post quæ est Tiuolare, sub Deiparæ Virginis tutela veterũ traditione cæteris nobilior, cui ex rusticana Tibulli Illustris Poetæ habitatione nomen traditum existimatur; cum ad æstiuas delicias, vt liberiùs Musis vacaret, illùc extruxisse referant, ex qua Tibulli lares primitus nomen accepit, & aptiore postmodum pronunciatione in Tibulare immutatum, seù quod ibidem Agrorum Dijs, templum, simulacraque posuerit, quos ipse lares appellabat.

Tiuolare.

Vos quoque felices quondam nunc pauperis agri
Custodes fertis munera nostra lares.

Inde Tibulli Lares appellatum, nomen Pago transmisisse licet certiori alia memoria res non stipuletur, vnde, & facile Incolarum commentum ad suæ originis nobilitandum principium inuentum esse potest; adest tamen vetustatis Vestigium in sepulchrali lapide incisum sic.

L. VIBIVS. L. F.- STA BILIO. VIVVS
FECIT. ET. OFILIO. AE. M. L. F
EPISTOLIONI.

Et conseruatur vrna rotundi lapidis scalpro polita, duos pisces excultos seruãs, & ex latere altero supra basi duæ extãt humanæ efformatæ effigies, quarũ vna quęque manus sublimis arboris maturis fru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

fructibus innititur, quâ ipsius Poetæ cineres conseruasse autumant.

Succedit huic ad M. P. Scanzanum magis frequentatum Oppidum, & ex Vicis circum adunatis in vnum conflatum, seruat adhuc more Pagorum Castrum mœnibus munitum pro victualium securitate. Cuius Ecclesia S. Cipriano dicata, Abbatiali titulo decoratur, est illius Abbati in animarum cura vnicus Sacerdos coadiutor, & duæ aliæ subduntur Ecclesiæ. Vna militiæ Angelorum Principi ex loco, & Vico vnde translata S. Angelus in Nesce vocata. Altera in qua est Villa ab ea de Sancta Maria dicta cuius redditus Episcopali Mensæ sunt addicti. *Scanzanum.*

Et parum infra est Altum S. Mariæ, modo sub plurali nomine le Sante Marie appellatum, pariter sub Abbatis cura, cum subordinatione duorum Cappellanorum ambo iam feuda Ioannis Duca. *Altum S Mariæ.*

Eodem itinere M. P. S. Ioannis Villa in vna Abbatiali Parochia sub illius sancti appellatione adunata. *S. Ioannes*

Exinde III. M. Pass: procedendo trium Montium Castrum in quo, & si non frequens Populus, quinque principabantur Domini, cum nec centum familias nutriret, in Ecclesia S. Angeli illius Parochialis, cui propè est Pogitellum angustus Pagus, Raphanorum miræ magnitudinis ager ferax, qui in emolumentum, censumque Rusticis sunt, ex quibus aliquos quindecim librarum pondere vidimus, & in Ecclesia Sanctæ Mariæ quæ est illi Parochialis vix XXX. familiæ congregantur. *Trium montium.* *Pogitellũ*

In extremo penè Vallis duo alia erant oppida, quæ modo vestigia monstrant, vnum est Vppa, cuius Ecclesia Immaculatæ Virgini dicata erat, de qua in Chronicis Cassinensibus lib. 3. cap. 19. mentio habetur. *Vppa.*

Alter Varro excidio dirutum, & aliquandiù conseruatum in Monialium Monasterio sub Minorum cura, quibus cum præfuisset B. Thomas de Celano, ibidem ad cælestia vocatus, suum corpus venerandum reliquit, quod à Monialibus, Monasterio relicto, Talleacotium cum omni ipsius iure translatum, in Ecclesia S. Francisci post aram maiorem colitur, vt fusius in illius actibus. *B. Thomas de Celano*

De Atinatibus, seu Antinatibus

CAP. III.

NOn eadem indeclinabilis rerum series in suos æternos consequentiæ ordines nostros Atinates penitus implicuit, aut ita abrasit, vt deleret, & si communi omnium rerum casu in incostantis fortunæ motibus excidio, non ad internicionem passi sint.

Extat

Extat modò ex non ſpernenda Ciuitate, non ad faſtigium Montis ad cuius radices Iyris amnis tranſcurrit, ſed ad dorſum, in quo medio ferè aſcenſu inclinatur, ſpatiumque ad inhabitandum antequam altius extollatur præbet, paruum Oppidum propè Morream in Valle Rubeti Ciuita de Antina, quod Anxantium fuiſſe Cluuerius ſuſpicatur, nulla alia ratione, quàm nominis affinitate, ſic enim dicit. Haud ita procul à Morrea, verſus ſeptentrionem, & Lacum Fucinum, eſt Oppidum hodie vulgari vocabulo Ciuita de Antina, id fortè olim dictum fuit, Anxantum, ſiuè Anxantium ſeù fæmineo genere Anxantia. Vnde Plin. lib. 3. cap. 12. Marſorum ſunt Anxantini.

Ciuita de Antina.

Philipp. Cluuerius

Quos nos alibi paulo ante retulimus. Vnde, & ipſius Plinij textus corruptus corrigendus, & pro Antina Marſorum, Volſcorum, reponendum.

Sed & Plinij Atina, & item Ptolomei Arx (ſic legendum) Volſcorum in nouo latio Oppida.

Cluuerius Antina Volſcorũ.

Diuerſa ſanè Ciuitas illa ab iſta, quæ Romanorum nobilis Colonia fuit propè Fabrateriam, non longè à Pontina palude, quam Melphiæ, & Iyris amnes interfluunt, in nimoſo monte poſita de qua Silius VIII.

Silius. 8.

Nec Fabrateriæ vulgus, nec monte nimoſo.
Deſcendens Atina aberat, detritaque bellis
Sueſſa, atque à duro Fruſino.

Antiqua admodum, cum vnam ex Ciuitatibus, quæ Turno aduerſus Æneam ſuppetias tuliſſe tela, armorumque apparatum excudiſſe Virgil. VII. referat.

Virgil. 7.

Quinque adeò magnæ poſitis incudibus Vrbes
Tela nouant, Atina potens, Tiburque ſuperbum.

Et vna cum Collatia à C. Petilio Dictatore captam dicit Liuius IX; ſed clarioris radijs illuſtrata Principis Apoſtolorum per illam tranſeuntis hoſpitio, a quo Epiſcopali ſede decorata, meruit Sancti Marci Galilei illius primi Epiſcopi, S. Nicandri, Piſicatri, & Dariæ, aliorumque Martyrum ſanguine purpurari, & ſi nominis affinitate penè confundi videatur, illaque, vt rerum geſtarum memoria celebrior huius aſſumpſerit vices, & quam Plinius in noſtro poſuit ſinu credita, attamen non ita, nec nomenclatura communis, ſed quod mòdo retinet Ciuita de Antina. Nomen habuit, idque nobis, tam publica inſtrumenta inſinuant, quæ inſpeximus, quam lapis apertè monſtrat, in permagna, & ſtabili rupe, extra mœnia propè fontem, quo via tranſitum ad Lucum Oppidum ſignat, in quo excauatus titulus grandioribus litteris, ſic ſe habet.

Martyrolog. Rom. die 18. Aprilis.

D. O. M.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

D. O. M.
VARIÆ. MONTANÆ. QVOD. PAR. PA
RENTI. ERAT. FACERE. FILIAM. MORS
IMMATVRA. FECIT. VT. VIVERET. IN
FELIX. PARENS. VIXIT. ANN. XXII. VA
RIA. ODYNE. ET. MONTANVS. POPV
LI. ANTINATIVM. A..... SOROR
CARISS. ET. PIENTISS.

Antinates enim, & non Atinates, vt Plinius posuit; vnde & illius textus reponendus, cum in errorem irrepserit. Quorum caput erat ipsa Ciuitas Antina, in Apennini, vt diximus, dorso in sinu, qui incolentium Ciuium numerositatem caperet muro ex quadratis, & excisis lapidibus cincta, quorũ adhuc vestigia remanent, & si non fallimur in eo loco erat Castellũ, quod Romani. A.V.C. CCCXLVI. Cum victos Volscos insequerentur ad lacum Fucini vi expugnarunt, & tremille exinde captiuos homines adduxerunt, vt refert Liuius lib. 4. in quod ea ratione inuis, cum illud primum ex nostratibus post Volscos occurrit, quod cum Castellum Liuius appellat in sententia nos firmat. Est enim situm in altis, & asperis iugis Montium, & instar Fortelitij mœnibus incastellatum, quæ cum ima Collis impleant, sic dominantur, vt ascensum prohibeant; Nec ad lacum per aliam viam ex Volscis ad nos quam per Vallem ipsam itur, & licet VII. M.P. ab ipso distet, cum aliud non interponatur Oppidum, ad lacum ipsum situm dicitur. Municipiorum iure gaudebat, vt indicat lapis ibi, in quo, & de Antina, & de Decurionibus mentio habetur.

SEX. PETRONEO
SEX. FILIO. VALERIANO
IIII. VIR. IVR. DICVNDO
SERGIA. Q. ANTINO. COLLEGIVM
DENDROPHRVM. EX. AERE. COLLATO
PATRONO. MERATIPO. SVAERVNT. OB
CVIVS. DEDICATIONEM. DEDIT. DE
CVRIONIBVS. ÆPVLANTIBVS. SIG. S. F
VIII. N. SEVIRIS. AVGAEPVLA. SIG
S. † XXII. N. COLLEGIOS. S. AEDVL
SIGNG. S † XVN. PLEBI. VRBANE
AEPVL. SIGNG. S † IIIIN

Et ad Marsos pertinere Sergiæ tribus aggregatione ostenditur. Fuit aliquando in ditione Cassinẽsis Monasterij per oblationem Rainaldi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

naldi filij Roberti de Ciuitate Antina ex Leone Ostiensi lib. 3. c. 60.

Leo lib. 3. cap. 60. Idem fuit, & Rinaldus filius Roberti de Ciuitate Antina cum pertinentijs suis de Sancto Petro in Morino, & Sancta Lucia in Rendinaria cum pertinentijs illarum.

Circa Ann. Domini MLXXXIV. Et ad laicorum manus rediens illius Baro obsides Gallos Cisalpinos in custodiam recepit, vt in elencho Baronum post vindicem Neapolitanæ nobilitatis per Carolum Burellam Anno MCCXXXIX.

A qua non longe P. M. Pauperum Patriarcha Seraphicus, quo vt æstuabat ardore, contemplationis studio vehementius insisteret in remota à commercio Vallicula segregatum Eremum elegit, ibique arcanis intentus, aliquando moram traxit, vnde postmodum, ex fidelium manibus in illius honorem Ecclesia surrexit, & succedente tempore Sanctissimus ille Pater, Cœnobitarum speculum, Petrus de Murrone, & Mundanarum dignitatum spretor, qui à Summo Deo, quæ in terris summa sunt assequutus, sic contempsit, vt non desperaret, sic à se non imitabili, sed admirabili refutatione abiecit, vt veneraretur, & in humilitate cæleste fastigium quærens, suprema cathedram in Eremo commutauit, vt cuius tenebatur amore feruentius operibus pœnitentiæ insudaret, dum sui ordinis fundamenta iaceret, ante Pontificatum à Seraphico electam solitudinem repetens, cælestium consolationum fruitione promeruit ibidem recreari, vbi cum D. Bartholomæo à Transaquis solitudinis socio per aliquòd temporis spatium moram traxit, ex qua Sanctissimorum Patrum habitatione, sic apud fideles venerari, colique locus cæpit, vt possessionibus, redditibusque non paucis ditaretur, quæ Gregor. PP. X. Cælestinis Patribus suo diplomate confirmauit.

Lelius Marinus in vita S. Petri Celestini lib 3. cap. 6. Intra septa murorum Sacrarum Sororum Cætum Deo sub seraphica regula in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ adunari, diùque in penè desolato loco persistere in regulari disciplina visum fuit, donec depauperato Monasterio, & bellorum incommodis attrito, ad desolationis postremum exterminium deuenit. Vnde Abbatissa Maestia, quæ sola ex sororibus remanserat in Conuentuales fratres monasterium cum tota substantia transferri vidit, & in commendam F. Paulo de Auezzano tradi anno MCCCCXXII. Est Antinantium sedes circa ripam Iyris amnis, qui ex Apennini illa parte occasum versus III. A. P. à Talleacotio distans ad mœnia Cappadociæ Oppidi scatens per vallem de Nerfa ad Vallem Rubeti ad meridiem pergit, nouis semper riuulis, scaturiginibusq; auctus ex alio fonte, qui Fibrenum parturit, aquas hauriés simul vno supra Sorā milliario coeunt, in Insula, quam efficiunt, incunabulis Ciceronis, sed magis Martyrum Christi pretioso sanguine illustrior, vnde, & Fibreno ipso cx lanicinio credentium, quos efferata gentilium feuitia ibidem

F. Lucas Vadinghus Annalium V. Ann. MCDXXII. n. 20

diuer-

diuerſo mortis genere exercuit,crucidauit,nomen in Carnelo immutatum. Noui huius fontis aquis, quem Pater etiam Apenninus VII. M. P. ſupra Soram gignit,vbertate ditatur,qui ex excauata montis radice,copioſa ſcaturigine limpidiſſimas aquas emergit,& quæ in profundo iacent, viſus non impediunt obtutum quæ tructarum copioſa multitudine pertranante,& placido curſu per viride ſolũ diſcurrente in duo capita ſcinditur, quà Inſulæ Oppido aperitur ſpatium, Soranæ Ciuitatis Ducum ex Bonacompagnia Illuſtriſſima familia,qui, & cognominis etymon virtutum præſtantia ſuperant, deliciarum ſedes,Regiæ penè habitationis ſplendore decora, & viridarij redolentia fructeta magno fragore in præceps præcipitatur, antequam ad alteram, quam diximus Inſulam ſimul vniantur, & ex virentibus, quas in alueo nutrit,herbis cæruleum Martialis appellat. *Lyris fõs. Strabo. Plinius. Ptholomeus. Liuius Appian. Alexand. Blondus. Volater.*

Cæruleus nos lyris amat, quam Sylua Maricæ
Protegit hinc ſcyllæ maxima turba ſumus.

Et per Campaniæ agrum oſtium ſibi ad Minturnenſiũ litus aperit in loco, quem hodie la Torre de Scafati appellant, & non longè à Traiecto Oppido vetuſtæ dirutæ Ciuitatis veſtigia luſtrantur,quæ bellico furore attrita,vna cum Formia ſplendore Caietam auxit,ad quam vna cum Epiſcopali ſede, cætera pretioſa peruenerunt, in qua Marcellus Papa Concilium celebraſſe Blondus, & Leander referunt.In quo ſinu & Maricæ ſylua, templumque erat,quæ ex aſſertione Serui ad VII.Aeneid. vxorem Fauni fuiſſe, & diuinis honoribus à Minturnenſibus tributis, templum illi,lyrim iuxta, dicarunt de quo Lucanus II. *Cicer'. de leg. Vgbellius in ſerie epiſ. Soran. Baron. in not s ad Martyrolog. Martialis*

Et vmbroſæ lyris per Regna Maricæ
Veſtinis impulſus aquis.

Regio iſta Volſcorum quondam etiam à Veſtina Ciuitate, quæ non longè,à Minturna Colonia fuiſſe refertur, Veſtinorum dicta fuit.Vnde Lucanus Veſtinas lyris aquas nominat,nõ à Veſtinis Populis,qui poſt Marſos,Pelignos,Marrucinos,Sabinoſque contermi nos habent, antequam ad Mare deſcendat, Gauri Montis radices lãbens,ab eo nomen Gariliani accipere meruit; eſt Gaurus Mons, vel ipſe Maſſicus, vel pars ipſius vitibus,pomiſque præ cæteris Italiæ delicioſior. *Lucanus.*

Sicut,& Piſcariæ ab oſtio in Mare, quod non priùs,quam ſimul remotiſſimi fontes,poſt Populi Oppidum coeunt,aſſumit,retinetque ſicque lyris à fecundo iſto fonte,quo ſupra Soram augetur,effluentium copia notior denominatione immutatur. Sic, & Vibius lon- *Vibius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

gè à Marsis, Vestinisque transire, cum scaturiginis principium ignorauerit asserit, Iyris non longè à Marsis, Vestinisque cuius in ipsa Nimphæ Maricæ Minturnensis Templum est.

Quod Templum cum ipsa Minturna suo fato absumptum perijt, & nos ad Ostium vsque peruenimus, vt noui nominis rationem redderemus. Remotior quidem primus eius fons est, non ad Capistrellum, vt Blondus, & Albertus volunt, sed VI. M. P. supra ad occasum, à Sora XXIV. non dimes in suo principio aquis, sed perlucidis, cristallinisque suauique sapore, & nouorum semper riuulorum exhibitione repletur, quos in cuiuscumque locorum narratione notabimus. Tructas, quæ bonitate præeminent, sed non exiguę magnitudinis alit, & Carpionibus, qui (si non alibi Brixienses reperire asseuerent) longe melioribus illis, quos Benacus lacus nutrit gloriatur, aureis squammis, prout, & tructa ipsa, refertis; & Mustellas, quæ cum Scaro bonitate contendunt, in arenoso littore propè Roccæ Viuorum Pagum abscondit, quas à lambendis petris lampredas vocamus, ratus piscis, & si paucus, exilisque, singulari bonitate non spernendus. Exurgunt in ripa (vt in Istro fluuio) alphanti, seù odorati vinci rosarum olfata reddentes, sub purpurino colore, & contriti gustu mordent, nobilis, vtilisque ad medicamenta frutex, & forsitan sine simili in partibus Italiæ.

Cappadocia.

Custoditur altissimis Apennini iugis in angusta Valle de Nersa dicta in occidentali parte, quæ ad meridiem vertens dilatatur, & propè Scaturiginis fontem in paruo Colle Cappadociæ Oppidum seù caput otij, cum illud æstiuo calore in viridi ripa, & gelidissimis aquis conuentus effluentium hominũ otiari solerent, à principio ad arginem ipsius euitandi caloris vmbraculum, & ad corporum, animorumque relaxatorum recreationem domuncula structa erat, quæ cum non toto anni tempore placeret, quippe hyberni solis radijs non penetrabilis in aptiori parum longe loco alias domus ædificarunt, quæ Pastorum ad gratum pecoribus locum confluentium incolatum auctæ, postmodum in Oppidum creuerunt, quod ferè biscentum familias sub vna Sancti Blasij Episcopi Parochiali Ecclesia numerat, & qui illi præest præpositurę dignitate decoratur, cui in animarum cura vnus coadiutor opitulatur. Hunc Petrus Marsus ex suo somnio à Lydio Marsia in omissi Cappadocię Regni memoriam ædificatum profitetur.

Petrella.

In cuius Vallis descensu parum à Ripa ex altera parte distans ad ortum Solis æstiuum, Petrella Oppidum est, in vita Sancti Beraldi Marsorum Episcopi notum, ex Ioanne illius consanguineo, & in vna Parochiali Sancti Angeli ad Sacra illius Populus congregatur.

Eadem in Valle II. mill. pass. quò Petrella à Cappadocia distat, est Pa-

eſt Paleare, paruus, & incultus pagus, ex ruinis Gerofalci in cacumine Montis in munito loco ſitus, in dominio quondam Roberti de Cort inella, qui pro eo vnum Militem in ſacri belli ſuppetias obtulit; & cum minus incolatus habitatoribus placeret, animalium tuguria in domos transferentes, ibidem inhabitare cęperunt; Eccleſiam ſummo humani generis Redemptori erexerunt, & parum ab habitato loco longè, aliam Immaculatę Virgini Deiparę miraculorum ſignis coruſcanti. *Paleare.*

Alio 11. M. P. dimenſo interuallo, in ſinu Vallis, quò exundans aquarum copia, exilis lyris paupertas ditari cępit Riſondoli riuuli vbertate, Caſtrum fluminis parum nunc habitatoribus frequentatum inſurgit Oppidum, olim Arx in tutelam Vallis, quę adhuc ſolum inſpicitur. In quo Eccleſia Parochialis S. Epiſcopo Nicolao, dicata; ab Abbate, & tribus Canonicis regitur, & parum à Caſtro longè Turris in loco Paſcuſano dicto cernitur, iuxtà quem S. Benedicto ſacratum templum erat, quod Gregorius Romanorum Conſul Caſſinenſi Monaſterio obtulit Anno MLXII. ex Leone Oſtienſi. lib. 3. cap. 19. *Caſtrum fluminis.*

Cęli, terræque inopia Vallis tota laborat, anguſta ſatis, & rigido glaciali torpore oppreſſa, niuibus pluſquam alia Regionis pars abũdans altiſſimis conuallata montibus, qui pręterquam in aliqua ipſorum parte paſcua, nullum aliud emolumentum præbent, vndè parum latum, & fęcundum agrum poſſidet, & vix frumentum nutrit, & caſtaneas, quę in delicijs, & peculiare alimentum ſunt, alia poma non parturit. Vnde Incolę e quorum præſepia nutriunt, & in Romanũ ſolũ ad hyberna conducunt, quas clitellarijs ad Vrbẽ neceſſarijs trahendis onerant, & dum feruet ęſtas ad extrahenda ex ariſtis frumẽta ad propria remeant, & vicinis ſub mercede accomodant, ſic domui, & familiæ, neceſſaria, arantes defectum ſterilitatis natiũ ſoli reparant.

Vno ab hinc milliario lyris, Vallisque curſus ad meridiem flectit, Monſque Girofalcus inclinatur in fauces, quibus per campos palentinos Vallis Rubeti via aperitur, cui ad ripam Capiſtrellum Oppidum principium præbet, vndè nobilis familia, quę plurimorum Caſtrorum dominium ipſumq; etiam potiebatur, nomen ſumpſit, & in Regiſtro Baronum Simeon, & Creſcentius de Capiſtrello fratres, alter Soę, Templę, Sparnaſij, & Viſinij, alter Caſtuli Archipretæ Collis Aſinij, Capiſtrelli, Oppida poſſidebant, quorum peramplę domus veſtigia, ne dùm penitus ſolo ceſſere. *Capiſtrellum.* *Regiſt. Baron. fol. 108.*

Vectigalium à tranſeuntibus Exactor reſidentia, nihil in eo dignum pręter Emiſſarij Claudij oſtium, quod ad lyrim C. ab eo ferè paſſus aperitur, ſupra quod exciſo lapide, excauata ad reliquum Vallis panditur via. In vna Parochiali Sancto Petro Apoſtolorum Prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Principi,& Sancto Abb. Antonio Sacrata Ecclesia Populus conuenit, cui Abbas cum sex Canonicis pręest; extra mænia in Palentinis Campis Sancti Petri Cassinensium familię Monialium hospitium penè desolatum cernitur, & parum infra S. Sebastiano dicata Ecclesia.

Orbeti ab hinc Vallis,quæ Valle de Rouito dicitur, sumit principium, & Belsaranũ vsque protenditur proceris, & inaccessibilibus Apennini iugis syluis condensis, ex vtraque ripæ parte munita,quorum qui ad occidentalem plagam insident, præcelsiores, tetrioresque apparent,ex quibus ad statum Ecclesię arcta saxis syluarum ruinis intercisa aperitur via, & inter difficiliores Italiæ annumeratur,quę & hyberno tempore niuium densitate impeditur; humiliantur tamen in frequentes, quos parturiunt,Colles, qui non aspero cęlo, sed dulcioris aeris temperie gaudentes pomis omnigenis, vitibusque vestiuntur,vnde ex apricitate Baccho amica, suauia vina promunt, ficusque, & cerasa, & oleastra nutriunt, & in eminentioribus extolluntur quercus,castaneęque, sed agrestes,sunt tamen rusticæ Plebi in cibum,emolumentumque non paruum; solum, quod cultui aptum est (non enim omne aratro verti posset) Cerere fecundatum;quæ necessitatem Incolarum non supplet, cęterum Vallis ipsa amæna,aquis irrigua, & ex latitudine Emispheri, lęto Cęlo ridet,cum ex orientali parte montes licet præcelsi humilientur occidentalibus. Vnde solis radiorum calore ager, arboresque fertilitate replentur, licet occidui ipsi inhabitabiles, tetrioresque sint ad Antinantium vsque incolatum.

Incolę ipsius agrestes moribus, & vita inculta quibus rusticana magis,quam alia studia placent,& si corpora assiduitate laborum atterant,continua paupertate premuntur, cum ingenium non nisi ad agrorum culturam,& gregum,animaliumq; custodiam applicent, vnde tetro,& impolito aspectu, rudi habitu incedũt,quibus bestiarum coria funiculis ad pedes applicata pro calceis sunt, omni politia impoliti,sed non simplicitate, vafri enim sunt, vt facilius decipiant,quàm decipiantur.

Pesculum canalis.

A Capistrello M. P. ad meridiem ad alteram lyris ripam saxum ingens insurgit ad collem,cui coniungitur,in quo Pesculum Canalis paruum,incultum,& in eiu le Oppidum residet, terminus modò Soranę Diæcesis,nunc verò sæua contagionis lue penè desolatum,

Bulla Paschal.

& hinc paruus fons lyri adiungitur.

Canistrum

Exinde ad 11 M.P in altero colle Canistrum,à cistarum ex viminibus multiplici confectione, quod opus quondam solum Incolarum erat,sic dictum,modò cum mercatur ę, & Ouorum,pullorumque conductu ad Vrbem operam nauent, à misera paupertate vix se extraxerãt,cũ grassantis pestis morbo deiecti sic fato cesserunt vt

vix

vix quinta pars viuentium, à mortis faucibus se eripuerit; aperit ad mercaturam aditum aspera, quam diximus, via, quę Romam ex hac parte ducit; hinc riuulus, qui ex radice scatet lyri aquas miscet.

Transgressis postmodum collibus, cum ad proceritatem incipit insurgere mons post III. M. Pass. Meta, ex infelicioribus Vallis Oppidis soli infertilitate, & aspero Cæli situ, vnde nec viresc it ibidem vitis, nec redolent poma, sed tali premuntur egestate, vt Mulieres ipsæ turpè villosis animalium pellibus pro calceis pedes induant, extat tamen illius antiquitatis memoria in Cassinensibus chronicis, cum illud à Nobilibus Marsicanis Diuo Benedicto oblatum referatur lib. 3. cap. 39. & in Regist.o fol. 123. *Meta.*

Cum ad amnis ripam exinde ad 4. M. P. descenditur Ciuitella, inuenitur Oppidum, ex elegantioribus ipsius Vallis in planitie ferè in descensu collis iuxta pontem, per quem ad alteram lyris ripam trascenditur, domorum dispositione, & ædificijs non tam inciuile, cui templum Diuo Baptistę eleganti, & moderna structura sacrum, & Principis domus, non parum ornamenti sunt; altero seculo ei glorioſæ memoriæ Pompeio Columnæ Marini Duci, rei militaris arte claro, & Iuliç vxori erecta, vt lapis in fronte testatur. *Ciuitella.*

FACTVM. SVB. POTESTATE, ET. REGIMINE. ILLVSTRISS. P. C. M. DVCIS. ET. IVLIÆ. COL. M. DVCIS. AD. MDXXIV.

Extra mœnia adest Ecclesia Sanctæ Mariç in Elloreto chronicis Cassinensibus nota (nunc in Pesole dicta) ipsorum Patrum inscriptis degentium segregatum deuotum diuersorium, quod tempori cedens, & ruderis dilabendis templi subterranea pars penè adæquata solo in permanenti ipsarum cacumine nouum, sed paruum ex redditibus ipsius Templum restauratũ, vt circa Venerabilis Deiparę simulachrum versus signat.

Quod fuerat fractum, conitecto tempore, fulget
Impensis Virgo alma beata tuis.

Est Oppidum totius Vallis Toparchia, ius dicentis sedes inter duos riuulos, qui ex collis radicibus fluentes lyri miscentur. Post plures Colles eodem progressu 3. M. P. ferè ab amnis ripa alter eleuatur in quo Morinum Oppidum ad meridiem extollitur, quod plures aprici, amœi frugiferiq; colles circũdant, inter quos alia parua Vallis ab occasu ad ortum, per quam flumen, cui Romito nomen est discurrens, ex altissimi Montis cauitate prarumpens, magno fragore *Morinum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

gore præcipitatur in præceps, quem vulgus ex ſtrepitu deſcendentium aquarum lo ſchioppo appellat, & per virentia prata, & profundum Vallis ſinum veloci curſu ad lyrim deſcendit, ſimulque exacta Vallecula coeunt, & inter vtriuſque pontem in Eccleſiæ Sanct i Augeli rudetis Q. Nouij Suceeſſi titulum expiſcauimus.

D. M. S
Q. NOVIO. Q. F
SVCCESSO. II. VIR
QVI. VIXIT. ANN. XXII. M. V
Q. NOVIVS. SVCCESSVS. P
NOVIA. FELICVLA. PAREN
TES. INCOMPARABILI. PIETATE
P

Cuius quidem Familiæ L. Saluius Succeſſus M. Æutneti in terra Auezzani titulum erexit in lapide in domo de Mattheis.

D. M. S
M. MARCIO. EVTNETI
L. SALVIVS. SVCCESSVS
AMICO. OPTIMO
MARCIÆ. RESTITVTÆ
CONIVGI. MERITISSIMO
MARCIA. IVSTA
MATRI. PIENTISSIM
P

Et non vulgaris nobilitatis proſapia fuiſſe argumento etiam ſunt alij huius familiæ tituli, quâ ex noſtratibus Romanas Ædes inhabitaſſe lapis ibid. poſitus oſtendit.

D I S. M A N
L E L I O. S V C C E S S O
FECIT. L. ATIVS. NICETVS
PATRONO. BENE. DE. SE
M E R E N T I

Et in terra Tranſaquarum.

MARCIA. SVCCESSA
QVARTO. CONIVGI
B. M. P

Supra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ſupra erumpentis aquæ effluxũ in deſolato Montis aſcenſu eſt, quod retulimus Deiparæ Virginis del Portuſo venerabile templum, Magni Pontificis Gregorij, dum inter Monachos morabatur (vt fertur) illuſtratum præſentia, nunc ſuo fato ruit. Circa quod Sacrorum Monachorum inſita manibus in horrida ſolitudine inter infructiferas ſyluas pira, mala, ceraſa adhuc dulces parturiunt fructus, grata quondam Monachis Regio, ſiuè Syluarum numeroſa propago placeret, ſiuè colliũ apricitas in ſolitudine delectaret, ſiuè primi habitatoris veneratio alliceret, inter denſa opacaque nemora, ſpaciari complacuit. Fuit, & alia Caſſinenſiũ habitatio Apoſtolorũ Coripheo erectum Templum II. M. P. ab Oppido, quod Gregorius Romanorum Conſul Patribus applicauit anno MLXII.

Hinc per amplum Syluarum ſinum ad IIX M. P. in ſegregato loco per inacceſſibiles Montes, & impenetrabiles ſaltus in Triſultum ad Sacrorum Monachorum Cœtum, qui Cartuſianę Religionis profeſſione lætantur, aſpera, tetricaque aperitur via. Erat Triſultum Oppidum à tribus ſaltibus, inter quos poſitum erat, dictum II. M. P. à Colle Pardo in Hernicis, quod Cluuerius Marſorum terminum ponit.

At in interiora infra montes, vnde diſceſſimus, alia Oppida ſunt locata, quorum primum poſt Morinum ad alterum Collem in radice ſuper extollentis Montis cacumine eſt Rendinaria, de quo in Chronic. Caſſ. lib. III. cap. XIX. de Sancta Lucia in Rendinara habetur mentio, & in Regiſtro Rodemara appellatur, quod & Rhetiaria in Romano Martyrologio ad pridie Kal. Ian. dicitur, in cuius Eccleſia, S. Hermetis Exorciſtæ oſſa venerantur, qui in ſolitudine Montis diù famulatũ Chriſto præſtitiſſe, ibidẽq; in pace quieuiſſe refertur; paruum incultũque Oppidũ, ſupra quod in ſummo vaſtiſſimi, proceroſque montis dorſo, quod in planitie aliquantulum dilatatur ridet, floretque medicinalium herbarum diuerſi generis copia. In loco, ad quem per inacceſſibilem penè viam peruenitur eo ordine à natura diſpoſito, vt arte conſito credatur. Vndè à Centauro, inuenta fabula plantatum, enixè Incolæ defendãt; Hortum Centauri appellatum; ad quem ex longinquis, qui herbarum, ſimpliciumque notitiam callent ſuo tempore accedunt, & ſingulares, mirabileſque quas non alibi in partibus Italiæ vidiſſe affirmant, reportant. Ex quo antequam deſcendendo ad amnem perueniatur, paruus pagus Caſtellum Gualterium dictus inuenitur, quod in Dominio Comitis Berardi de Alba in regiſtro recitatur, qui, præter quam fontem, qui in lyrim deſcendit, nihil habet.

Rendinaria.

Caſtellum Gualterium.

Supra quod II. M. P. parum longè à ripa, eſt nuperrimus Rocca Viuorum pagus, in faudum olim cõceſſus à Federico II. anno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Rocca Viuorum

MCCVIII. Riccardo Comiti Soræ, ex antiquo illo in radice altissimi Montis, quem anno MDC. niuium conglomerata massa, ex alta præcipitata, secum saxa, arboresque simul adducens, domos, incolarumque potiorem partem cum ipso obruit, cuius miserabile fatum, commiseratus Excellentissimus D. Philippus Columna Romanorum Principum decus, nobiliorem locum Incolis tribuit, atque circa Ecclesiam ibidem suo ære erectam vt nouæ domus struerentur incubuit. Fuit autem non hominum solum, sed & auium, altiliumque miserabilis casus; innumerabiles enim, & quæ in arboribus vel nidificabant, vel insidebant niuibus obuolutæ perierunt, quæ æstiuo vsque tempore expiscatę ad Vrbem deferebãtur ea quantitate, vt in delicijs vicinis, & incolis in emolumentum caderẽt, & vno obulo par columbarum veniret.

Odoricus Rinaldus in annal.

Morrea.

Iam Regionis limitem ex ista Iyris ripæ parte tetigimus, ad alteram transeamus oportet, post Ciuitam Antinam II. M. P. in eleuato Colle Morrea Oppidum, quod falsè, vt diximus Cluuerius Marrubium suspicatur, insidet.

De Lucensibus, & Fucensibus.

CAP. IV.

QVos Plinius Fucenses, Lucensesque appellat, hos vno Vocabulo Cluuerius complectitur, & à Luco Oppido denominationem sumpsisse, vnumque Populum sub vtraque appellatione denunciatum fuisse censet. Quod rerum præsentium status confirmat, quo inspecto Lucenses Fucenses appellamus, cum vterque Populus in separata parte Regionis insederit, & vt nomine sic incolatu, origineque diuersi, sed fatiscente vtroque in nuperrimo Oppido ad lacus ripam alterius memoria renouatur, cuius sedem circa Angitiam Syluam fuisse, non dubitatur.

Virgil. 7. Eneid.

Notus satis in Marsorum Regione Angitiæ lucus erat, de quo Virgil. VII. Eneid.

Te nemus Angitiæ, vitrea te fucinus vnda.

Quem Vibius in Iucaniam reponit, si non Lucaniam pro Lucensium regione dixerit, sic de nemoribus

Anguæ vel Angitiæ Lucaniæ

Sic dictum à Medea (quæ eum incoluisse fertur) & ab angendis (veneficæ artis studio, quo pollebat) serpentibus etiã Angitia seù

Ange-

Angeria (vt Seruio placet) dicebatur, cui Marsos cum fato suo absumptâ cognouissent, diuinos honores, templumque sacrasse, Solinus memorat ex Celio supra citato.

Erat, nomenque ad præsens conseruat, la Selua d'Agnano, quam modò diximus in extrema Montis parte propè Cappellam à luco VII. M.P. ita olim protensam, vt planum Palentini, aut mediocrem partem vestiret, modò parum vtilis frutex siquidem cultorum industria euulsis arboribus, duo tantum luci remanserunt, quorum alter Episcoporum, alter Principum commoditatibus seruit. Mons, planusque olim Vicorum multiplicitate frequentabantur; quorum adhuc vestigia vbique visuntur, postremus qui interijt Petraquaria in cacumine inter Auezzani, Cesarumque Oppida fuit, cuius memoria in Ecclesia Immaculatæ Virginis Deiparæ ab eo de Petraquaria dicta miraculorum coruscatione insignis remanet, Auezzanensium effusa pietate anno MDCXIV. cum fatisceret, à fundamamentis in ampliorem formam renouata, ad quam, vt sterilitati imbribus succurratur, & eorum copia cum descendant retardetur, deuotè recurrêtes desideratis rarò defraudãtur, de quo etiam in præcitato regiſtro, quòd Comes Rogerius de Alba pro illo Milites quinque spoponderit habetur, cæterorum vix nomina recitantur, quæ recensere inutilè iudicauimus.

Grottelle.
S. Gregorio.
Le Prece.
Il Colle.
S. Pietro
Li Casali
S. Iusta
Coll'alto.
Colle
Pandoli.
S. Lucia.
S. Giouanni.

Ex syluarum tamen explanatione Cæsarum pagi nomen tributum, estque vltrà Montem II. M. P. ab Auezzano in palentinis Cãpis propè torrentem Raphi antequam Romanum fatisceret Imperium, cum locus à Valeriæ viæ tractu non abesset, Syluarumque fructifera densitate, fera animalia alliceret, nutriretque, cum recreari lassatæ curis animorum vires Principes peroptarent, venatui domum, vt deseruiret erexere; Cui ad delicias ex lvris fonte excisо monte, inter Curcumelum, & Capistrellum propè Grottellas fistulam excauarunt, quâ aquas adducerent, siuè ex Risondoli ponte iniecto, siuè ex remotiori fonte, vt egestati loci suppetias ferret, qui illarum penuria laborabat; & fabrefactus alueus ex sinu montis per D. & amplius passus adhuc cernitur, licet ruderibus, limoque in aliqua parte reclusus inspiciatur, eo ordine excauatus, vt IX. palmis altitudinis, V. latitudinis formam perpetuò retineret, cuius quidem antiquitatis monumentum, ad hæc tempora in L. Titi Cænotaphium in permagno lapide excultum aliquibus litteris æui (qui etiam saxa rodit) voracitate interciſis transmissum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

DIIS. MAN. SACR
L. TITIVS. L. TIT. F. AB
NE RM RIT
ES P. CVRATORI
G– VE– C.. STATORI
QVI ANNONAE
VSI. PATER. L. H
VO. IVLII. COS. IIII
TR. POT. X. CVRATOR

Quam Christianorum pietas, redempto iam Vnigeniti Dei humanati mortis piaculo, mũdo, in intemeratæ illius genitricis Virginis templum conuertit. Quod Lotharius Saxonum Dux in Romanorum Imperatorem inauguratus, cum Cassinum petijsset, Diuo Benedicto cũ omnibus adiacentibus circa rebus dono obtulit, & illius Illustrissimæ Familiæ Patribus in Cænobium cessit; parùm quidèm aeris felicitate iucundum, vndè nec diuturna habitatione retentum, sed rusticis, qui agros colerent accomodatum, quibus cum angusta Monachorum receptacula viderentur, domos circa extruentes noui pagi formam dederunt, priscam tamen habitationem, quæ vna claue custoditur pro frugum conseruatione, quisque adhuc retinet; Ecclesia ipsa cum Cænobij parte in congruam domum conuersa, Marsorum Episcopis addicta, qui, ex illius redditibus retenta portione, reliquos quinque Cappellanis (Canonicis nuncupatis) partiuntur, quibus cura animarum ex delegatione, seruitioque Ecclesiæ incumbit. Est aptè ornata, & in ara maiori, in qua Sacrata Deiparæ Venerabilis Imago collocatur; Christi nascentis in cunabula, aliaque redemptionis humanæ sacrosancta Mysteria, ex latere cocto (sculptis Imaginibus) ad viuum repræsentantia expressa aspiciuntur, miraculorum frequentia, & fidelium deuotione venerabile Templum, ad quod ex Aprutina Regione, & Terræ laboris Prouincia ter in anno fidelium multitudo conuenit.

Petri Marsi indigenæ literarum humanarum Romæ publicè professoris, paruus hic, rusticusque Pagus natali nobilitatur, cuius præclari ingenij dotes in commentarijs ad Silium Italicum, & in oratione de Immortalitate animæ ad Eminentissimum Cardinalem Raphaelem Riarium, alijsque prælodatis ingeniosis rerum naturalium quæstionibus prælucent, vndè inter Canonicos S. Laurentij in Damaso de Vrbe cooptari meruit; in cuius Ecclesia fato cedens tumulatur, cui in cathedra Antonius Faber Amiterninus poematum gloria clarus successit.

Non minoris eruditionis fama, & scientiarum professione Paulus

Marsus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Marsus illius frater fuit, sed ambitionis fastu elatus, natale solum, vt ignobile despiciens, Piscina oriundum se profitetur, vt in commentarijs fastorum Ouidij non veretur asserere, extant de illius ingenio in alijs Ouidij Nasonis poematibus, & Marci Tullij Ciceronis, & Horatij producta commentaria.

Sic Lucensium memoria ex Angitiæ luco, & in Oppidi denominatione (quod ad Fucenses spectare ex situs locatione dignoscitur) conseruatur, nec penitùs interijt. Sunt tamen circa Oppidum antiqua rudeta, vestigiaque fortissimorum murorum structura, quod lapidibus quadrangulis exagonis, & pentagonis tenacissimo cæmento simul iunctis, quæ ab hinc à multis sæculis seruantur illæsa, & obruta aquis, vix turbinum ingruente furore quassantur, & retrahente se lacu, quæ in arido solo ædificiorum fundamenta, rudetaque remanent insignium domorum, templorumque formam præseferunt, Quorum vnum præ ceteris ampliori cochlea columnæ ante fores coronabatur literis aliquibus in basi notatis. ita interciſis, vt nec quid denotarent, intelligi possibile fuerit. cuius ambitum XXII. palmis complebat, inter cuius ruinas T. Peticij titulus extat. *Lucus.*

T. PETICIVS. L. F. CHIRVRGVS
LABORE. ET. CVRA. VIVS. PERFECI
HANC. DOMVM. SED FILIO. ANTE
HVIC. HOMINI. IVCVNDISSIMO. PARAVI
TRIBVS. VBE-- OSSA. NOSTRA. ADQVIESCENT
MORS. ME. ADSEQVETVR. TVNC. MIHI
DEMETVR. DOLOR. VALETE. ET. MEMO
RES. ESTIS. PIETATEM. PARENTIS

Et nuper C. Iulij Celeri in scriptum tumularem lapidem ex lacu expiscatiuimus.

C. IVLIO. CELERI
MIL. CL
PRÆ. RAVEN
7. SELENI. SEVIRI
MIL. A. XXIX
HER. POSVIT
L. VALERIVS. VE
RECVNDVS
B. M. DE. SE

Ambitus verò per amplum Oppidum ostendit, quippè ad Montis cacumen mœnia, quę arcem vallabant porriguntur, & à Sancti Vin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Vincentij ad S. Mariæ templum in longum præseferebant cccc. M.P; in latum autem quãtum fuerit, lacus exuberantia impedit obtutum. Istud Angitiam Andreas Baccius lib V. de vinis Italicis appellatum fuisse à decantato à Virgilio Angitiæ luco colligit, sed ab alio potius nomen factum. Quod modò extat, Lucum iudicamus. Vterrimum siuè peramplum Oppidum, si Ciuitas fuerit in obscuro famæ mansisse, nec vlla rerum gestarum memoria celebratum, vt nomen illius pariter exciderit, ansamque dederit expiscandi, nullis Geographorum, aut Historiographorum notis posteris demandatum, & non Angitiam, sed Pennam denominatum indubitatis argumentis monstrabimus, diuersum à Pinna in Vestinorum agro ad mare adriaticum clara oliuetis, & olei copia, pascuisque notissima Ciuitas de qua Silius.

Pinna.

Silius.

Qui Fiscellæ tuas arces, Pinnæque virentem.

Et situs locatione, & nomine, cum quæ in nostro erat agro Penna, illa Pinna dicatur, pro vt Silius, & Plin. lib. 3. cap. 12. Vestinorum Angulani Pinnenses, & Ptolem. lib. 3. tab. 6. & Sacrum Roman. Martyrologium die XIX. Martij apud Pinnensem Ciuitatem. De qua Anastasiũ Bibliothecarium, cum Transmundus Spoleti Comes Marsos Pennenses se submisisse refert, loquutum fuisse arbritamur. Eidemque Transmundo se subdiderunt Marsicani Furocenses (seù potius Fucenses) atque Valuenses & Pennenses.

Et eo magis quod Furocenses commemorat, qui cum nullibi in Regione reperiantur, pro Fucensibus posuisse iudicamus, sicque pariter in bullis collationis beneficiorum, & in publicis Vniuersitatum testimonijs enunciatur, & vulgo hodie la Penna dicitur, & cum Ænea parma, qua publica documenta signantur ex lacu retroactis annis expiscaretur, incisam in medio pinnam, simile illi, qua scribendo vtimur, sed non incisam præseferebat, eratque circum literis notatum VNIVERSITAS PENNE. Et in Reginalibus diplomatibus sic inscribitur, cum pro illius territorio Auezzano addicto Maria Calabriæ Ducissa, eiusque Ioanna filia collectã indulserit, & Margarita Regina Ladislai Mater dissentiones pro iure sumendi pascua, ali jsque de causis ortas inter Auezzanenses, & Lucenses sua iudiciali sententia dissoluit, quorum exemplar ex originali in pergameno exarato, vt certiora narrata reddantur mox apponimus.

Ioanna Ducissa Duratij, Albæ, & Grauinæ Comitissa, Regni Albaniæ, & honoris Montis S. Angeli Domina. Vniuersis præsentes literas inspecturis, tam præsentibus, quam futuris, nec non Iustitiarijs, & Vicarijs Comitatus nostri Albæ præsentibus, & futuris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

turis salutem,& dilectionem sinceram. Lætis affectibus beneficia collata placidè recensere producimus; illaque præcipua asserunt sanctæ fidelitatis exemplum, & decentius laudes, & commoda honorificentia subiectorũ; sanè præsentes,venerũt in Curiã nostrã Ioannes Cicci,& Mucius Venturæ de Auezzano Sindici Vniuersitatis hominum ipsius Castri nostri Auezzani dictorum Vassallorum nostrorum sindicario nomine, & pro parte ipsorum exposuerunt nostræ Excellentiæ reuerentèr, quod à tempore, cuius in contrarium memoria hominum non existit,Castrum quod dicitur, la Penna, confinans, & conterminans cum Castro Luci,& Montana,dictoque Castro Auezzani,& lacus Fucini,tùm propter infectionẽ aeris, tùm etiam propter Serpentum multitudinem,& abundantiam aquæ lacus præfati extinctis suis Incolis omnibus derelictum,& totaliter inhabitatum, qua propter collectis debitis Curiæ pro Castro ipso Pennæ ipsi Curiæ non solutis ascendentibus ad summam vnciarum quatuor pro generali subuentione, & pro collecta S. Mariæ ad vncias tres collectæ ipse supradictæ impositæ fuerunt hominibus dicti Castri nostri Auezzani per eos ipsi Curiæ anno quolibet persoluunt,de quo sequutum est,quod præfati homines ipsius Castri Auezzani sentientes se nimiùm propterea grauatos ex onere supradicto, habuerunt recursum ad bon· memor. Illustrem Dominam Matrem Nostram,& supplicato pro ipsorum parte, eidem Dominæ Matri nostræ alleuiare præfati tanti oneris benignius dignaretur. Ipsa autem D. Mater nostra, consideratis facultatibus,& inhabilitatibus hominum eorundem, ipsos exemit ab impositione, & solutione perpetui oneris supradicti, mandans per suas speciales literas per Officiales dicti Comitatus,vt homines ipsos ad solutionem prædictarum collectarum eis superimpositarum aliquatenùs non vexarẽt,pro vt hæc & alia in quibus in maternis literis ..... factis eisque concessis sub datum Neapoli Anno Domini MCCCLX. die XIIX Decembris quarta decima Indict. Plenius, & perfectius continetur in eaque petitione homines dicti Castri,tùm propter mortalitatem, pestem, guerram, turbinem, & caristiam, præteritis temporibus imminentes; tùm etiam ob alias causas contrarias, & diuersas, eis præteritis temporibus occurrentes, sunt in tantum foculariorum solito numero diminuti, vt ad paupertatem redacti, quòd collectas proprias.v3.generalis subuentionis, quæ est circa summam vnciarum triginta, & Sanctæ Mariæ, quæ est quinquaginta vnciarum vix possint soluere nostræ Curiæ memoratæ.

Idcircò præfati Sindici, quo supra nomine, Excellentiam nostram supplicauere deuotius, vt eiusdem Dominæ Matris nostræ sequendo vestigia,ijsdem hominibus prædictam immunitatis gratiã per confirmationis nostræ suffragium roborare recensere placidè digna-

dignaremur. Nos ergò volentes de dictis exemptionis gratijs eis, vt prædicitur factis plenius informari, perquiri iussimus registrum de tempore prædicto quondam D. Matris nostræ, in quo inuentum est præcipuis literis præfatam concessionis, & immunitatis gratiam de solutione nuper impositionis prædictæ ipsius hominibus esse factam. Quamobrèm considerantes ipsorum hominum paupertatem, nèc minùs onera collectarum, quibus annis singulis multiplicitèr aggrauantur, præfatis hominibus prædictam remissionis, & exèptionis graciam, vt prædicitur eis superimposi am pro collectis Castri Pennæ vsque ad nostrum beneplacitum tenore præsètiũ confirmamus. Itaque ab ipsarum ambarum collectarum solutione eximantur dicto nostro beneplacito durante, mandantes & de ipsa nostra certa scientia iubentes expresè vobis officialibus subiectis nobis præsentibus, & futuris, quòd præfatis hominibus prefatæ confirmationis nostræ gratiam modo præmisso præseruetis illęsam, ipsisque ad solutionem dictarum collectarum superimpositarum vt prædicitur, pro dicto Castro Pennæ nobis quomodolibet faciendam nullatenùs compellatis, vel compelli aliquatenùs faciatis. Præsentes autem literæ post opportunam inspectionem earum præsentanti remanere volumus, pro cautela, præmisso modo efficaciter in tantum valituræ. Datum Neapoli per nobilem Freantinum Ærariũ de Salerno Militem Iuris Ciuilis professorem, magnæ Reginalis Curiæ, & nostræ Magistrum Rationalem Prothonotarium Curiæ nostræ, & hospitij nostri Iudicem dilectum Consiliarium, & familiarem nostrum. Anno Domini MCCCLXXII. die VI. Octobris 15. Indictionis. Registrata in Cancellaria.

MARGARITA Dei gratia Hungariæ, Ierusalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Seruiæ, Galitiæ, Lodomarij, Bulgariæque Regina, & Ducissa Duratij, Regni Albaniæ, & honoris M. Sancti Angeli, Domina Prouinciæ Folcolquerij, & Pedemontis, Albæ. Grauinæ Comitissa. Vniuersis præsentes literas inspecturis tàm præsentibus, quam futuris. Officio præheminentiæ Regalis incumbit inter subiectos æqua lance ministrare iustitiam, per quam sternuntur lites, calumnię refrenantur, cessant discordiæ, & bonum pacis amicum, & delectabile procuratur. Sanè Vniuersitatibus, & hominibus Terræ Luci de Comitatu Albæ olim existentibus in possessione sumendi pascua animalium ipsorum in territorio olim Terræ Pennæ, & ex aduerso Vniuersitas, & homines terræ nostræ Auezzani de dicto Comitatu contradicentibus, & asserentibus dictum territorium olim terræ Pennæ vnitum, & annexum territorio eiusdem Terræ Auezzani, & esse effectum de dicta Terra, & ex hoc ipsos homines Luci non habuisse, nec debere pascua sumere in præfato territorio olim Pennæ absque licentia dictorum hominum Auezzani, & debito

bito iure ſuo, ipſaque re ſic effecta dubia, ad tollendum ſcandala, iurgia, errores, & diſpendia, quæ inter dictas Vniuerſitates poterant pro infallibilitèr exoriri, decernimus, & mandamus cum deliberatione noſtri Concilij, quòd homines, & Vniuerſitas ipſorum infra certum tẽpus iure præfixũ, omnium eorũ iura, inſtrumenta, & depoſitiones teſtium ad probationem partis cuiuslibet præſentarent, infra quem quidèm terminum Sindici vtriuſque Vniuerſitatis Luci, & pariter Auezzani præſentauerunt in noſtra Curia certos proceſſus ſuper dicta cauſa ſummariè de noſtro mandato aſſumptos, per Iuſtitiarium noſtrum dictæ Ciuitatis, & Capitaneum dictæ noſtræ terræ Auezzani, ſeù ipſorum locumtenentes, per quos proceſſus inſpici, & videri iuſſimus per Concilium noſtrum Iuris peritorum iudicum noſtri hoſpitij, & viſis per eos & vnumquemque ipſorum dictis proceſſibus, & per ipſum noſtrum Concilium Maieſtati noſtræ relatio facta eſt, quod iure, & antiquata conſuetudine ſecundum merita poſitorum hinc indè per vtrãq; partem Vniuerſitas, & homines dictæ Terræ noſtræ Luci habent, & habere debent ius ſumendi paſcua, & aquas cum eorum animalibus in dicto territorio Terræ Pennæ, & ſimilitèr habere commoditates eiuſdem paſcua ſumendi, & ligna etiam incidendi in Monte Tarentino libere, & ſine fidæ ſolutione qualemcumque rationem Communitatis, quam habent cum præfatis hominibus Auezzani ſuper Territorijs ſupradictis, verum proprietas dicti Territorij quod alias fuit Pennæ eſſe debeat eorumdem hominum Auezzani cum ſua collecta generali dictæ Terræ Auezzani alias..... licèt poſtmodùm quòd augumentata fuit, & addita pro dicto Territorio ante dicta collecta, per quam Duciſſam Sororem noſtram fuit gratioſè remiſſa, & quoties animalia exterorum aliorum affidare voluiſſent, & paſcua ſumere in dicto Territorio Ius fidæ deberetur tantummodo præfatis hominibus Auezzani. Nos igitur volentes circa conſueta debita cuilibet Vniuerſitati ipſarum illæſa, & integra conſeruare, & neutra ipſarum in ſuis iuribus aggrauare, præmiſſam noſtri Concilij relationem laudantes, atque ſequentes, iuxta illam præſenti ſcripto ſententiamus, decernimus, declaramus, ſtatuimus, & in perpetuum generaliter diffinimus, quod ius fidæ animalium quorumcumque exterorum, qui in dicto Territorio Pennæ affidare debent ſpectat, & pertineat ad præfatos homines Auezzani, quorum proprietas dicti territorij, olim Pennæ, eſſe dignoſcitur, vt eſt dictum, & præfata Vniuerſitas, & homines Luci habeant, & habere debeant iura ſumendi paſcua, & incidendi ligna in dictis territorijs liberè, & ſine fidæ ſolutione aut contrarietate quacunque eis per dictos homines Auezzani quomodo libet inferenda ratione Communitatis quàm habent in eis..... in perpetuum omni obſtaculo, & impedi-

pedimento cessante..... dictæ Communitatis nostræ Albæ, & Capitaneis dictæ Terræ nostræ Auezzani, eorumque locum tenentium, cæterisque officialibus nostris, alijs quibuscunque præsentibus, & futuris damus vigore præsentium de certa nostra sciétia expressius in mandatis quatenus præsentem nostram sententiã, & decretum prosequi efficacitèr, & faciant, prout ad eos spectauerit per vtramque partem inuiolabiliter obseruari vnamquamque ipsarum ad parendum dictæ nostræ sententiæ pro vt opus fuerit efficaciter compellendam. In cuius rei testimonium præsentes literas exinde fieri etiam pendenti nostræ Maiestatis sigillo iussimus muniri Datum Salerni per Virum nobilem Mattheum de Palleariis de Salerno, Militem, legum Doctorem, Locũtenentẽ Magni Camerarij Regni Siciliæ, ac nostrum officialem Iudicem nostræ Curiæ Prẹsidentem, & Consiliarium, & fidelem nostrum dilectum. Anno Domini MCCCCV. die primo mensis Iunij 12. Ind. & Regnorum Serenis. Principis Domini Regis Ladislai inclyti nati nostri Carissimi anno XVIV.

Originem autem vetustam, vt breuẽ ætatem habuit, etenim qui de Claudij emissario scripserunt, nullam de eo mentionem fecerunt Claudiusque ipse alibi stationem erexit, cum ab opere distaret, vix ccccc P; commodius ibi moram trahere potuisset, vndè nèc antè Emissarium extitisse maximum argumentum prẹbet, nèc antè Albæ excidium ædificatum. Agri eius fines, quos in antico codice inuenimus demonstrant, extendebantur à Sancto Cyriaco intra finium Transaquarum ad Montem Sanctæ Eugeniæ à Templo Sanctæ Mariæ de Victoria vsque ad Colles, & à Colle..... & Arce Girofalci ad Staffulos Soræ, & ad Sanctum Cyriacum reuertebantur, quos fines Albensiũ fundi occupabant. Excidisse autem non quo tempore, sed quo fato in diplomate narratur, cuius casus Amiclis propè Terracinã similis fuisse narratur, quos Tacitos, ne Pitagoricum præceptum abrumperent, pangit Virgilius s IX.

Tacitis regnauit Amiclis.

Et Sil. VIII.

Quasque amisere silentia Amiclæ.

Idque Abdenis à Ranis, muribusque adueniſſe, & Patriæ solum eorum infestatione relinquere coactos, narrat Iustinus lib. XV; quod & Smirnenses sensisse, & Cosæ Incolas apud Montem Argentarium ex Plinio narratur. Quorum omnium casum Rutilius in Itinerario deridet lib. primo.

Cerni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Cernimus antiquas nullo Custode ruinas
Et desolatę mænia fæda Casæ
Ridiculum clades putet inter seria causam
Promere, sed risum dissimulare piget.
Dicuntur Ciues quondàm migrare coacti
Muribus infestos deseruisse lares.
Credere maluerim Pigmeæ damna Cohortis,
Et coniuratas in sua bella Grues.

Coeterùm Pennensium casum non derideret, si quę inter criptas, scissuraſque petrarum serpentum copia nidificat, in illius ruinæ locis perspexisset.

Non venenatorum solum infectatione, sed aquarum lacus superabundante impetu infelicissima clade penitus desolata, vt scriptis profertur, & ad oculum demonstratur; ita enim aquarum effluxus ex insperato tempore aduenit, vt paulatim primò ædificia obruere, postmodum impetu facto totũ absortum Oppidũ inter vndas concluſit, cui ex Parochialibus Ecclesijs illa Deiparæ Virgini dicata præcipua erat. Legimus in præcitato peruetusto codice in Archiuio Collegiatæ Auezzani, nocte qua impetus exuberantis lacus ædificia deuastabat, Ecclesiã inuasisse ad summum vsque verticem; vnde & Incolæ, qui remanserant anxiè de Virginis simulacro in aquis deperdito manè dolebant, & cum expiscari posse desperarent, ad Ecclesiam Sancti Vincentij, illi propinquiorẽ recurrentes, illam ab omnibus venerandam Iconem in arę maioris culmine diuinitùs translatam inuenerunt; vnde præ tanti doni lętitia obliti miseriarũ inter gaudia Cælestium donorum profusis lacrymis innumeras Deo, Matrique Virgini laudes persoluerunt. Est tabella pictam Virginis Matris filium in brachijs tenentis effigiem & Canobiarchę Benedicti, & Sancti Vincentij penniculo ad viuum expressos vultus repræsentans. Quę huic nostræ Patriæ diuino annuente numine cessit, siquidèm ad pagum Vici, vna cum Agro Auezzani aggregatũ, aut furtim, aut alio casu translata, miraculorum coruscatione, & fidelium deuotione in Capuccinorum Conuentu, Sancta Maria de Vico, dicto frequenti veneratione colitur.

Alterum post Christum natum seculum stetisse, & antè nonum excidisse ex eo deducimus, quod illius territorium in alterius Domini vsibus cessit, siquidem Doda Marsorum Comitissa anno Domini CCCCXXX. Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Luco, quæ intrà ambitum Pennæ erat, & iuncta ostio, quòd vulgo adhuc dicitur la Porta vecchia, cum sexcentùm terræ modijs Cassinensi Cœnobio obtulit, & post annos ferè XX. in Raynaldi Comitis ex Aligerni Al ba-

Chron. lib. 2. cap. 7. ann. 533.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Abbatis concessione in dominium redijt, nec antè illus excidium Marsorum Comites agro potiti sunt, apertèque ex hoc suis cladibus ad interitum deductum antè præfatum seculum, non obscurè demonstratur. Sicque lacus violentiæ cessit, soloque adęquatum manet, vt in plano recedentibus vndis rudera domorumque vestigia in sicco littore videantur; vixque præfata Ecclesia in radice Montis posita cum illa Sancti Erasmi, & Sancti Vincentij, quæ & semidirutę aspiciuntur effluxum inundantium aquarum, ruinamque effugerunt, reliqua ad huc lacus possidet.

Vndè postmodùm Illustrissimæ Cassinensium familiæ templum propè (quod polito lapide tribus fornicibus distinctum commodũ Dei famulãtibus se exhibuerat habitaculum) Monasteriũ haud ignobile crexerunt, & cum Sanctimoniæ fastigium Religio ipsa præoccupare festinaret, vitæque sanctitate, & virtutum splendore, sacrarumque scientiarum cognitione in Ecclesia Dei Patres ipsi prælucerent ex fidelium profusa largitate, magnæ temporalium rerum copiæ Ecclesiæ ipsi accessio facta fuit, & qui Sacro Cœnobio Prępositus præficiebatur viginti duarum Ecclesiarum administrationem nancisœbatur, vt fusè Leo Ostiensis in Chronic. lib. 2. c. 7.

Quam postea ditione, & rerum temporalium copia ditatam cum iterato Comites reciperent, Berardus, & ipse Marsorum Comes cum Sacrum Cassinensium Monasterium peteret, Diuo Benedicto restituit, cuius donationis, restitutionisque diploma ex Ecclesia ipsa desumptum hic reddemus.

In nomine Domini Nostri Iesu Christi Amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo septuagesimo, mense Nouembris Inditione IX Ego Berardus Dei gratia Marsorum Comes, filius quondàm Berardi Comitis, cum essem in Monasterio Sancti Benedicti in Monte Castri Cassini sito, præsente D. Desiderio Reuerendissimo Abbate eiusdem Monasterij cum suis quibusdam Religionis venerabilibus Monachis, adstantibus, quoque nobilissimis meis fidelibus; pro salute, & defensione corporis & animæ meæ, & vxoris, & filiorum meorum, & pro redemptione animarum parentum meorum obtuli Sanctissimo Benedicto in ipso suo Sancto Altari Monasterium Sanctę Dei Genitricis, & Virginis Marię, quę dicitur Lucus, cum ipsa Rocca, quæ supra ipsum monasterium videtur; & cũ omnibus suis pertinentijs secundum suos fines, quę in hac carta scribentur ex vna parte habet finem aquã de Fucino, & ascẽdit per ipsam Pignam, & vadit in Spinazzolã, & ascendit in Montem, qui dicitur Termine, demùm vadit per ipsam Serram de Lõgamine, deindè descẽdit per ipsum locũ, qui dicitur Canali. & venit per medietatem de Valle Transaquarum, & reuertitur in aquam de Fucino; infra hos fines quantumcunque pertinet in Monasterio

de

de Sancta Maria de Luco in libera poteſtate Sacri Cœnobij Sancti Benedicti concedo, & eius Rectoribus ad tenendum & dominandum in perpetuum abſque vlla contradictione mea, vel meorum heredum, ſeù cuiuslibet hominis pro parte noſtra. Si autem ego qui ſupra Berardus Comes vel noſtri hęredes hanc oblationis cartulam immutare quocunque modo quęſierimus, vel quicquam quę continet ſubtraxerimus pœnam compoſitionis librarum auri centum, & hęc oblationis cartula in omnibus firma, ſtabilis permaneat quę vt verius credatur noſtra in perpetuum, ſcripta eſt per manus Ioannis Iudicis, & Notarij, & infraſcriptorum Teſtium, qui adfuerũt roborata nominibus.

† Signũ manus Berardi Comitis, qui hanc cartulã ſcribere rogauit.
† Signum manus Vgonis V. Comitis filius quondã Alberti rogatus
† Signum manus Ioannis Nobilis Viri. filius quondã Abbellini rogatus † Signum manus Petriconi. filius quondã Ridulphi rogatus.

Ego Ioannes Iudex & Notarius compleui, & reddidi.

Et ſi iſtius donationis firmitate inconcuſſum, Caſſinenſium ius ſtabilitum videretur, breui temporis curriculo tranſacto in manus Comitum, ſiuè vendicatum, ſiuè violentia ablatum redijt, quarè Gétilis Balduccini filius, & Berardi Nepos vna cum Traſmundo Nepote ſuo illud ipſum cum omnibus mobilibus, immobilib uſque denuò nuper obtulit, reſtituitque anno ferè MLXXXVIII. ex quo abſque contradictione in plena, liberaque Monachorum iuriſdictione peruenit, permanſitque multorum Summorum Pontificum, nempè Paſcalis II. Caliſti II. Alexandri III. Innocentij III. Clementis IV. Vrbani II. Clementis III. Vrbani V. Honorij III. Bonifacij IX. Sixti IV. Anaſtaſij IV. bullis confirmatum, & in tabulis ę neis valuę maioris ipſius Patriarchæ Caſſinenſis Eccleſię inter ea, quæ de Sacris illius Cœnobijs iuriſdictione erãt, ſculptum, ſignatumque in tertia columna notatur. *Leo in Ch. lib. 3. c. 6.*

Obruta iam aquis Penna, Incolę quibus Serpentum coacerua ta multitudo montana inhabitare prohibebat, ſparſim, vicatim in plano, quem Anezzanenſes colunt, ſedem fixerunt, reliquum ad orientẽ penè deſolatũ relictũ Monachis, in quorũ dominiũ tranſiuerat.

Qui vt ex deſpecto, ſed frugifero ſolo emolumenta caperent ſerere in animo fuit, Ruſticos qui glebas verterent conducentes, & ne ſub dio vileſcerent, parùm longè à Monaſterio domunculas primùm, deinde turrim, vt eis præſidio eſſet, extruxerunt; & facta indies ex aduentantium numero adiectione, mœnibus etiam in Oppidi formam cinxerunt, quòd Lucum, ſinè ab electo propè Luco, ſiuè ex lucidis aquis appellarunt, in quo temporalia, & ſpiritualia pleno iure exercebant. Et Abbas Baronis titulo vtebatur; vndè Comites iterum Patribus ditionis queſtionem indixerunt, tuti, quod ſi ager

Eccle-

Ecclesiæ addictus esset, territorium tamen in inuestitura concessum haud sine Regis beneplacito ab infeudato euelli posse, affirmabant, vnde Federicus II. Imperator, qui Iura Cassinensium peculiari fauore anno MCCXXII. munierat, apertis literis, fauorabili Chirographo Luci Casalem illis spectare declarauit, & omnibus nè iura possessionesque Monasterij infringerent, indixit, quod & peculiari priuilegio Lotharius III. cum Cassinũ petijsset generali iuriũ cõfirmatione multo ante an. scil. MCXXX. stabilierat. Ea ferè ambitio Marsorum Episcopis etiam animum sollicitabat, vndè cum spiritualia, eo in Oppido exercere tentassent, Anastasij PP. IV. sententia sunt silere coacti, & cum iterato insurgerent Ioannes XXII. à Iurisditione Episcopali inhabitantes exemptos declarauit.

Sicque multorum seculorum ordine reuoluto, cum omnimoda spiritualis temporalisque ditionis facultate in Sacri Cassianensis Cœnobij libera dispositione permansit, & per Ecclesiæ Prepositum, & Vicarium vtraque iura exercebantur, vt autentico scripto confectionis inuentarij per D. Maurum Theotonicum de Colonia Agrippina Præpositum dictę Ecclesię seria narratione docetur anno MCCCCXII. die 9. Nouembris, quod in archiuio conseruatur, in quo, homines Luci & ligij se Sacri Monasterij profitentur, & quotannis in recognitionem Dominij, Abbati ducatos aureos duodecim obnoxios soluturos, & pro quacunque fundorum venditione laudemium in decimam partem prętij antiquata consetudine testantur, multaque alia Iura iurisdictionalia in eodem satis cartuloso instrumento, quod inutile esset referre, continentur.

At cum inhabitantes per longam agri possessionem non amplius fundo ascripti, colonique dici possent, cum per Decuriones regi, gubernarique cępissent, qui ex Regis beneplacito regalia in his terris iura obtinuerant; Oppidum à Monachis vendicarunt & ab Excellētissimis Columnensium familiæ Principibus ex Ferdinandi II. huius Regni Regis inuestitura ab anno MCCCCXCVII. feliciter possidetur, quorum sedula prouidentia, cum Incolentium numerus in dies augeri, & animarum cura per Prepositos negligi, satis videret, in Collegiatam erigi, Prepositurę, agri, redditusque in quinque Canonicos, & Abbatem diuidi curarunt, sicq; ex Excellentissimi M. Antonij cõsensu Reuerēdiss. Cassinēsiũ Abbas, Monachorumq; Cõuentus decretali prouisione stabiliuit anno MDLXV.

Haud verò congruè ex separata ab incolatu Ecclesia Sacramenta ministrari, cum homines ipsi posteà prospicerent, aliam intra septa vtrique Ioanni sacrarunt, nec illam, quæ Matrix est, despiciunt, sed sedula veneratione, & colunt, & debito, continuoque obsequio venerātur, licèt ab iam dicta, Sacramenta ob Populi, Clerique commoditatem recipiantur.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Sed fatiſcentes in his partibus res Monachorum huius etiam Eccleſię ſtatum vna ſecum traxerunt. Vndè cum Mattheus Colles Marſorum Epiſcopus Patribus quęſtionem mouiſſet, & coadiuuantibus illius temporis Terræ habitatoribus, cum non bene cum Caſſinenſi Abbate ex Indulgentia nuperrimè ipſorum Seculari Abbati impertita ſentirent, Sacrę Romanę Rotę Auditorio coram Orano poſſeſſorij ſtabilitatem reportarunt, illaque ad Succeſſores Epiſcopos, qui Dioceſana lege Lucenſes recognoſcant, tranſtulit.

Ad auſtralem plagam in radice *M*ontis Pennę ab Alba VI. M. P. diſſitum iacet eadem planè clade, hoc ſęculo, vberrima Fucini exuberante violentia (quam Penna ipſa paſſum eſt) mœnia quippè domus propugnacula, quę lacum reſpiciebant, ſecum aduoluit, soloque penè adæquauit, cuius veſtigia recedentibus vndis viſuntur. Ager eius anguſto limite arctatur, ſed frugum feracitate, paruitatem rependet, & licet cultores Cerere non ſatientur, muſti exuberante copia lętantur, cuius ſuauem bonitatem vicini, quibus commodant, ſummoperè laudant. At Incolis parum culturę cura, ſed piſcatui magis ex quo ſibi emolumenta, diuitiaſque parant, eſt quemadmodum totius Lacus portus cum naues, poſt piſcium capturam non aliò ſtatuta lege appellere poſſint, ibique ſedem, qui vectigalibus piſcationis prœeſt, definent, diù pro finium termino litibus à Tranſaquanis, & Auezzanenſibus vexatum, ſed oculato arbitrum iudicio libratis *I*uribus, ſedatis poſtremum quęſtionibus finem Excellentiſſimus Romanorum Principum decus, Philippus Columna, Regni magnus Comeſtabilis iuſtitię vindex, quem callida partium verſutia fallere non poterat, ęquilibrato iuſtitię pondere ſtabiliuit.

Ad Albenſes an ad Fucenſes Auezzani Oppidi primordia referātur, incompertum habemus; vtrumque enim non vaga demōſtratione probatur poſt Albę ruinas excitatum ab ea propè II. M. P. in loco illo, quo Fabrorum Collegium, Auguſtique templum erat vt lapis in Eccleſię rædificatione effoſſus docet, in titulo quem Halicius Marcio Liberto ſuo, qui ex numero Sacerdotum Auguſtalium, & Dendrophorus Albenſis ſacranerat in quadrata baſi, cui ex vtroque latere maioribus literis COCO OPTIMO inſcribitur. *Auezza-num.*

HALICIVS. MARCIO
IAVSIO. LIBERTO. SIVIR
AVG. DENDROFORO. AL
BENSI. ET. TEOPHILMÆ.
MATRI

Cęte-

Cæterum cum ſparſis per planum Vicis circa Fucini ripam poſitis, in vnum coadunatis augumentum ſumpſerit, ad fucenſes ſpectare non incongruè aſſeuerandum; erant enim (vt in cuiuſque loci ſito modò extant Eccleſiæ) quos numerabimus. Paga, Pantanum, Coſta, Cerritum, Poſcina, S. Felix, Auezzanum, Sciminum, Fons, Gaglianum, Pennorina, Vicenna, Caſole, Perata, le Fratte, Arrium, & Vicum; Communeque omnium emporium Vicenna erat, ad quod viarum, quibus ad circumiacentia loca, iter pandebatur, concurſus vnitur. Auorumque temporibus poſt Auezzani fundamenta ibidem etiam ante S Andreę Eccleſiam (quę illius Parochialis erat) conuentus frugum, victualiumque vendentium quolibet Sabbato, prout modò, in illius platea ex Reginali indulgentia celebrabatur. Extat Regis diploma, quod vidimus. Quibus poſtmodum pagis cum communio placeret, vnum fuit conſilium, ſimul coalere in loco quem Incolentium numerus, & antiquorum Ædificiorum monumenta illuſtrauerant; Erat hoc Pantanum, in quo Iano (cui priſci mores Deitatem tribuerant) non vulgare templum, & religione, & vetuſtate celeberrimum inſurgebat; eò venerabilius, quò gens ipſa ab illo originem trahere gloriabatur quem Noemum fuiſſe ſupra retulimus; eumque ex Sacrorum notitia, cultuq; Principem in ſacrificando eſſe voluerunt, Ianumque ab eundo dictum, ex cuius ſalutatione ſumpta occaſione, Aue Iane, Aueanum nuncuparunt, & ſi vulgato modo pronuncietur, ſcribaturque Auezzanum, vera tamen vetuſta nuncupatio illa eſt, cuius veſtigia templi, ante nuperrimi erectionē in ſolo ſignabātur, ex cuius rudetis Traiani Principis marmoreum coloſſum, titulumque in baſi exaratum (quem retulimus) retrò annis excauatum noſtrę fuit ętati redditum.

Cic de natur. Deorum lib. 2.

Andreas Baccius de Vin. Ital. lib. V.

Hęc quidem antiquata vetuſtate huius Illuſtris Oppidi initia fuerunt, & ante annis octingentis inſurrexiſſe euidenti aſſertione probatur. Etenim Leo Oſtienſis in chron. Ludouicum Imperatorem refert, cum poſtquam Caſa aurea in Inſula Piſcarię in Templū indiuiduę Trinitatis, quod Monachi in Sanctum Clementem immutarunt, conuerterat Monaſterio S Angeli in Barregio donata per Carolum Lothariumque Anteceſſores Imperatores noua declaratione firmauerat inter Monaſterio addicta, Eccleſiā Sancti Saluatoris in Auezzano numerauit, circa annum ferè DCCCLXVI. Idéque Eccleſię Sanctę Marię de Luco hęreditatem Bettonis Ratrudę de Auezzano anno CMLVII. tributam, & Eccleſiam S. Clementis Ioannē Caſſiniensē Abbatē anno MX. Otterano Caſtaldeo Marſorum pro ſolidis centum, & cenſu quinque ſtaminearum in libellum dediſſe pariter recenſet, vndè antè hęc tempora principium ſuum referre operæ pretium affirmandum.

lib. 1. cap. 36. Anno dcccLxvi

Tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Templum illud posteà Christiano ritu expiatum Summi Dei cultui redditum, Diuo Antonio Abbati dicatum, titulum aliquandò ab illo recepit, & cum inhabitantes circa dęmonum insidijs vexarentur, emisso voto, Apostoli Bartholomęi præsidium, ea in necessitate expoſcentes, nec spe frustrati, promissa soluẽtes, illi sacrarunt; cumq; insolitis motibus anno MCCCXLIX. terra, præcipueq; circa Iyrim amnem, Marsicamque Regionem quateretur, totum Templi ędificium secum inundans quassatio traxit. Vndè nouo comperto lapide vetere exciso in nouam formam surrexit, sed ità, vt mensuris ordineque minimè correspondentibus, & compago oculis displiceret, arsque opus non sua lege factum damnauerat, stetit tamen labentibus duobus cùm dimidio sęculis, staretque modò, ni prodiga in Deũ Auezzanensium charitas, & perpensa in Apostolum Patronum deuotio, sumptuosissimo opere magnificentius erigere cogitauerit, sicque abeunte sęculo quingentesimo post millesimum, Ciues ipsi cõmuni ęre collato, vniuscuiusque profusa largitate pro facultatis viribus aliam extruxerunt. Vrbis ędificijs magnificentissimis exploratis ad illius formam iacto lapide componere insudarunt, estque modo ad perfectionem penè prouectum, expolito (non Pario inuidente) lapide; intus tribus aulis, fornicibusque opere arcuato distinctum. Aulæ maioris fornix decem suo ordine dispositis quadratis columnis substentatur non æquali quidem facie, sed quæ intus ad arcus substentationem insurgunt breuiori spatio spiculo interiecto componuntur; ità vt perfectè quadrilateres non sint. Epistilia foliis arborum exculptis pomis varij generis alijsque figuris non rudi Artificis manu formatis ornantur, siquidem ordine composito.

Apsidis aperta ad orbem tendens facies ex puro, claro, eodemque saxo (qui in proximo effoditur Monte) sed eodem, quo columnæ ordine elaborata ad quemquam ex aulis correspondens aperitur, Scalpro polita, excauataque ianua, cui vtroque ex latere colossis relictus est locus supra quem duo Cherubim expansis alis, quibus qui in medio stat, comitatur. Templũ sanè nulli ex his, quę in Prouincia sũt, amplitudine, materia, artificio, formaq; cedens, opus quod diuitias Ciuitatis contereret, huius Oppidi tamẽ Ciuium manus non retinuit, nec magnitudo operis animos deterruit, cuius quidem sumptus XLM. aureorum computatur, ante cuius aram maiorem amantissimi Aui nostri ossa quiescunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

PRIAMO. PHOEBONIO. V. I. D. ROMÆ
PVBLICO LL. INTERPRETI. A. PIO. V. P. M
PRIMO. COLLATERALI. IVDICE. IN. CAPITV
LINO. FORO. ELECTO. PREPROPERA. MORTE
PRÆVENTO. FILII. MOESTISSIMI. ID. QVOD
MISERRIMVM. EST. POSVERVNT
VIX. AN. XXV.

Quod diuinis obſequijs numeroſa ſeruientium caterua coronat: ſunt enim ſeruitio adſcripti, Abbas, & decem Canonici præter Cappellanos, & inferioris ordinis Clericos, eſtque de inſignioribus & præcipuis Dioeceſis collegiatis, & antiquitate cum Oppido contendit, ſiquidèm, cum qui vicatim habitabant ſimul coiſſent Rectores paritèr Eccleſiarum titulos vna ſecùm tranſtulerunt, & in Eccleſia iam dicta conuenientes, qui illi præerat ordinationibus paruerunt, & quiſque titulum propriæ Eccleſiæ cum canonicali dignitate retinuit, vndè, & Abbas Canonicus inſcribebatur, fuerunt à principio numero ſex, ſed aucti Matthei Colles Marſorũ Epiſcopi indefeſſa vigilantia, ex vnione cæterorum ruralium beneficiorũ ad decem, ſicque erat ex ſeptem Prælatis Collegium compactum, & Sãcti Bartholomæi Abbas, qui primùm inter eos locum tenebat, totiuſque Capituli caput erat maior Abbas nuncupabatur, quòd eũ tempore exoleuiſſet abiecto titulo, quiſque abſque alia nota Canonicus dicitur, Rectori ſolum cum cura animarum Abbatialis tituli dignitas tribuitur, qui Chori ordinationi, & adminiſtrationi cæteris prçeſt, authentica huius Collegij memoria, in quam retulimus in Serie Epiſcoporum ſententiam anno MCLXXXIII. conſeruatur, cum Zacharias Marſorum Antiſtes Panormi Gulielmum Regem adijt, vt violentiam, qua Abbas, & Canonici Eccleſiæ S. Bartholomæi à Comite Gentili de Palearea opprimebantur vendicaret; etenim Comes, cum ſub annuo canone terras aliquas Abbati, & capitulo infeudaſſet, illarum deuolutionis prætextu bonis omnibus, & Eccleſia etiam ſpoliauit. Vndè Rex audita per Zachariã Abbatis, capitulique querimonia, cum Ruberto magno Apuliæ comeſtabili cauſam delegaſſet, ille, partium procurata concordia, litem ſedauit.

Aedificiorum magnificentia, & ciuilis vitæ cultura primarium locum Oppidum iſtud facile obtinuit, domorum, viarumque ornatu ſplendidum, dignum quippè, vt Principis ſedes ibidem eligeretur, cum Ciuitatis formam præſeferat, muro vndique vallatum, quem horti olerum conſepiunt, ex tribus portis aperitur ad commeandum iter, ampli ſtratarum tractus, comis arborum vtraque

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ex parte protecti deambulationibus,& Viatoribus gratum in meridie vmbraculum præbent,& post eam portam quæ ad occasum respicit amplum ridet,omni tempore virens pratum animalibus ad pascua, & hominibus ad palestram, & ad excutiendum ex aristis frumentum præparatum. Fixerat olim extra mœnia ad prospectum prati præclarissimę Vrsinorum familię Gentilis Virgilius ad præsidium arcem vallo,fossoque;quatuor in singulis angulis turribus, & quę principatum habet ad quintum locum in medio extollitur artificiosè munitam, ad quam, ponte iniecto, aditus aperiebatur, eiusque exantlatos labores in faciem scripsit.

GENTILIS. VIRGILIVS. VRSINVS. CVM. AVITVM
IVS PARVM. SVCCEDERET. BELLICÆ. VIRTV
TIS. CAVSA. RELICTVM A. MAIORIBVS. HE
REDVM. RECVP. AVXITQ. XISTI. IV. PONT
MAX. COPIIS. TER. VICTOR. PRÆFVIT. IN. Æ
TRVRIA. LATIOQ. ET. GALLIA. EXERCITVS
FERDINANDI. REGIS. SICIL. IMPE. VARIOS
MOTVS. REPRESSIT. DELEVITQ. REMQ. RE
STITVIT. POSTQ. BELLOR. FELICES. SVCCES
SVS. ARCEM. AVIANI. SEDITIOSIS. EXITI
VM. A. FVNDAMENTIS. POS
MCCCCLXXXX

Et cùm Columnenses Principes Vrsinis succederent, Marcus Antonius bellicæ virtutis gloria clarus,illam nouis ędificijs auxit, cubiculisque magnificentissimis regio ornata,picturisque ad splendorem additis,inter quas Caroli V. Inuictissimi Imperatoris vitam in aula maiori penniculis mirificè exprimi curauit, ostium nouum corinthio opere confectum renouauit,porticum ante Curtem perfecit,& postquam ad Echinedes insulas victor Turcharum classē superauit,post priscorum triumphorum pompam in Vrbe renouatam,trophęis, honoribusque auctus arcem in aulam vertit, firmum ex lapide Pontem erigens,nouam portam nouo titulo decorauit.

I

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

MAR. ANT. COLVMNA. MILES. AVREI. VELLERIS
PRIN. ROM. MARSORVM. TALLEACOTIIQ. DVX
MAR. ATISSÆ. ALBÆ. ET. MANOPPELLI. COMES
VALLIS. RVVETI. VRSINIÆ. CARSEOLORVMQ.
DOMINVS. REG. SIC. MAG. COMESTABVLVS
FVGATIS. EQVITIBVS. GALLORVM. REG. IN
ORCIANO. VICTORIA. TRIBVTA. SVIS VICTIS
HELVETIIS. IN. CAMPANEA. VALIDIS. INIMI
CORVM. PROPVG. ARCE. MEN. TORMEN.
ANNONAQ. MVNITA. DEC. TRIREMIVM. SVO
DOMINIO. AVCTO. PACE. INTER. CIVES. BE
NEVO. ERGA. SE. MAX. PARTA. ARCEM
IN. AVLAM. REDEGIT. A. S. MDLXX. ÆTATIS
SVÆ. VERO. XXXVIII.

Vallum, & fossam in hortos mutauit, viam recto ad lacum tractu vltrà M. P. consitis vndique virentibus longo ordine populis strauit: & in suorum facinorum trophæum, magnificentissimam portam in arcus triumphalis formam in ea parte Viridarij, qua aditus vię aperitur, erexit. In qua toto Orbe christiano egregium illud, & memorabile factum, quo profligatis Turcarum triremibus dignum Deo, Deique Genitrici christianorum arma spectaculum, præbuerunt ęternę memorię literis in lapide insculptis sacrauit.

M. ANT. COLVMNA. PALLIANI. DVX. PONTI
FICIÆ. CLASSIS. PRÆFECTVS
MAXIMIS. LABORIBVS. SVPERATIS. INTER. PIVM
V. PHILIPPVM. II. ET SENATVM. VENETVM
SANCTIS CONCILIAVIT. FOEDVS. ET. PONTI
FEX. PRINCIPEM. ROMANVM. REX. MAGNVM
SICILIE. COMESTABVLVM. RESP. AVITO. IVRE
FILIVM. VNANIMES. DELEGERE. VT. SERENIS
IOANNE. AB. AVSTRIA. PRÆFECTO MAXIMO
ABSENTE. PARI. TITVLO TERRA. MARIQ. PO
TIRETVR. PARTA. INDE. GLORIOSA. AMBRA
CIÆ. VICTORIA. TERQ. NAVIVM. CLASSE. FV
GATA. PLACITÆ. QVIETI. VIAM. PORTAM. HOR
TOS. FONTEMQ. DICAVIT.
CIↃIↃLXXIII. ÆTATIS. XXXIX

Inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Inter Turcarum captiuos duo ſummi Tyranni Nepotes noſtrorum mancipia fuerunt, quorum effigies in aula hac penniculis repreſentari Princeps ipſe triumphator iuſſit, hisque ſignari notis.

MAHAMET. FILII. ALIBARYM. PRÆF. C ETHVSSAIM. SCIA. TVRCARYM. MARIS

Poſt Principis aulam, Seraphico Patri Franciſco extollitur non vulgare templum, cum minorum eiuſdem ordinis fratrum Conuẽtu, eiuſdem nobiliſſimæ Vrſinæ familiæ præclariſſimæ heroinæ profuſa charitate erectum, & ſi delituit, obliteratumque ſit ex codice, nomen remunerator Deus pietatis illius opera in libro Æternitatis inſcripſit, ornant illum, ornaruntque ſemper Theologorum numeroſus numerus quorum quinque totius Prouinciæ Praſidatum inſignia prætulerunt.

Intra cuius ambitũ S. Ioannis Baptiſtæ ſodalitiũ in Oratorio, quod miris picturis Pæcurſoris vitã repræſentãtibus ornatur, coadunatur. Vltrà milliare per viã, quà Luco itur, in iàm deſignatã S. Mariæ de Vico dictã Eccleſiã inciditur, Fratrum Capuccinorum Conuentum pia Auezzanenſium deuotione, Auorum ætate erectum, frequenti Populorum veneratione Virginis Matris patrocinium ſupplicantium ſpectabilem, ad quem antè quàm perueniatur in itineris permedullio S. Mariæ Lauretanæ ad archetypũ efformata Eccleſia Incolarum frequenti veneratione venerabilis inuenitur, in qua pulcher Virginis filium in gremio tenentis ex cocto latere, auro, coloribuſque perbellè ornatus coloſſus aſpicitur, ad quem confluentes ex Summorum Pontificum diplomatibus lateranenſis Papalis Baſilicæ Indulgentiarum donis potiuntur. Ager longo limite, & amplitudine, & feracitate laudabilis, poma ex omni genere electiſſima, & legumina nutrit, nõ ingratus Cereri, nec odioſus Baccho, quippe exundat frumenti copia, vinaque externot eſtimonio, quod reddemus, optima, quę partim cruda vt ex racemis exprimũtur, abſque alia in tinis, vinariiſque ebbullitione ſeruantur, & quæ ad Nobilium vſum ſunt; partim leui adhibita coctione robuſtiora, & quæ veteraſcunt flaua, alba, & rubra, quæ ſitim Conuicinorum explent, & ad Vrbem vſque aliquando aſportata; de quibus Baccius lib. V. de vinis Italiæ ſic ait. Quæ cum aſpirante ab ipſo lacu aura, tum lenitate collium, & aprico ab occidenti aſpectu ſolis cerealium cunctorum eſt frugifera, & vinetis vndique virens vina producit, & quæ in genere toto electiſſima, vt vix flaua inuideant clarellis, nec rubra vernacijs nõnulla Neapolitanis. Cannabum tùm molle, albumque producit, vt lino nõ inuideat, quem bonitate parẽ, ſed quantitate minorem copiam cultorum inertia gignit; eſt cãnabum

bum, pro vt vinum, illis in emolumentum vltra olera virentia, quæ vicinis omni tempore commodant.

Trãsaquæ

In aduersa lacus ripa 7. M.P. Transaquæ Oppidum in radice carbonarij montis iacet, ex eo quod contra aquas sit, siuè ab *Auezzanensibus*, siuè à Valerienſibus, (quibus obijcitur) dictum, qui cum ad transuehendum simul inuitarentur, mutuò interpellabantur. Eamus Transaquas, vndè inoleuit post modùm ex consueto di-

Teren. in Tophog. ad Mart. pag. 127.

cendi modò ità appellari, quod & Cattolice Oppido intèr Criminum, & Pisaurum in Concilij celebritate accidit, nàm cùm Catholicorum cætus intèr vtramque Ciuitatem insideret, nè *Arianis* cõmunicarent, cum qui ad illos accederent, eamus ad Cattolicos, pronunciare solerent, nomen illi Cattolica relictum, quòd etymon Baccio non arridet, qui potius translacum, quam Transaquæ appellari mauult. Altero post Christum natum sæculo, exortum ex vetustiori origine, quam à Misino Oppidulo in cacumine montis posito habuit, & ad Imperatoris Neronis Claudij domum repositum. Etenim emissurus Fucinum Lacum, cum ad Marsos Imperator aduentasset pro suæ stationis solatio, domum, quæ postmodum aduentantibus, qui Cisinum insiderant, in oppidum creuit. Eamque S. Ruphinus Amasenus Cappadox in Episcopum Marsorum inauguratus in Ecclesiam vertit, & in honorem immaculatæ Virginis Matris sacrauit, de qua Demetrius Egidij Canonicus Assinatis in Panegirico.

And. Baccius de vinis Ital. lib. 5.

Acta S. Cesidij.

Ad Marsos patrijs Ruphinus venit ab oris
Et comes haud renuit Patri Cesidius ire
Qui tormentorum socium superstitit ante
Pastor ibi templum erexit cælique dicauit
Reginæ.

Istius consecrationis annua solemnitas 7. Octobris huc vsque recolitur. & Sacro Cesidij, filij, aliorumque Sanctorum Martyrum sanguine purpurata diuinis prodigijs, signisque coruscans, inueteratus vetustus titulus in ipsius S. Cesidij, cuius tempore, immutatus fuit; Sacrata Virginis Imago, quæ longo seculorum cursu in Altari, quo ipse Sanctus Martyr occubuit, steterat, paucis abhinc annis, diruto priori Sacello, & cum eo cancellatum martyris persistens monumentum, in viciniorẽ translata perpetuæ veneratiõi fidelium conseruatur, noua adiectione ex aduentantium aucta, non infrequens, nec ignobilis surrexit. Cæsaris illius peramplæ domus rudetis compacta, cuius ex sæculi voracitate subtractam memoriam ad nos transmisit, sunt vndique lapides, qui veterum monumẽta testantur, intèr quæ quinti Ninnij Romanorum propagine Illustris, noster municeps sepulcralis extat inscriptio.

D. M. S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

D. M. S
Q. NINNIO
Q. F. STRENVO
SEVERO. AVG
IANVARIA
CONIVGI
B. M. P

Q. illius forsitan filij, quem magistratus fasces ornarunt, & Iulia Marcia C. Iulij Cæsaris Auia memoriam in lapide, quem Lucius noster Camarra refert sacrauit; nèc istius Ianuariæ coniugis aboletum est nomen, sed Prisci filij pietas, qui Matri supremos honores tulit, sepulchralem titulum ad nos transmisit, qui in atrio Ecclesiæ conseruatur.

D. M
IVLIÆ. IANVARIÆ
C. IVLIVS
PRISCVS. MATRI
B. M. P

Vndè ex Romana prosapia, ad nostrates fluxisse familiam, quæ, & in Napolitano adhuc solo, inter primarios claresceré multi arbitrantur, ex illis sepulchralibus elogijs, quæ Paulus Manutius refert, & Mazzella transcripsit. *Scipion Mazzella delle famiglie di Napoli.*

Extât alterius Peticij differentis à Chirurgo, qui filium inconsolabiliter fleuit in altero lapide memorię.

PETICIVS. SA. ET
PETRONIA. S A. F
PETICI

D: Carolus Burella in Vindice Neapolitanæ nobilitatis.

Et in alio lapide C. Trebatij, ad quem Tullius plures scripsit Epistolas, cænotaphium exaratum eodem in loco manet.

C. TRAEBATIO. C. F
OPTATO
STRABONIA. SE
CVNDILLA. CON
ET. TRABEA. RVFILLA. PATRI
B. M. P

Et ad

Et ad ripam, Fucini, Flauij victoris salutis Sanctæ voti soluentis testimonium expiscatum.

SALVS. SANCTA
FLAVIVS. VICTOR
D. D. L. M

Multaque alia interciſa, abolitaque nouis ædificijs vetuſtatis, monumenta, & quæ fabrorum audaces manus inciderunt, ſparſim aſpiciuntur.

Anguſtatur Oppidum monte ipſo, & lacu, in plano ad radices eleganti forma diſpoſitum, inter vtrumque inſidet memoria inuictiſſimi Martyris Ceſidij, celebratum; cuius ſplendidiſſima Eccleſia priori forma nouam etiam denominationem induit, ſiuè tempore exciderit, & aduentantium numerus ampliorem exegerit, ſiuè cùm Vnghari Prouinciam deuaſtarent, illamque (vt acta teſtantur) igne conſumpſerint, in reſtauratione ſpatio, & ædificijs creuerit; etenim anno cmxxxvii. Vngarorum ingens exercitus Italiam aggreſſus, depopulando omnia vaſtabat, & cum Caſſinenſis Cænobij pretioſiora abſtuliſſet, Italorum præda onuſti, ad nos ſua arma tulerunt, cùmque templum aggrederentur, flammis illud dederunt, ex quo facto Incolæ (ſcandala paſſi) in verba blaſphemiæ in Sanctum vſque præruperunt, vt qui alios, vocatus, iuuari ſuo ardore conſumat pateretur, vndè illud mirabile refertur, vt, qui poſtmodum propiùs accederent, obcęcarentur; quarè Marſi iunctis Pelignorum armis, in Barbaros irruentes, gladio penè omnes conſumpſerunt, ſpolijſque, quibus onuſti incedebant, ſpoliarunt, cuius incendij memoria in S. Martyris Colliberti caluariæ ad huc vſque conſeruatur quod flamma integrum reddidit, plenum ſtipulis ſemiaduſtis aſpicitur.

Platina in vita Ioannis XI.

Eccleſia ipſa tota cõcamerata arcuato opere, quatuor aulis diſtincta, duobus atrijs, vnũ antè faciem, alterum in latere comitatur, cuius poſtremum ad Abbatis, Canonicorumque habitationem erectum per circuitum cubiculis, officiniſque ad communitatem neceſſarijs vallatur, C ſtium per quod ad eam aditus aperitur, ex lapide penè pario figuris mirificè effigiato.

Sanctorum Martyrum reliquijs, qui ibidem à Maximini Miniſtris coronari meruerunt venerabilis, quarum maior pars in lipſanotheca in Cappella ad fornicem in cornu Epiſtolæ, in effigiatis ligneis vniuſcuiuſque Martyris capitibus auro, argentoque linitis, inter quæ tantum ærea argento dealbata, Sancti Ruphini Epiſcopi, & S. Eutichij capita, illorumque non paruã partem oſſium continentia, & ipſius Sancti Ceſidij in theca argentea brachium, quod mira odoris fra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

fragrantia redolet, inclusa seruantur.

Et sunt aliqua ex illius corpore fragmenta, quæ Alexander Abbas anno MCCCCXXV. in lignea statua, quam martyri Cesidio cum Sacello, ex inciso lapide, auro adumbrato, in aula ad cornu Euangelij sacrauit, reclusitque; reliqua tùm corporis ipsius, tùm aliorum ibidem quiescentium (quorum nec nomina adhùc innotuerunt) non dùm omnipotens permisit publicæ veneration prodi.

In ipso Sacello Angeli Macchafani primi Anxanensis Episcopi ossa, absque vllo honore sepulchri, iacent; nosque ne tanti viri memoria periret, sepulchrali elogio decorauimus.

D. O. M
ANGELO. MACCHAFANO. DE. PERETO
PRIMO. ANSIANENSI. EPISCOPO. QVI. AL
TARE. VBI. SANCTVS. CESIDIVS. MARTYR
OCCVBVIT. CONSECRAVIT. AN. MDXXIII
PROPE. EIVS. STATVAM. SEPVLTO. DIRVTO
MOX. ALTARE. EIVSQVE. ABOLITA. PIETATIS
ET. DEVOTIONIS. MEMORIA. NE. TEMPORIS
INIVRIA. POSTMODVM. NOMEN. DELITESCAT
ABB. MVTIVS. PHOEBONIVS. EX. LEONORA
MACCHAFANA. ABNEP. AVVN. MOER. P. AN
MDCXLIII.

Ecclesia ipsa Supellectili plurima, vasis argẽteis ad diuinũ ministeriũ diues, cui diurno operi Abbas, & sex Canonici vltrà Cappellanorũ, & inferioris ordinis Clericorum numerum, insudant, illisq; ex profusa Marsorum Comitum ex Berardorum Illustri stemmate largitate, stipendijs, temporis tamen diurnitate deminutis, ad congruam modò substentationem prouidetur: extant in archiuio donationum in pergameno monumenta, quæ in serie Episcoporum retulimus, in qua ex propensa in Martyrem deuotione, vt tumularentur magnifica sepulchra adultorum, & Infantium, altè in capsis lapideis à terra eleuatis intrà duos fornices, saxis scalpro incisis, penniculoque figuris varijs exornatis futuræ etiam ætati reseruantur.

Iuxtà quæ duo Sacella, alterum diuæ Catharinæ Martyri, illiusq; sacram statuam ostentans, alterum Apostolo Thomæ, quæ in familiam de Rogerijs & nostram transierunt; modò illud S. Thomæ renouatum, & opulenti hereditate Francisci Phœbonij ditatum, in quatuor Cappellanias diuisa, quas in Canonicatus Illustrissimus Ioannes Paulus Caccia Episcopus erexit, quorum munus est singulis diebus Missam vnam ibidèm celebrare qui ad nostram, & Pascatij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Phœbonij perpetuam, & ſucceſſorum præſentationem inſtituuntur; quam Cappellã redditibus etiã anteã, anno ſcilicèt MCCCXCIV. Hẽricus de Henricis ex adiectione Eccleſiæ S. Thomæ de Foſſa, cũ omnibus ſuis tenimentis, auxerat.

Henricus iſte Rugeriorum familiæ Princeps fuit; etenim cum filij, quos quinque habebat, perduelles Ioannæ II. Neapolis Reginæ fuerint; bonorum proſcriptionẽ paſſi, memoriæ paritèr abolitionis periculum iudiciali ſententia ſubſtinuerunt, vndè cùm minor natu poſtliminij beneficio potiretur, ne retroacta fratrum ex primęua denominatione auribus dominantium refricaret, Berardorum Comitum ſtemmata ſumpſit, & de ſuo nomine cognomen familiæ reliquit; vnde & ipſemet Rogerius Rogerij appellari conſueuit, quod & poſteris trãsmiſit: qui cùm poſtmodùm ex placito Principis fæuda recuperaſſet, inter quæ erat Oppidũ Arcis Cerri poſt Colle longum, Cahtarinã de Celano vxorẽ ducẽs: vnicã prolem, & quæ Patris nomen retinuit, ſuſcepit, cui Ladislaus Rex A. MCCCCXIV. ob tranſitum Matris ad ſecunda vota, Baiulum dedit; dùùque poſteri ſplendorem nobilitatis retinuerunt; etenim anno MD. Franciſcus Militiæ Sancti Lazari aſcriptus, & poſt eumdem Berardinus anno MDLXVIII. extat Berardini ſepulchrum in Oratorio Sancti Ioannis propè Cappellam Sanctæ Catharinæ.

D. O. M
BERARDINI. DE. NOBILI. RVGERII. FAMILIA
ORIVNDI. HOC. CORPVS. REQVIESCIT. IN. TVMV
LO. SPIRITVS. AVTEM. ASTRA. BEATA. COLIT
QVI. ET. SEPE. OPERE. ET. CONSILIO. DOMVM. RE
ILLVSTRAVIT. AC. REXIT. SVBLATVS. INOPINA
TA MORTE. AMICOS. DOMESTICOS. PARENTES
ATQ. PATRIAM. DENIGRAVIT. TANDEM
IN. SVO. NOVISSIMO. FINE. VNA. OMMIVM. SVO
RVM. CIVIVM. VOCE. EIVS. VITA. SVMMIS. LACRY
MIS. COMPROBATA. FVIT. OBIIT. AN. DOMINI
MDXXXXV. DIE. VIII. OCTOBRIS

Nunc autem miſerabili fortunæ ſtatu, ſubſtantiam, nobilitatem, & progeniem deplorat.

Factis etiam inſignibus in annalibus Monaldeſchi Diſcretus à Tranſaquis notatur; qui & pro Columnenſium Principum toparchia aduerſus Vrſinos proceres, & ſub auſpicijs Agapiti Columnæ, cum Ioannes Franciæ Rex, & Ioannes XXII. Pontifex claſſem in Turcàs armarẽt, egregiè militauit an. MCCCXXXII, & religionis

nis ſplendore Bartholomæus ex primis Celeſtinorũ familiæ Patribus, ipſius Sanctiſſimi Inſtitutoris indiuiduus Comes illuſtratur; cui pro coronide Portia Eminentiſſimi Baronij Mater additur, cuius laudes externorum teſtimonijs repetere, quam noſtro calamo propalare conuenit, quippè auito ſanguine nata patrimonium commune, domumque habuit.

Illius ager pari cum cæteris circà lacum fœcunditate gaudet: croci tamen optimi, & amygdalarum ferax; vina, quæ hiberno tempore grata admodùm, ſed æſtate aceſcunt; poma agreſtia tantùm, & licet lacui inſideat, aquarũ penuria laborat, non alià, quam ipſius met lacus in vſum habet; ſolum cum feruet æſtu, in ripa latices emergunt, cum aliquantulùm foditur mirę frigiditatis, cum quæ propè ſtagnentur, tepeſcant.

In proximo monte ad 11. M. P. alterum eiuſdem Sanctiſſimæ Virginis de Candelicchia dictæ, in ſolitaria Eremo gelidis laticibus, & agreſtibus pomorum fructibus delectabili diuturnitate, & frequentia notum; in cuius montis aſcenſu, prius quàm cacumen pertingatur, lapidea maſſa in plateã dilatatur, in qua centum puteos, ità natura ipſa profodit, vt in illis artis opificium non deſideretur, ad quoſque ex liquatis niuibus, vel aliundè aquæ deſcendunt, & in cryſtallinam glaciem indurantur.

In propinquo illi colle Caſſinenſium familiæ Coenobium, Templumque Diuo Epiſcopo Martino ſacratum, ex pertinentijs Sanctæ Mariæ de Luco, & aliquando Epiſcopatui Aquilano ex Ottonis II. Imperatoris deditione addictum in loco, qui Filitimi dicebatur, nunc à Sancto ipſo nomen habet, & prępoſituræ titulo inſignitum. Erant Sancti Agnetis, Sancti Leonardi, Sancti Quiriaci, Sancti Angeli, Sanctæ Marię in paſſarano inueterata ſacella, quæ tempus preſſit.

De Albenſibus, & Alba Marſorum.

CAP. V.

POſtremi noſtrorum Populi à Plinio Albenſes recenſentur, & in illis Alba ad Fucinum Lacum poſita, quæ Liuij cenſura intrà Equorum fines perſiſtere, cum coloniam deductam aſſerit, in dubia aſſertione aſſerendum videtur, ſic enim lib. 10. L. Genuſio, Seruio Cornelio Coſs: Soram, atque Albam Coloniæ deductæ ſunt Alba in Equos ſex millia Colonorum ſcripta. Sora agri Volſci fuerat, ſed poſſederunt Samnites, eò quatuor millia hominum miſſa. *Liuius lib. 10.*

Quem ſecuti ſunt Appianus lib. 3. & Strabo lib. 5. ſiue vetuſtiſſimorum auctorum, qui oſcitantèr, & parùm accuratè ſcripſerũt, *Appian. l. 3. Strabo lib. 5.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

vestigijs inhæserint;siuè ob incertos fines,& qui vix dignosci posset, Volsci, latini, Marsi, & Equi commixtos habuerint, in errorem impegerint, siuè quod verba Liuij aliter sonēt, cum enim in Equos dixerit,ac contra Equos dicere voluisset, etenim victis Samnitibus L. Posthumio, & T. Minutio Coss. A. V. C. C.D. XLVIII. Sora,Arpinum & Cosentia (seù legendum secundum Cluuerium Aesernia) recuperata, illisque pacem petentibus, antiquum fœdus restitutum;in Equos,qui per multos annos sub specie fictæ pacis quieti manserant, Romanorum arma sunt versa: hi quippe excitati Hernicorū exemplo (quibus,ob arma in hostes conuersa, vt Romani Ciues ascriberētur,in præmium fuit)auxilia Samnitibus,qui tunc bellum renouarant,præstiterunt.Samnitibus demùm pacem petentibus,peracto consilio,Consuli negotium à Senatu datum, vt diligenti perscrutatione indagaret,an arma abiecissent: ille per illorum agrum discurrens, cum pacata omnia inuenisse,referret, antiquum fœdus restitutum. Post hæc Patrum, vt Equorum iniurias vindicarent,commune consilium fuit; vndè decreto bello,cum Fœciales illis innotescerent,statim exercitum,tumultuario simile,comparārunt;si quidem cum iam desuescerent arma, vt quibus iam diù imbellis,in ocio militaris disciplina desierat,sine Duce, sine ordine processerunt. Castra denique in conspectu Romanorum exercitus, cum sisterent,minimè conferere profuturum, cum validissimo hoste,& aciebus benè dispositis expedire trepidarent; intempesta pœnitentia acti ancipiti cura, animos illorum sollicita trepidatione premebat. In diuersa diù agitati castra deserere perutile magis fore, & intrà propriorum Oppidorum mœnia se ipsos tueri vtiliùs expedire decreuerunt. Vndè dissoluta acie, castrisque relictis,ad sua remearunt,ea deliberatione Romano Consuli (cum fraus aliqua inesse consilio primitùs suspicaretur) non cito palam facta,tandem re benè perspecta, expiatis castris (cognita) illos insequi,Oppidaque singula aggredi decreuit; nec distulit deliberata, quin statim in eorum Oppida irruens, intrà quinquaginta dies victor extiterit,ita referente Liuio lib. 9.

Liuius lib. 9.

Palātibus hostibus per agros,prima luce Romani signis prolatis,in acie consistunt,at vbi nemo obuius ibat,pleno gradu ad castra hostium tendunt, cæterùm postquam, nec stationes pro portis, nec quicquam in Vallo,nec fremitum consuetum castrorum animaduerterant;insolito silentio moti,metu insidiarum subsistunt; transgressi deinde Vallū cū deserta omnia inuenissēt,pergūt hostes vestigia sequi;sed vestigia in omnes æq;ferētia partes, vt in dilapsis passim, primò errores faciebāt,post per exploratores,cōpertis hostiū cōsilijs,ad singulas Vrbes circumferēdo bellū; vnum, & triginta Oppida intra dies quinquaginta oppugnando ceperunt, quorum pleraque diruta

atque

atque incensa, nomenque Equorum propè ad internecionem delectum. De Equis triumphatum.

Cumque eorum exemplo excitati Vestini, Peligni, Marrucini, & nostrates, qui in arma pariter erant, clade vicinorum animo prostrati, pacem pariter petijssent, illis etiam æquo fœdere dato, vndique pacata Prouincia Romano reddita est imperio. At Senatus, qui non otioso rerum apparatu Reipub. securitatem, & augumentum sitiebat, non tam in ea, quæ in præsenti blandiebantur, quam quæ deinceps futura esse poterât, diligenti ponderatione persequebatur; omniumque, qui in amicitiam redierât, fines rimabatur, an fractis animis pacem petierint, an aliqua ex insidijs moliretur; animum, necessitatem, & cuncta circumspectantia accuratè numerans, modum precauendi mala, quæ occurrere possent, excogitauit. Munitio enim semper tractanda in ocio est, quia malè tunc quæritur, quando necessaria iudicatur, omnia enim subito probâtur incauta; nec animus potest esse in audaciam pronus, qui diuersa fuerit cura sollicitus. Cum de Hernicis, & nostratibus nulla suspicionis cura animum tangeret; nos siquidem Ciues adscriptos, in amicitiam ascitos, & nunquam, vt hostes habitos; sed proprij tantùm iuris defensores in arma aspexerat. At de Equis & Samnitibus non idem iudicium, vtrosque enim fœuos, & infideles hostes, & qui necessitate, non voluntate cesserant iudicabat; at ne armis simul iunctis aliquando insurgere possent, & noua aliqua moliri, in eo mentis cogitationem direxit, vt cõtrà vtrosque munimenta pararet; sicque Albam in tuto loco positam antiquissimam Marsorum Ciuitatem, aduersus Equos coloniam designauit. Soram verò à Samnitibus modò receptam, contrà illorum impetum colonis adauctam securam habebat. *Cassiod. lib. 1.*

Sita est enim Alba intrà nostrorum fines, longè ab Equis 8. in colle, qui in ipsa eleuatur planitie 11. M. P. à Velino Monte, & 3. M. P. à Fucino Lacu dissita, in Ora vallis, qua ad Equos itur, & in illis circumspecto Monte, ab altera parte Arcem pariter, eo tempore constructam, quò ne facilis ingressus, egressusque esset, & ne populando extra fines, amicos Populos aut turbare, aut in societatem (ad perniciem Romanæ ditionis) ascire possent; sed Coloniæ præsidio arcerentur, cohiberenturque; & hoc persuasi timore in amicos Marsorum terminos hęc præsidia extulerunt, vt fœderatis tutamen, & hostibus terror essent; vnde, & non aliter Liuij textus intelligi potest, quam (vt diximus) in Equos (idest contra) cum ex alia ipsius assertione manifestis verbis propaletur; sic enim lib. 6. Inde in Pelignos peruenisse, præterque oppidò instituit in Marrucinos trãsire, inde in Albensi agro in Marsos, hinc Amiternum, Feruloſque vicum venisse. *Liu l. 6.*

Præcipuè cum simili pronunciatione, cum de Carseolo agit (vt mox

mox videbimus)sit vsus;vel nisi cum Cluuerio hoc erratum à Liuio, vt à Plinio in Atinatibus, & à Ptolemæo in Arce asseramus: qui vtrique in Volscos positas; scilicet Atina, & Arx, asseuerant;at nos illis parùm hæc nostra loca innotuisse,& ad affinitatem nominis tãtum suam sententiam accomodasse demõstramus; cum Antinates, quos Atinates Plinius appellat, nostros ostendimus; ab Equis autem posito lapide discriminabantur, qui effossus elapsis annis inter Oppidum Lofrini,&, Villam S.Stephani,in loco qui dicitur,le colonnelle literis maiusculis exaratus.

ALBENSIVM. FINES

Conseruatur modò in Ecclesia S. Mariæ propè Scanzanum. Arx autem,quam in nostro etiam situ Ptolemæus ponit in prospectu Albæ sita erat,quod & modò Arce(corrupto vocabulo)nominatur;& Paulus Marsus in 4. Fastorũ Ouidij. Montes Cariæ dicit & Carolus Primus Andegauensium Neapolis Rex,in Epistola sua ad Clementem IV. Pontif. *Maxim.* relationis numerandæ victoriæ,quam de Corradino reportauit,Carchij *Montes* dicit,sic enim. *Ego ipse de* passu in passum per tres dies,totidemque noctes sequens, & prosequens,tandem percepto,quod dicti hostes per Techi partem ingressi sperabant per Marsicana rura discedere,& peruenire Sulmonem, quodque inter Scurculæ,& Carchij montes in quadam planitie sua infelicia castra defixerant.

Quod Oppidum Comes Rugerius de Alba,cum militare seruitiũ pro terræ *Sanctæ* recuperatione Gulielmo Regi an. MCLXXXVII. sponderet,feudum habere profiteturvt in registro per D.Carolum Burellum nuper editum,habetur. Carcem in Marsis, quod est feudũ 6. militum,attrita priore, vel commodiore pronunciatione,nouum accommodatum,Carce,vel Carchium,pro Arce ediderunt.

Eratque illud ad Arcis formam incastellatum (vt modò mœnia mõstrant) & in extremo montis fastigio,qui interponitur Valli,per quam ad *Equos* est transitus, quò primus Anio transcurrens Reate protendit;cuius cacumen oualem formam habens, muris vndique cinctum Oppidum complebat;ad quod asperum, & insuetum iter; præter quam per iugum, quo arcta via, vix tres simul incedentes recipiebat;vnde,& ad illud introitus per vnam tantùm ianuam, antè quam fortelitium duabus vallis munitum insurgebat. Seculis transactis,habitatoribus desertum,Malleani,Roscoli,ac Sanctæ Anatoliæ non vulgaribus Oppidis principia dedit;extant modò per ambitum mœnia,quæ non parui Oppidi vestigia signant.

Mons ipse,humiliores præcellens in planitiem,Ciuitatem ipsam, & transitum ad *Equos* vno prospectu dominatur; & ne facilius ad

nos

nos incursibus via aperiretur, inter se circûspectãtia erant fortelitia extructa, ita vt vno oculorum ictu, ad se quisque signa daret, ad paratum contra hostis tuitionis vires in monte; ex aduerso supra Scurculam, & in eminentiori, qui & Vallem de Nersa, & planitiem prospiciunt, supra Reofalcum, & supra Paternum erat alterũ, ita vt nec Equorum, nec aliundè aduenientium hostium insidiæ timerentur. Et siuè illo, siuè alio tempore, vt timor pelleretur, & statio securior esset, sint addita munimenta regioni, nulla certa ratio reddi potest, cæterùm Equorum animi, ita præsidio nouæ Coloniæ turbati, vt ægrè ferentes, in eorum finibus, angustijs erectæ Arcis præsidiari, & ita dominantium fræno vinci, vt spes illis tolleretur, aut libertatem tueri, aut de iniurijs aliquando vindictam sumere; sed prostrati penè ad seruitutem, pro libito victoris redigi dubitarunt, itaque præcluſi, vt ignominiosum contra ipsos fulcrum tollerent moliri parant. Sic exorti, comparato exercitu, vires restaurant, modernamque Coloniam sternere destinant, illamque totis viribus aggressam, dum expugnare nituntur, à Colonis ipsis (nouæ Arcis subsidio datis) strenuè repelluntur; Attamen eorum audacia, Romanorum fortitudinem inusitato timore concussit, cum absque externorum auxilio vna gens sola, quæ paulò ante, aperto bello, aciem conferre timens, nullam aliam tuitionem habere, cogitare potuit, quàm intra septa murorum contegi, & sic insequentis victoris iræ cesserit, vt vltima quæque passa credita fuerit, tantum modò facinus auderet vt Coloniã tollere cogitaret; quarè (vt in arduis consuetum est) ad nouum bellum exortum Dictatorem C. Lulium Bibulcum, & *M.* Titinium magistrum *Equitum* edixerunt, solemni ritu (addito voto) Deæ salutis domum ædificandi, si ab imminentis belli periculo *Respub.* libera existeret. Dictator tamen bellum aggressus primo impetu *Equos* deiecit, & octauo post pugnam die, triumphum accepit, & votum Deæ persolutum. sic Liuius. *M.* Lucio, & Q. *Emilio* cos. reintegratum *Equitum* bellum, Coloniam, *Equi* ægrè patientes, velut Arcem suis finibus positam, summa vi expugnare adorti, ab ipsis colonis pelluntur; cæterum tantùm Romæ terrorem fecerunt, qui vix credibile erat, tàm affectis rebus, solos per se *Equos* ad bellum coortos, vt tumultus eius causa Dictator diceretur. C. Lulius Bubulcus cum *M* Titinio magistro equitum profectus, primo congressu *Equos* subegit, & die octauo (triumphans in Vrbem cum redijsset) ædem Salutis, quam cos. vouerãt, Censor locauerat, Dictator dedicauit.

Ex his in sinu *Marsorum* posita vrbs designatur, quam & Strabo lib. 5. ob finium incertitudinem conterminam vult. Latinorum autem Vrbium maxime mediterranea est Alba, *Marsis* conterminã. *Strab. l. 5.*

Accu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Accuratius tamen Ptolemęus in noſtro reponit. *M*arſorum qui orientaliores ſunt Equicolis Oppida, Arx *A*lba Fucelis.

In hoc Ptolemæi textu, ex Cluuerij obſeruatione, & Græci exẽplaris collatione, vocabulum vitiatum apparet, vt pro Alba Fucentia, Alba Fucilis ſit ſcriptum, ſic & Plinius, & Strabo ad lacum Fucinum eam ponunt, vt ex hoc fucentia ſit dicta; ſiue quod eorum temporibus excurſus lacus, ad penè radices collis (in quas reſidet) peruenerant; ſiue quod ager omnis ad ripam vſque Albenſium erat. Vnde & Populi ipſi Albenſes, ne cum Albanis confunderentur, & vt diſtinguerentur ab illis, quibus ab Alba Liguriæ Albenſes Põpeiani ſunt appellati; etenim illa Alba Pompeia dicitur.

Antiquiſſima Ciuitas, cuius principium Vrbis natale longè præceſſit eiuſque origo, cum ignoretur, ad Aborigines primos regionis Incolas referenda, ab illisque nomen tributum, quamquàm Appianus à Romanis additum ſuſpicetur. Romani quondàm in Equatis Oppidulum, quod communierunt, *A*lbam de Metropolis ſuæ nomine appellarunt; progreſſu temporis, ſiuè corrupto vocabulo ſiue vt ab *A*lbanis diſtinguerentur, *A*lbenſes vocarunt.

Sed errore ducitur, nam Liuius in Coloniam tantùm deductam, nec illi tunc nomen inditum, quod habebat, antequam Romana Vrbs inſurgeret, imo *A*ſcanius ipſe *A*eneæ filius cum ſuæ Ciuitatis conderet fundamenta ad huius noſtræ *A*lbæ differentiam, *A*lbam longam appellandam cenſuit, vt apertis literis Halicarnaſſeus lib. 1. dicit. *A*d diſcrimen autem alterius Vrbis, quæ eiuſdem erat nominis, additur cognomen ab ſitus forma.

Ex quibus verbis Cluuerius conſequentiam ſignat, ergo *A*lbenſium in Marſis prior, *A*lbanorum *A*lba in latio.

Poſita erat in parùm elato ſaxoſo in colle, cuius vertex in duo cacumina diuiſus planam vallem in medium complebat, amboque propugnaculis, & mœnijs ex grandioribus ſaxis quadratis erectis vallata, faſtigia circumſepta cuſtodiebant; quę nec penitùs æuo ceſſerunt, quin & in ipſis ruinis magnificẽtiam eorum oſtentent; duabus ianuis ad extrema intermedia cuſtodiebatur, quæ pendulas, & recidentes cataractas portas ad hoſtium irruptionem propulſandam accommodatas habebant, & alia quę aditum muniebant, additis turribus ſecuriori munimine ad ſitus accommodatum præſidium addimentum, de quo Strab. lib. 5. *A*lba Marſis finitima in excelſo locata ſaxo, prope Fucinus eſt lacus. *Strabo lib. 5.*

His preſidijs (ex innata loci ſituatione) quippè libera vndique à ſupereminentium vicinorum timore ſibi ipſi dominabatur, cui, quæ ex inhabitantium induſtria, & Romanorum conſilio adiecerãt, in omnem euentum, ad machinationes, & aggreſſus ſpernendos ſecura, & fida tutela, habebatur: vt iam (*S*enatus cenſura) ad continendos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

dos deuictos in fide tutissima statio comperta iudicaretur;in eãque quãplurimi Principes,Regesque captiui missi (vt ad inexpugnabile fortilitiũ) in munita custodia tenerentur, vt ex Strabonis testimonio, eodem lib. recitato.Alba verò multoties ad noxiorum custodiam vsi sunt Romani, cum excubias tempus postulat quod ager ipse in profundo locatus sit, & quasi vallo circumseptus, in ea carcere coercendos includentes. *Strabo.*

Nam cum Scipio(cui ex deuicta Aphrica,nomẽ Aphricani additum) Syphacem Numidarum Regem prælio victum,captiuum haberet,Romam,vt victi Regis splendore sui triumphi gloriam decoraret,miserit.Senatus decreto ad huius Arcis custodiam transmitti mandatum;licet dum, vt triumphanti seruiret,transmitteretur, vt clarior pompa in ornatu splendidissimo,& omnium magnificentissimo redderetur,Tibure (communi omnium fato) in hoc vno optabili quod vultum victoris, & ignominiam captiuitatis meruit morte declinare, decesserit; & quod Regio funere Patres honorandum censuerunt Liuius XXX. Consulti inde Patres, Regem in custodiam Albam mittendum censuerunt,morte subtractus, spectaculo magis hominum,quam triumphantis Syphax est. Tibure haud ita multò post mortuus,quo ab Alba traductus fuerat, conspecta tamen mors eius fuit, quia publico funere est elatus. *Liuius 30.*

Deuicta deinde Macedonia, captoque Perseo Rege cum tribus filijs,quem cum prostratum ad genua Paulus Emilius Consul vidisset,miseratus Regis calamitatem,iuxta se in sella collocauit, & vt ante currum postmodum cum filijs in solemni triumphi apparatu, fastum militarium honorum præcederet,cum seruasset;ad huius propugnaculi præsidium,vt seruaretur,vna cum filio Alexandro, Senatus pariter transmitti mandauit. Liuius XLV. Patres censuerunt, vt Q. Cassius Persea Regem cum Alexandro filio Albam in custodiam duceret. *Liu. 60.*

Nec quartum inde duræ captiuitatis annum protrahentem calamitatis vinculis dissolutis à corporea carceris mansione liberum spritum relaxans,sub durioris custodię ergastulo corpus reliquit, nec in aspero fato ingloria Mors fuit,quæ sumptuoso publico funere à Romanorum Principum clementia meruit honorari. Velleius primo. Post victum captumque Perseum,qui quatriennio post in libera custodia Albæ decessit. *Velleius 1*

Et Valerius Max. lib. 5. cap. 1. Consimili clementia in Perseo vsus est;nã cumAlbæ,in qua custodiæ causa relegatus erat,decessisset. Quæstorem misit,qui eum publico funere efferret, ne reliquias regias iacere inhonoratas pateretur. *Valer. Max. l.b 5.c. 1.*

In libera custodia Velleius dicit, cum in ipsa Ciuitate decessisset, nam quos duriori custodia mancipari desiderabant (ad quam ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

diximus) Arcem mittebant. Postremus, Liuij, & Valerij Maximi testimonio, Bituitus Auernorum Rex recensetur cum quo Q. Fabius Maximus feliciter cum pugnasset CN. Domitius eius successor, cui Regis & Allobrogorum consuetudo desierat, illisque ex veteri iniuria offensus, vt falleret, cum ad illius suffragia prouocasset, vt Victoris clementiam experiretur, Romanamque vrbem peteret (dissimulato cõsilio) fecit, ad se vt deliberationẽ accederaret, & accederet soli citauit. Ille spe reconciliationis, & fœderis ineundi, nihil insidiarum timens, allectus, illius fidei se commisit; & statim, vt hospitio excepit, nauigio impositum Romam transmisit; & licet Senatus factum improbaret, tamẽ ne patriam regresso Regi daretur noua belli occasio, Albæ custodiendum mandauit, sicque rem Valer. Max. lib. IX. cap. VI recenset.

Diodorus Siculus lib. XX.

Liuius lib. 61.

Valer. Max. lib 9 cap. 6.

Opitulabatur præheminentis loci fortitudini, & murorum coacernatæ vallationi electorum Militum legio, quæ non solum ad tuendos in fide colonorũ animos, & ad hostium spernendos insultus, sed ad omnem euentum ibidem parata erat, pro Reipub. Vrbisque accomodata præsidio, ex electissimorum nostrorum Militum electu, quæ & Marsia dicebatur; ex qua non nisi ad timendos Reipublicæ casus euocabatur, de qua Cicer. Philippica 3. Legio Marsica Albæ constiterat, in Municipio fidelissimo, & fortissimo; & idem Philippica 4. Albæ constiterant Martiales in Vrbe opportuna, munita, propinqua fortissimorum Virorum, fidelissimorum Ciuium, atque optimorum

Cicer. Philipp. 3

Et tantæ expectationis erat, vt victoriæ spes in illa reposita æstimaretur; vnde cum à se deficere, & partes noui Cæsaris Octauij, sectari Marcus Antonius cognouisset, Vrbem relinquens, Albam, vt ad suam deuotionẽ reducere procuraret, petijt; sed frustratus euentu, inuictorum Militum virtute ab Vrbe, & conatu excluſus, Tiburim se recepit. sic Appianus lib. 3. Albam vbi Marsia confederat profectus est, vt eam ad suam reuocaret auctoritatem, sed excluſus Vrbe, & reiectus à muris, retrocessit. Ipse autem cum ijs, qui aderant, Tibur vsque progreditur.

Appian. lib. 3.

Et cum in Senatu ea de causa ab ipso Marco Antonio crimineretur, talibus laudibus à M.T.C. cõmẽdari promeruit, & plusquã homini conuenit præconijs extolli, vt in eũ Philippica IV. Quid legio Marsia? quid quarta? cur laudantur? Si enim Consulem suum reliquerunt; vituperandæ? Si inimicum, laudandæ? & paulò inferius. Tunc illas cœlestes, diuinasque legiones Marsiam, & quartam, quibus cum Consulem suum non modò reliquissent, sed bello etiam prosequerentur, honores, & præmia spopondistis.

Æquè etiam laudanda, vt timenda legio, quorum milites, vt corporis robore præstabant, ita & armorum genere, siquidem scuta illi peculiaria erant, quæ & Albensia, & ex amplitudine decumana dice-

dicebãtur;& licet grauioribus armis præcincti ad bella pergerent, non ponderoſo illo onere,deſteritatis, agilitatiſque conſerendi retardabatur motus;quin nemo vberius, dexteriusq;iaculandi arte vicem illis abſtulerat? Vnde Halicarnaſſeus Marſorum veloces gentes dicit,quod idem eſt,ac agiles,vt Henricus Sthepani interpretatur.

Eorum conatus in miſſilibus, pluſquam in alijs armorum generibus erat;hiſque præcinctos ad certamina,Siluius noſter dicit, cum ſparo,quod agreſte paruum,& miſſile telum,à ſpargendo ſic dictum interpretatur;& in pugna eminùs in hoſtes iaciebatur,cui adijciebãtur fundæ,ad lapides, glandeſque proijciendos accommodatæ, quam vſum ex attrita experientia edocti, ita callebant, vt etiam volitantes aues in aere exincerto quaſi in indubitato ferirent. Silius 8. *Silius 8.*

Omnibus in pugna fertur ſparus, omnibus alto
Aſſuetæ volucrem cælo dimittere fundæ,
Pectora pellis obit, cæſi venatibus vrſi.

Communis ſpari,veſtiſque vſus cùm Marrucinis,Frentanis, Veſtinis,tùm cæteris eiuſdem regionis fuit, & in inſectatione ferarum, vt corpora labori aſſueſcebant, ſic animos ad certamina exercebant;proprium tamen Marſorum vſus amplorum ſcutorum, & vſus fundæ ad ſcopum attingere ſemper fuit; ſic Siſenna. Et Marſi propiùs ſuccedunt,atq; ita ſcutis proiectis tecti,ſaxa certatim lenta manibus conijciunt in hoſtes. *Cornel. ſi Senn. lib. 2.c 4. penes Non. in collect. Auſon.*

Naturalis huius habitudinis robore, armorum experimentatis exercitationis præſidijs,non ſolum Equorum exercitum,qui ad inſurgentis coloniæ incrementum euertendum acceſſerat eluſerunt, ſed & Marci Antonij triumuiri ſedulam induſtriam, vt ad ſua vota caperet,abiecerunt;quin,& ſodalium Italorum conuentum, cum pro libertate pugna iniretur, illaque ſtricto agmine cincta, vt fœdere vniretur ad abijciendum Romanæ Reipub.iugum cum premeretur, abiecit.

In vno tamen rerum haud proſpero euentu, parum ſibi felix, cũ poſt Cannenſem pugnam cum alijs XII. Colonijs impoſitum pecuniarum,& Militum penſum,præſtare abnuerit, nõ fœdera ſpernẽs, ſed quia tot attrita incommodis minimè poſſet; etenim,& ſi Italiam Annibal exceſſerit, nec ceſſare Romani à tributis, nec militibus latini nominis in Siciliam tranſmiſſis (iam octauo completo anno) vacationem concedere,aut ad Patriam reuocari animus erat; vnde in hoc vnũ coloniæ ipſæ iuerunt conſiliũ,vt alleuiarentur,& vt ſuppetias dare diſtulerint,cauſamque Senatui patefacere, quã earũ deliberationem,nec probauit Senatus ipſe,nec puniri iuſſit; ſed prudenti (& ad res gerendas accommodata diſſimulatione) ad tem-

pus distulit. Itaque sexennio post, cumde supplemento legionũ, quæ in Prouincia erant, ageretur (dempto iam metu), cuius gratia res dissimulata fuit, cum interim, boni, obediẽtesque socij pro fide, & obsequio Populi Romoni continuis tot annorum delectibus iam penè exhausti essent; neque minus acceptæ, & dum necessitas vrgebat iugũ obedientiæ abiecerant, vacatione, honoris causa, frui viderẽtur. Placuit Patribus, facinus iam penè obliteratum in memoriam reuocare ausumque penæ luitione, ex duplicata mulcta diluere, vt Liuius IX. recitat: sub hanc vocem non memoria magis Patribus renouata rei penè iam obliteratæ, quàm ira irritata. Itaque nihil priùs referre Consules posse decreuere, vt Consules Magistratus, denosque, Principes Nepæ, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carseolis, Sora, Sinuessa, Setia, Circeis, Narnia, Interamne (eæ namq; Coloniæ in ea causa erant) Romam accirent, ijs imperarent, quantum quæque earum Coloniarum militum plurimum dedisset Populo Romano, ex quo hostes in Italia essent, duplicatum eius summæ numerum peditum daret, & Equites centenos, vicenos; si qua eum numerum Equitum explere non posset, pro equite vno tres pedites liceret dare; pedites, equitesq; quam locupletissimi legerentur, mitterenturque, vbicumque extra Italiam supplemento opus esset; si quæ ex ijs recusarent, retine re eius coloniæ magistratus, legatosque placere, neque si postularent Senatum dari prius quam imperata facessant. Stipendium prætereà ijs Colonijs III M. æris asses singulos imperari exigique, quotannis; censumque in ijs Colonijs agi ex formula ab Romanis consulibus data prius quam Magistratus abirent.

Liuius 9.

Illius ager siuè quia glareosus, siuè inundatione ex imbriũ profluuio per Velinum Montem descendẽtium infœcundatus, parùm Cereri aptus, pomis tamen, sed agrestibus, quam plurimis abundat vnde Silius.

Silius 8.

.... Interiorque per vdos
Alba sedet campos, pomisque rependit aristas.

Ad inundantium potiùs aquarum impetum, sterilitatem referre non ab re erit; siquidem multis ab hinc annis, abundantibus pluuijs quas planum in cacumine Montis capere minimè posset, impetu facto, præcipitatis arginibus, per ipsum descendentibus penè Pagum Formæ (in illius radice situm) obruerit, & tanta violentia præcipitabantur, vt vltrà domorum vastationem, homines in suis grabatibus iacentes (nox quippè erat) auulsis ostijs domorum longè impulerit, & quamquam rarò contingat, arenarum, saxorumquè congerie, quam secum adducit infœcundantur campi. Vestitur tamen collis vndique arboribus, malorum, pyrorum, & nucum præcipuè,

puè,ſed mala haud læta omnia,pyraquæ papæ,& ex bergamo vocantur;nuces autem iucundæ,quas Plinius lib. XV. cap 22. recolit. Adijciunt præterea auellanas,& galbas prænestinas,quas maximè laudat, & conditas ollis in terra ſeruari virides credit. Nucis Thaſiæ,& Albenſes celebrantur,& Tarentinarum duo genera fragili putamine, & duro.

Vireſcunt etiam vites, ſed non ad maturitatem vſque vina promunt,idcòque inſuauia. Erant tamen circà in apricioribus collibus amæna,grataq;rura,quæ & dulciora poma, & gratioſiora vina,ficuſq; perdulces promebant; ſelectiſſimę tamen erant ficus, quas ex Syria, L. Vitellius,Vitellij Imperatoris Pater in ſuũ ipſius rus detulerat,ſic teſtante Plinio lib. XV. cap. XIX. Ex hoc genere ſunt, vt diximus Coctana,& Caricę,quæ cõſcendenti nauim aduerſus Parthos omen fecere M. Craſſo,venales prædicantis voce cauneæ. Omnia hæc in Albeſenſe rus è Syria intulit L. Vitellius, qui poſtea Cenſor fuit, cum legatus in ea prouincia eſſet,nouiſſimis Tiberij Cæſaris temporibus.

Is Syriæ Proconſul (cum antea conſulatum geſſiſſet) deſtinatus, Pontium Pilatum Iudeæ Procuratorẽ,impium, in Chriſtum Deum, Iudicem, ad Samaritanorum querelas, vt primitias luitionis ſceleris ſentiret, in ordinẽ redegit,qui impoſtoris cuiuſdam inanibus promiſſis allecti,in vnum ſumptis armis,vt denunciata aſſequerentur,conuenerant;& cum à Pilato miſſo milite, maior illorum pars trucidata fuerit,illorum magiſtratus patratæ cædis authorem illum accuſantes,reum conſtituunt;vnde Vitellius,ſubrogato in illius locum Marcello,Romam,vt apud Cæſarem ſuam cauſam ageret, miſit. Exacto poſtmodum Proconſulatu Cenſor effectus in gratiam Claudij Auguſti plurimùm venit, & poſt Meſſalinę cædem, Agrippinæ nuptias fouit,illasq; ſic in Senatum promouit,vt publico decreto licitę pronunciarentur. In Cæſaris exinde, & Auguſtæ obſequijs aſcriptus,in hac,quam adamari à Principe,prouinciam nouerat, in qua mirabile illud Fucini lacus Emiſſarium confecit, rurales delicias in hortorum fœcunditate, diuerſorum pomorum delectu ditatas elegit, hortumq; in quo modò Sancti Polini pagus ad mõtis ex aduerſo radices ad ortũ ſolis eſtiuum II. M. P ab Alba diſtantẽ ſuſpicamur, cum & perdultes albæ, nigræque adhuc ibidem nutriantur ſitque ſitus apricitate, ad omne non ſolum pomorum genus, ſed ad olera,frugeſque aptus. nam in paruo elcuato colle riguo,ex laticibus vndique inſurgentibus humoris fluitione ſolum vbertatur, olusque vireſcit;& non inſuaui Cæli temperie,amęnitate fœcundatur; arbores poma,uuaque maturato ſapore replentur;unde,& uina alba non inuidenda Albanis,Vrbiuentaniſque producunt;& ex oliuarum baccis non ingratum oleum,linumque non agreſte,ſed nobile, molle, albumbum-

Ioſeph antiq. lib. XIIX. c. 7. Tacitus Ann. lib. 12. Baron Ann. 37. & 38. & 39.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

bumque gignit,hic ad voluptatis delicias,vt Principis genio blandiretur,Vitellius villam extruxit.

Prætorium iuxtà ad viæ Valeriæ tractum, quorum operum magnificentiam ingentium saxorum parietes semidiruti monstrant; & nõ longè à fonte vestigia signantur, & publicorum balneorum in Ecclesia Sancti Laurentij (quæ Prætorio successit) memoria recolitur,& vbi iustitiæ simulacrum à gentilibus colebatur(reddito vero Deo cultu) Christi assectæ solem iustitiæ,inuictissimi Martiris Laurentij honore,venerare cæperunt, illicq; postmodum Cassinenses Patres (renouatis veteribus ædificijs) ad diuinos recessus habitaculum contexerunt,quod cum fatisceret,Abbas Baldus à Paterno, nouo iacto fundamento,extulit, vt in apice ianuæ Templi inscriptio docet.

AN. D. MCCV. INDICTIONE. QVARTA
EGO. ABBAS. BALDVS. FILIVS. ALBERTI
IOANNIS. SALVI. DE. PATERNO. HOC
OPVS. A. FVNDAMENTIS. FIERI. FECI
MANIBVS. MAGISTRI. GVARINI. ET
PETRI

Abeuntibus postea Monachis, cænobium haud diù stetit; & Ecclesia non tàm temporis iniuria, quàm exquirentium Thesauros stulta,sacrilega,& audaci inuestigatione effossa,ad ultimum excidium deuenit;cuius reditus Abbas Paterni,cum titulo percipit, licet immutata priori denominatione,Ecclesiã S. Laurẽtij in Cuna,ad præsẽs appellent.Notãdũ verò,quòd agro in isto auri est generatio,siuè naturali potentia in uiscer.bus terræ,siuè herbarum temperata cõcoctione producatur,& ad superficem mandetur in perdicum gutture à Venatoribus persepè repertum,& Ioannis Francisci Comitis Mirandulæ testimonio didicimus in lib. 2. cap. 6. de auro conficiendo. Inuentum quoque aurum est in perdicum uentriculis tempestate mea, siue id illæ dum in terræ superficie conspicerẽtur instar granorum deglutirent:siuè generatum sit ex eduliorum occulta potestate, quibus è terrę sint auri exordia communicata, præcipuè in Marsorum montibus,herbarum potestati nobilitatis,quandoquidem non longè à Fucino lacu,parte quadam Albani campi perdices illas diuersari,dum eis in locis adhuc puer militarem, non sinè demiratione percepi.

Ioannes Frãciscus de Mirandula lib. 2 cap. 6. de aur. confic

Tam ampla,nobilis,& munita Ciuitas suo fato absumpta, in paruo redacta uico, aliqua tamen illius magnificentiæ vestigia in mœnijs inter alia, fortissima structura,pergrandibus lapidibus tenacissimo cæmento compactis (ut mirum sit à multis ab hinc seculis aliqua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

qua in parte perdurent illæsa) cõseruat; non opere longobardico, vt suspicatur Baccius sed Romanæ potentiæ laborioso artificio compactis, quo facilius inimicorum sperne et aggressus; passimque etiam per desolatæ Ciuitatis ruinas incisi sepulchrales lapides cernuntur qui cum tantummodò antiquitatem redoleãt, nihilque per se sapiant, transcribere consultò prætermisimus; præter aliquos In Ecclesia Sancti Angeli in ascensu collis ex Fabia tribu titulorum memoria legitur.

CN. TITVLEIVS. C. F
FAB. EQVES
C. TITVLEIVS. CN. F
IIII. VIR. ITER. QVI

Ad fontem Androsciani.

C. TITVLEIVS. C. F
FAB. PRÆF. EQ

Quo rerum infortunio à splendore fastigij sui ceciderit, ornatumque nobilis Ciuitatis amiserit, haud nobis adhuc compertum. fertur bello, sed incerto Milite, igne consumpta; cum in rudetis, quæ in diem excauantur incendij attrita vestigia referantur; sed fabulæ accomodatum inuentum, quod successibus accomodari non potest enarratur; potiùs tamen Romano fatiscente Imperio barbarorum, & intestinorum bellorum turbine Italia attrita, cum alijs Illustrioribus Ciuitatibus in præceps ruisse credimus (& præter mœnia) ædificia reliqua ita solo addicta, vt seges sit vbi Troia fuit, resecandaque falce; ex ruinis tamen insigne aliquid semper in dies ex ære, aut lapide eruitur. Et ad Vrbem aut aliò ex dominantium arbitrio defertur; sicque exactis iam annis Romanorũ Principũ decor, Excellentissimus D. Philippus Columna, totius ferè Marsiæ Toparchiæ Dominus ad suos in Vrbe spectabiles hortos, domitoris Aphricæ Scipionis, & terroris Romanæ inuictæ potẽtiæ Annibalis Carthaginesis marmorea simulacra miræ artis industria excauata transferri curauit; præcipuũ ẽdificiorum detrimentum tulit cum Carolus Neapolitani Regni primus Rex ornamenta, insigniaque publicorum operum monilia, in Cœnobij a dificatione, quod ad Salti amnis ripam, non longè à ponte, in campis Palentinis, inter ipsam Ciuitatem, & Scurculam II. M. P. vbi à Corradino victoriam reportauit, asportauerit, & omni decore spoliauerit, illoque solo iam adaquato, facta sunt aliorum materia; siquidem nobile Sanctissimæ Triadi dicatum Templum, in iam dicta terra Scurculę, ex illius lapidibus est ẽpactum; & quod ita æqua-

Platin in vita Paschalis 11. Thomaso costa nell' additione al Colennuccio lib. 1. fol. mihi 46.

Cerillo negl' annali dell' Aquila l. 1. f. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

æquale omnium rerum periculum ſubierit, & coniectura adiuuamur; ſiquidem tranſactis ſeculis, anno ſcilicet MC. ex Vrbe Guiliberto Parmenſi Rauennati Epiſcopo, qui ſe in Petri Cathedram, Henrici II. Imperatoris potentia fretus intruſerat, eiecto, Albæ intuta ſtatione ſe recepit proprijs viribus, & ſchiſmatis fautoribus niſus copijs, & fauore Riccardi Principis Capuæ, Catholici electi Paſchalis II. Summi Pontificis conatus elidere arbitrabatur; ſed nō ità; nam Summi Paſtoris vigilantia, qui ſchiſmata abolere, & hereſiarcham, totiès capite damnatum, ſternere totis viribus ſatagebat; omnes illius conatus eluſit, & auro, & armis Rogerij II. Siciliæ Comitis aliorumq; Orthodoxorum auxilijs, ita ex Alba depulit, vt haud certo loco pedem figere permiſerit, donec tandem profugus per montes Forconij ærumnis, & inedia attritus infelicem emiſerit animam, pacemque Eccleſiæ reddiderit; & ne Diuinæ vltionis pœnas, oſſa illius penitus euaderent; quinquennio poſt è ſepulchro ad flumen proiecta, ſpectaculum perduellibus Catholicę Eccleſiæ ſatis timendum dederunt.

Antipapæ partes non Riccardus Aquilanus, ſed Princeps Capuæ ſectatus fuit; ſiquidem eo tempore, duo eiuſdem nominis proceres viuebant: vnus Capuanus Princeps Catholicæ Eccleſiæ perduellis, cuius multa inuaſerat oppida: alter Fandi Comes, & ab Aquila, ſeu quià Ciuis, ſeu illi cognomen inditum, dicebatur vt Cerillus ſuſpicatur, & hic vniuerſalis Eccleſiæ Catholicę Epiſcopi partes tuebatur, vt diximus.

Eo ſiquidem tempore non penè (vt modo auctis calamitatibus) habitatoribus deſtituta; ſed ſi non antiquā ſpeciem, tamen pernobilis Ciuitatis præferebat; in qua, qui ſummo Romanorum Pontifici contraierat, cum electa militum manu, & fautorum Principum apparatu, ſe recipere meritò poſſet; ſed cum poſtmodùm paulatim Ciues perlaberentur, aliaſque habitationes quærerent qui remanſerant; cum in deſolato loco ſimul coire, & communibus neceſſitatibus diuiſim habitantes occurrere, & in inuadentium prædam facilè cadere poſſent, & imminentibus præuiſis periculis in altioris collis apice nouis mœnijs ſepto, ſedem fixerunt; ad cuius tutelam nobiliſſimæ Vrſinorum familiæ Proceres (qui diù eius dominatum, cum comitali corona ſunt potiti) arcem extruxerunt; ad cuius ditionis Imperium cætera circùm Oppida ſubiacebant, illiuſque Dominus inter primores Regni Barones, & amplæ Toparchiæ poſſeſſione, & antiquæ nobilitatis ſplendore numerabatur. Etenim anno MCLXI. Berardus Albæ Comes filiam ſuam Andreæ Comiti Comini cum numeroſæ dotis apparatu, quo ius Comitatus redemit, & rebelles ſubegit, nuptui dedit, & Rogerius ex eo natus filius anno MCLXXXI, ſub Gulielmo Rege, in apparatu ſacri belli militare ſeruitium pro ſuorū feudorum poſſeſſione militum LXXX. & ſeruientiū C. ſpopondiſſe

Regiſtrum Baronum, per D. Carolum Borellum. Arciprete memorie del Sannio lib. 4. c. 7.

disse recensetur. Eoque Maiestatis celsitudine prouecta, vt non dedignarentur Reges illius insignia; sicque Ioanna Ducissa Duratis Albæ,& Grauinæ Comitissa enunciatur in diplomate pro Territorio Terræ Pœnæ huic nostræ Patriæ cõcesso,ãno MCCCLXXVI,quẽ Margarita Regina Ladislai Regis Mater sequuta,fuit MCCCCV. prout supra retulimus,ad Columnensium Principes tandèm cum tota ditione transmissa,qua hodie feliciter potiuntur, sic est diminuta diuitijs,sic ædificijs depauperata,sic habitatoribus deserta,vt vix illi Vici nomen conueniat;& quæ iam sexmillibus Colonis à Romanis aucta fuit,vix viginti hodie familias capiat, sic fata ruunt, & magnæ in præceps (vrgente fato) res prælabuntur. Vetustam tamen Maiestatem in tituli splendore,& Toparchiæ caput adhuc retinet, & Iuris dicentis sedes est.

Transactis seculis,antequam ad hodiernam vastitatem deueniret, Deiparæ Virginis sacratum templum,cum numeroso Canonjcorum Collegio Abbatiali titulo decoratum, quod modò extra mœnia parũ longè penè desolatum cernitur,illi erat;cuius seruitium,vt noui Oppidi Incolentium commodari prospiceretur,ad Ecclesiam Sancti Nicolai intra septa erectã translatum fuit;numerusque Canonicorum, ad septem tantum Personatus,ex Gentilis Marsorum Episcopi prouidentia redactus anno MCCCXCIV. quorum aliqui adiacentium Ecclesiarum in circum erectis Villis seruitio sunt mancipati, cum retentione stalli, aliarumque præeminentiarum, & obuentionum.

In altero,qui ex aduerso Colle est, Cassinensium familiæ Patres ex vetustis ruderibus Principi Apostolorum magnificum templum, tribus fornicibus distinctum extruxerunt, illique iuxtà cœnobium, ex Abbatis, Capitulique placito, post Monachorum discessum anno MCCCX. Minores Conuentuales ex Illustrissima Seraphica Religione fratres,vsque ad hæc nostra tẽpora successerunt,quousq;ex Sãctissimi Innocentij X. constitutione suppressum,Seminario Pescinati addictum fuit.Templum ipsum plurimùm antiquitate redolet, atriũ cum anteianua columnis marmoreis excauatis constructũ, ex vario pario opere vermiculato exculptum habet,cuius magisterij Fabrum incisa carmina indicant.

Ciuis Romanus doctissimus arte Ioannes,
Cui Collega bonus Andreas detulit onus,
Hoc opus excelsum struxerunt mente periti,
Nobilis,& prudens Odorisius adfuit Abbas.

Presbyterium ex Monastico instituto, ab anteriori templo columnis, tabulisque marmoreis separatur; quod fatiscens idem Odorisius Abbas suffulsit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ABBAS. ODORISIVS. FIERI. FECIT
MAGISTER. GVALTERIVS. CVM
MORONTE. ET. PETRVS. FECIT
HOC. OPVS

Lipſanis Sanctorum Martyrum quamplurimis argenteis thecis incluſis Ioanna I. huius Regni Sereniſſima Regina ditauit.

In cornu Euangelij ipſius Presbyterij in lapidea capſa, ferreis cancellis munita, includitur corpus Beati Benedicti, quem ferunt Seraphicæ, vel alterius cuiuſpiam Religionis alumnum, contemplationi deditum in remota ſolitudine ad Velinum Montem in quodam antro, quod ad hodiernum diem (la grotta del Chriſtiano) appellant, arcanis celeſtibus ad corporis ſui vſque diſſolutionem vacaſſe, & poſtquam ad cælestia migrauit, miraculorum ſignis coruſcantem indè translatum, illius anniuerſariæ memorię celebritas XII. Kal. Aprilis, quo Catholica Eccleſia Monachorum Patriarchæ Benedicti feſtum veneratur, recolitur. Siuè vtriuſque is fuerit natalitius dies, ſiuè quos vna complectitur nominis determinatio, vnica celebritate fidelium deuotio recolere decreuerit; illius autem acta, vitæque geſta cum plurimum inſudaremus nullibi expiſcari potuimus.

Vndequaq; totus collis ruderibus, & veterorũ ædificiorũ monumẽtis refertur, & adhuc Ioui Sacrati Fani veſtigia aliqua moſtrantur, reliquorum inanium Deorum delubra, vel perierunt, vel veri Dei cultui ceſſerunt. Erat in deſcenſu collis (& nunc penè dirutum Caſſinenſium Patrum S. Angelo dicatum templum.

Ante aſcenſum in auſtro, ad radices, ſacellum Diuo Leonardo ſacratum adhuc extat, quod quondam totius Comitatus aula ad communia negotia pertractanda erat; ſunt in eo lapides priſcorum memoria ſignati, quorum vnus ſic ſe habet.

C. VOLCEIVS. C. F. L. MARO
P. L. TIVMO

Alter in baſi Altaris ſic extat.

NICOMAGVS. SA. F. L. S
P. AA. TAA. TETIDI. L. S
DOROTEI. TIE.·.,·..
BASIM. DON. DANT

Illius deſolatio ſiuè hoſtili ferro, ſiuè ponderibus librata ſuis aduenerit, multorum pagorum, Oppidorũque principium fuit; ſiquidem

Ciues

Ciues ipsi,qui in agro villas,latifundiaque tenebant, domum, familiam,cum suis fortunis, laribusque quisque in sua rura transtulit, quod,& Amicorum, familiariumque aduentantium numero indies adauctum, communi inhabitantium consortio rus in Oppidum transijt,quorum aliqua nomina secùs à communitate desciuerunt, promiscua siquidem cætera omnia, ac si vnus esset incolatus ad vsque hodie retinent.

Sunt illa præter S. Polini pagum ad collis radices, in occasum uersus Andruscianum,ideſt antrum sanum,ab antro, quod infirmantium saluti propitium erat,à temporis iniuria ad nos seruatum;& in ipso pago non longè à fonte brutorum,nunc Aula cernitur, circa quam rudera insignis alicuius ædificij formam monstrant. Sunt & alij duo pagi ad austrum II.M.P.ab Alba ipsa in planitie,quæ Velino Móti interponitur, Massæ nominati quorũ qui Velino appropiatur ex Dei Genetricis templo de corona, Massa corona nomen adijcitur;alter inferior Massa nuncupatur,quorum ager parum Cereri,sed croco aptus,pecoribus grata pascua præbet; vndè, & Incolæ opes augent;inter vtrumque aliud eiusdem Immaculatæ Virgini de Ripula templum insurgit, quod Incolarum deuotione frequentatur; & aliud Apostolorum Coryphei fratri dicatum,in quo sepulchralem Amarediæ Lucinę lapidem inuenimus, qui sic se habet.

S. Polinus

Andruscianum.

Massa sottana.

Massa Corona.

AMAREDIE
LVCINÆ
QVE. VIXIT. ANNOS
XVIIII. MEN. VII. QVE
MONDION. IN. MONVMENTO
SVO. MAREDIVS. APER. PATRO
NVS. C. MAREDIVS. SEVERVS
ET. MEREDIA. S. PYCHE. FILIÆ
PIISSIMÆ

Ad ortum ferè æstiuum ab Alba II.M.Pass ad ascensum Montis Magnolæ aliud quod Forma vocatur ab aquæductis, qui communi vocabulo formę appellantur,quibus quę modo ibidem fluunt ad Ciuitatem aquę ducebantur,sic dictum;de quo in Chronicis Cassinensibus aliqua mentio habetur;nam in donatione, quam Ludouicus Imperator Monasterio S.Angeli in Barregio iuxtà flumen Sangri stipulasse recensetur,inter alias Ecclesias Sancti Antimi ad formas in pertinentijs Marsorum numeratur,& Alibi à Nobilibus Marsorum Diuo Benedicto Ecclesia Sancti Patris vbi forma vocatur, & Ecclesia Sancti Donati supra ipsas Formas cum omnibus, quæ ad ipsas pertinebant,traditæ asseruntur.

Forma.

Ostiensis l.1.cap.36 & lib.3. cap.39.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Castrum nouum.

Et cum parùm inde discedit ur, in angusto vallis, in apice insurgentis collis Castri noui pagus inuenitur, cuius ager frumenti ferax, & pratorum copia ridet, æstiuis ardoribus amænitate situs, aquarum & abundantia periucundum habitaculum præbet; cultoribus tamen, inhabitantium numero penè derelictum.

Cappella.

Ad duo milliaria ab Alba occasum versus turribus, & valle munitum Castellum, Cappella nominatum insurgit, & Iconibus, Cappellisque, quę Cisterciensium familiæ Alumni, circa Ecclesiam Sancti Nicolai, in qua eorum erat Monasterium, pro monasticę disciplinę cultu, ædificarunt; quod exinde ex permutatione cum Ecclesia Sanctæ Marię de Pertuso in pertinentijs Soranę Diœcesis in montibus; quos diximus sita, quę de iuribus Marsorum Ecclesię erat, ad Marsorum Præsulem deuenit; & reclamante postmodùm Abbate Casamari permutatio ipsa ab Honorio 3. anno MCCXVI. irrita declarata fuit, & postmodum, cum exemptam ab omni Episcopali ditione Monachi prætenderent, Gregorius IX. ratam habens sententiam, Ottonis tituli Sancti Nicolai in carcere Cardinalis, cui discussio causæ demandata fuerat, & suo diplomate Episcopalia iura perpetua stabilitate firmauit; exacto deinde tempore, cum Cistercienses penè ex omni Comitatu recederent, Monasterium in Castrum transijt, & inhabitantes Coloni à Cappellis nomen illi indixerunt, cuius Ecclesia extra mœnia à Parocho, Abbate nuncupato, libera ab omni Monachorum censura custoditur, ager ad segetes, & vites aptus dulcia vua, & poma ex omni genere grata nutrit; laticibus vndique insurgentibus tantum offenditur, vt cum sepè nebula obumbretur, parùm salubri aere gaudet; fons propè Ecclesiam limpidissimis vndis abundans crystallino humore, & pergrato sapore scatet.

Ad hæc omnia Comitatus Toparchia hodie fines suos extendit, vna olim omnium Vniuersitas quatuor centum familias habebat, nunc vix dimidiatum numerum explet.

Quæ autem re, & nomine è communione desciuerunt adductis aliundè familijs in insigniora creuerunt oppida; quorum & si non amplũ, notũ tamen Paternũ ad radices rupis Ceruaræ in capite lacus ad meridiem III. M.P. ab Alba est. Quod Hildebrãdus Dux Spoleti cum agro quingentorum simul modiorum, & multas familias, cum piscatione ad lacum Fucinũ vsque ad Piscinam anno MCCLXXIV. Diuo obtulit Benedicto; vt Leo in Chron. lib. 1. cap. XIV. & Ludouicus Pius anno MCCCLXVI. Monasterio Sancti Angeli in Barregio inter alia Ecclesiã Sancti Georgei in Paterno, ab Antecessoribus collatam suo diplomate confirmauit. Quæ postmodùm Theobaldus Abbas concessit cuidam Ricconi pro annali censu solidorum LX. & piscibus octingentis, & multò antè Monasterio Sanctæ Mariæ de Luco, quidam Apicus de Paterno hereditatem suam testamento

lib. 2. cap. 36.

dedit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

dedit, vt in eodem chronico lib. 2. cap. 7. antiquum fortilitium ad excubias Regionis ex lapidibus quadratis à Romanis olim erectum supra Oppidum CC. P. conseruatur; non aliud quippè in eo præter hoc memorabile; centum ferè in eo numerabãtur familiæ, nunc vix decem, & ita depauperatum, vt nec Fisco satisfacere possit. Ager eius fœcundus, lætusque ad omnia genera frugum, pomorumque, & prçter cõmunia Regionis, oliuarum baccis vltrà Incolarum necessitatem abundans; in hoc vno parùm felix, quòd ex paludibus, quæ circà lacum sunt haud salubrem aerem in æstate haurit; vndè flante eo tempore Austro infirmantur: est illi Parochialis Ecclesia Sancto Sebastiano Martyri dicata, cui perpetuo annexa est Sancti Laurentij ad cunas, & in monte Sancti Honuphrij Eremus deuotione fidelium, amœnitate situs, & aquarum suauitate frequentata; in plano Sancti Saluatoris olim Farfensium Monachorum Cœnobium, nunc simplex, & rurale beneficium; antiqua autem Parochialis inter vtramque manet in descensu collis Sanctæ Mariæ de Paradiso, dicti. lib. 2. cap. VII.

Ferri ad opus igne flectendi officinas, fabrorum Collegium Albensiũ ad occasum versus II. M. P. locarunt; ex quo Oppidum Malleanum dictum, vbi parùm in plana terra intumescit exortum, quod in stemmate hodierno die monstrant; nam duos seminudos fabros in incude malleis ignitum ferrũ molliẽtes in parma sigilli, quo publica signantur monumenta, exprimunt; cuius operi forsitan præerat C. Herrẽnius Maximus ex excussi ferri instrumẽto, quod in lapide ipsius sepulchrali, qui in Refectorium Cõuentus Fratum Prædicatorum visitur, qui sic se habet.

D. M. S
C. HERRENNIO
Q. F
MAXIMO
SVTORIA
AYTTA. CONIVGI
CVM. QVO
VIXIT
ANNOS. XXV
B. M. P

Sin potius illius originis causam ab alio euentu non repetamus; cum enim qui ex Carce, seù Carchio abierant, Montana despicientes Vicos elegerunt, & in Valle propè in segregatis Villis habitare cœperunt, quarum vix hodiè nomina in illarum ruinis conseruantur. fuerunt Villa Sancti Blasij vltrà flumen ad prospectum Marani Oppidi in calce oppositi, in quo Ecclesia, & aliquæ domus derelictæ extant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

tant;altera ad pontem, in quo aliqua vestigia, & diruta Ecclesia; & cũ ad Malleanũ tenditur iter, Villa Sancti Angeli;& descendendo M. P. Villa Sanctæ Mariæ Magdalenæ,quæ post Monialium discessum, fratribus ordinum Prædicatorum cessit;& parùm infrà, Villa Terræmori ast Pistrinum;& post istas villa, Sancti Martini; Sancti Barnabæ,& Villa maior iuxtà Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Valle in pertinentijs Roscioli, & aliæ quamplurimæ, quæ post Caroli cum Corradino pugnã,in Malleanum Roseolum,& Sanctæ Anatoliæ Oppida transierunt;siquidem cum hostium insequeretur progressus in colle in quo modo Oppidum situm est,castra posuisse profitetur in Epistola ad Clementem IV. De pratis Onindoli,secus lacum Fucinũ, & Villa Aniceni, aciebus instructis, demùm quendam Collem propè Albam, qui per duo millia distabat ab hostibus, ex quo campus Palentinus se explicat iter meum prosequendo,perueni.

In qua nec de Carne,nec de Malleano mentio habetur sed tantumodo de monte Carchij,vndè,& in scripturis publicis postmodũ confectis Malleanum de Carchio enunciatur;vt in bulla collationis Sãctæ Mariæ in ValleRaynaldo Cardinali Vrsino anno MCCCLIII. sic Iudex se subscribit. Nos Petrus Iacobus de Malleano de Cartio annalis Iudex ipsius Castri Cartij.

Illius structura moderno lapide ornata, altero penè seculo in esse deductum signat;muro in vniuersum cingitur, & frequens habitantium incolatus, illud in domos conuertit, vltrà tamen biscentum focularia explet,sunt omnia intus bene dispositа, & in pede plateæ Parochialis Ecclesia Sanctæ Luciæ Virgini, & Martyri dicata, collegio sex Canonicorum,& Abbatiali decore spectabilis; extrà mænia fratrum Prædicatorum nobile Cœnobium,prouentibus Monasterij Sanctæ Mariæ Magdalenæ ditatum; & inter Rosciolum, oppidumque prædictum aliud nobilis structuræ fratrum *Minorũ* de obseruantia insurgit, ex deuotione hominum Malleani in honorem Immaculatæ Virginis, & Sancti Martini Episcopi erectum, vbi tumulatur Pascatius Nobilis Medicus, qui versibus, multos *Sacræ Scripturæ libros reddidit*, vt in illius sepulchrali elogio habetur.

Qui cecini Stellam, Genesim, Rut, Iudit, & Æster,
Pascatius modico claudor in hoc tumulo.

Est & alia Parochialis extrà mænia Sanctæ Mariæ de Malleano,illius Rector Abbatiali titulo gaudet, & sub se aliquos Cappellanos retinet;non est tamen limitibus Parochia distincta, sed permixtim Parochiani cohabitant; Sacramenta tamen à proprio Parocho in Ecclesia Sanctæ Luciæ recipiunt, cuius illa filialis est.

Ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Habuit autem Roſciolum (vt modo diximus) incrementum , à Malleano II. M. P. ad Aquilonem diſtans ; ſed vetuſtiora principia *Roſciolum* ſiquidem illud Berardus Comes Berardi Comitis Marſorum filius circà annum MLXXXV. vna cum Monaſterio Sanctæ Mariæ in Valle Porchanenti Caſſinenſi Monaſterio dono tradidit , quod modò Roſciolum appellant, paruum eo tempore, ſed adiectione Villarum quæ circa erant , & incremento Carce (à quo per mille paſſus diſtat) & vnione præcipuè Villæ Sancti Barnabę auctum, quę ad prafatum Monaſterium ſita erat. à qua in humanis, diuiniſque honores & incrementa cępit. Nam homines illi ſacram ſupellectilem , cãpanas, vaſaque ſacra, vnà cum Collegio octo Canonicorum , & dignitatem Præpoſituræ ſecum tulerunt, homagium autem Abbati farfenſi, quem ſolùm in ſpiritualibus recognoſcit, ſoluit ; & ſi intrà limites Marſorum Diœceſis Caſtellum , Eccleſiaque ſint , illiuſque Epiſcopo vltrà ab hinc XX ann: decimas procurationeſque pręſtabat, & Innocentius VI. cum Prępoſituram Rainaldo Cardinali Vrſino contuliſſet, ad Marſorũm Epiſcopum pertinere denunciat. Certè quidem Bucca de Teba (quam partes Teui Carolus in prędicta epiſtola dicit) quę terminus Marſorum Diœceſis à Paſchali 2. firmatus eſt ſupra Roſciolum, & infrà Sanctę Anatolię Oppidum, hodieque la bocca di Teua dicunt attamen liberè iura, quaſi Epiſcopalia, Farfenſis Abbas ibidem exercet, nulliusque Diœceſis aſcribitur ; Eſt tamen hodie habitatoribus penè deſertum , illiuſque ſolum eadem fertelitate, cum Malleanenſi gaudet ; præter quam latioribus finibus extenditur, & pomorum abundantia redolet, mœnibus cingitur, cum perexcelſa Turri antemurali, & propugnaculis munita; quæ cum in Gallorum incurſionibus ſuo munimine regionem defendiſſet, à Neapolitanis Regibus XXIV. ducatorum ſtipendium quotannis promeruit, & ad hãc noſtram ætatem à Regio Theſaurario illi perſoluuntur; Monaſterium illud Sanctæ Mariæ II. M. P. in eſtremo peranguſtæ Vallis penè ſolo ceſſit ; Templum autem magnificum , & peramplum perpolitis lapidibus contextum, tribus fornicibus, quadratis columnis ſuffultis, ab iniuria temporis illæſum permanet , illiuſque maior ara quatuor columnis ſepulchrum miræ artis, varijſque figuris excauatum ſubſtentatur; Presbyterium Eccleſiæ tabulis ſacris imaginibus penniculo ad viuum expreſſis ornatur. In vniuerſo Eccleſia ipſa inculta, quippe ſolatio hominũ deſtituta, & à Monachis derelicta & à ſecularibus Clericis parum frequentata. Inſignia Marſorum Comitum in exteriori apſidis parte excauata conſeruat. In atrio anteoſtium in quadrata columna Prioris Monaſterij nomen, qui illud cõfecit recenſet.

HVIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

HVIVS. ECCLESIÆ. PRIOR. EST. VERVS. ATQ.
LARGITOR. IPSE. QVIES. PROBVS. HOMO
SIBI. AVE. ATQVE. HONOR. BERNARDVS
B. NOMINE.

In alia ex aduerso Columna fabri nomen versibus leoninis extollitur.

Hoc Opus est clari manibus factum Nicolai,
Cui laus viuenti, cui sit requies morienti;
Viuus honoretur, moriens super astra locetur;
Vos quoque præsentes, & factum tale videntes
Iugiter oretis, quòd regnet in arce quietis.

Et in operculo sepulturæ dextrorsum, in introitu Ecclesiæ antiquum monumentum inscriptum aspicitur.

L V P I C I N O
F E L I C I A
C O N I V G I
B E N E M E R E N T I
P O S V I T
C V M. Q V A. V I X I T
A N N. XVIII

Sancta Anatolia.

Eodem itinere M. P. est Sanctæ Anatoliæ Castrum in ditione Reatina situm, Sanctæ Virginis auspicijs, quæ martyrio pro Christi fide in Ciuitate Thora, parùm ab hinc longè, felicitèr coronari meruit; siue in persecut one aliquid ibidem passa posteris proprij nominis passione illustratum locum reliquerit, siue alia occasione inditum ignoratur.

Turanum.

Indè Turanum M. P. à Sanctæ Anatolię Oppido, quod à flumine nomen sumpsisse Cluuerius suspicatur, cum i dpropè fluat, nomenq; ei Toranus sit; post Corradini Exercitus profligationem exortum ex vicis, quos Militaris furor vastauit coadunatum, quorum Incolę diruptis domibus, haustis substantijs, vt ne in posterum similia paterentur, eo deuenerunt consilio, vt simul coalentes munitam stationē stabilirent; sicque locum quem Sabidius Taurus Ioui sacrauerat declinarunt, & faustis Sabini auspicijs de suo cognomine nomen loci dederunt, & ad hæc nostra tempora basis, qua simulacrum Iouis sistebatur his literis notata inspicitur.

IOVI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

IOVI. MAXIMO
SABIDIVS. TAVRVS

Cuius etiam memoriam, cum dignitatum ciculis in lapide, quem mox relaturi sumus, ostendemus. *Corbariū.*

Post S. Anatoliæ, & Turani, Corbarium noui nominis oppidum apparet, Petri Ranalutij Ordinis Minorum alumni facinore notum; vetus est in eo eiusdem Religionis Cœnobium, in quo vnum ex caputijs Seraphici Patris veneratione colitur; sed redditibus denudatum, Pontificiæ constitutionis Innocentij X. cum cæteris depauperatis Conuentibus ordinationi subactum; Clero seculari est additum, & Abbatis moderationi paret. Qui illius dominio fruebantur Comitali corona fulgebant; modò ad Ducalem dignitatem euectum. Excellentissimi M. Antonij Columnæ, Magni Comestabilis, qui primus coronari meruit, fælici imperio parer; ad tuendos in fide Populares Roccam, cum propugnaculis munitam, primi Comites construxerant, quæ tempore fatiscens reorum custodiæ deputatur; per cuius agrum via, quæ ab Vrbe per Equos ad Vestinos ducebat, signabatur, cuius passim vestigia apparēt, iuxta quam veterem Sabidij inscriptionem, quę modò ante ianuā Oppidi conseruatur, inuenimus.

SABIDIVS. C. F. PA. P. PRIM. PIL
SV. ET. LEG. X. ET LEG. VII. TAVT
IN. X. PRIMVM. PIL. DVCERET. EODEM
TEMPORE. PRINCEPS. ESSET. LEG. VI
PRÆ. B. GV. CÆSAR. DIVVS. AVG. ET
TI. CÆSARIS. AVG. DEM. SVA
A. DONAVIT
CORNELIA. AVG. N. P. PVPILLA. V
S. R. CRISPIN. NEPTIS

Iam ad Equorū ferocē gentem deuenimus, quæ insurgentis Romanæ Reipub. vires continuis attriuit bellis; & toties victa, victorem nouo parato bello spreuit; donec parere cum alijs Italiæ Populis docuit; inter Syluarum densitatem, & Montium anfractus, ex primęuo Auorum instituto vicatim habitant; nec Illustre aliquod Oppidum, aut Ciuitatem habent, inter excisas veteris Oppidi ruinas duo veterum monumēta expiscati sumus, quæ in gratiam antiquitatibus studentium hic apponimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

In Eccleſia Sancti Elpidij

C. VETTENVS C. L. APHRODISIVS
C. VETTENVS C. L. TERTIVS.
C. VETTENVS C. L. SEXTVS
VETTENA C. L. HILARA
VETTENA C. L. MAXIMA

Et in ponte parui riuuli ad Pagum Torre di Taglia

T. CAIO T. F. POL.
CRISPINO.
DRVSI CÆSARIS BENEFIC.
MILITAVIT COH. VI. PR.
AN. XVIII. V. AN. LXX.
HER. POSVER.
AL. Q.
IN PR. X. IN A. P. XII.

Cum iam ab Alba diſceſſimus ex diſſipatis Carcis ciuibus oppida numerantes ad Equos vſque peruenimus; nunc, quæ ex illius ruinis excreuerint annotemus.

Scurcula. Ad occaſum verſus III. M. P. in pede Montis partim, & in plano Scurcula oppidum inſurrexit, in quo loco excubiæ ad Regionis cuſtodiam extructæ apparent; vnde attrito vocabulo excubiæ Scurcula dictum; vel illud à vetuſtiori commutatum; cum illuc Cuculum à Strabone lib. V. ad tractum viæ Valeriæ poſitum ſitum erat. Albenſium poſtea congregatione auctum, cum incremento nouum à ſuo non diſſimile nomen ſumpſerit; vel ab vtriuſque confuſione, cum excubiæ ab oppido notarentur, placuit Scurcula tantum pro Cuculi excubias dici; vtrumque Etymon rationibus accomodatum non diſplicet; cum in cacumine Mõtis, quem à S. Nicolao nunc appellant, arcis excubiarum veſtigia ſiſtunt, & Oppidũ à Strabone relatum, iſtud potius, quam quod nunc Cuculum XIIX. M. P. ab hinc diſtans fuiſſe, & tractus Valeriæ, ad quem ſedet, & antiquitatis aliqua monumenta ſuadeant, quæ & oculatiſſimum Cluuerium in hanc ſententiam firmarunt.

Cuculum oppidum propè viam Valeriam, quã à Tibure ad Corfinium vſque protenſam, ait idem Strabo, id nunc eſſe volunt quod inter Carſeolum, & Albam ſiniſtrorſum in planitie ad montium radices, vulgò dicitur Scurcula, Scucula, Scutula; nec ſitus, nec nominis ratio abhorret, & antiquæ etiam hic inſcriptiones repertæ.

Inter quas L. Marculeij Cænotaphium in lapide deſculptum & à L. Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

à L. Marculeio Fausto filio Patri memoriæ sacratum, nostra industria seruatum posteritati reddemus.

D. M. S
L. MARCVLEIO. SATVRNINO
VETERANO. AVGVSTICO. VII
PRI. III. VIRO. I. D. QVESTORI. REI
PVBLICÆ. CVRATO. PECVNIÆ. ET. ALIMEN
CVRATORI. ANNONÆ. PLEBIS. CVRATORI
OMNIVM. PVBLICORVM. CVRATORI. APVD
T. IOVEM. STATOREMQ. COLEGI. FABRORVM
TIGNIARIORVM. L. M. ARCVLEIVS. FAVSTVS
IVNIOR. III. VIR. IVRE. DIC
CVRATORI. ANNONÆ. PATRI
OPTIMO. ET. SIBI. FECIT

Alter vltra tractum Valeriæ inter Montes Pelignorum, de quo alibi, noster autē sua vetusta principia ab illo, refert quod Strabo repetens ex sparsim vicis, qui ruente Alba exorti erant, in vnū coalescētes Oppidi formam ampliauerunt; seruant autem adhuc incolæ in publico ęstimo nomen vici, à quo fluxerunt, seiunctum à veteri; nouum additum recinctum mœnium est, totum in Monte, in cuius summitate Arcem quadrilaterem cum orbiculatis turribus in angulis Proceres Vrsinorum extollerunt, quæ pace Prouinciæ reddita, custodiæ reorum destinata; reliquum ædificijs ornatius; sed muris derelictum, quam adiectionem non antea, quàm post conflictum Caroli, cum Corradino; nā ab vtroque exercitu vastationem passi vici, qui circum erant, & ne dispendium in apertis locis aliquando sustinere cogerentur, illuc confluxerunt, quò suas substantias, & vitas tuerentur. Adiacent in conspectu Palentini campi, vbi conflictantium Regū copiæ insederunt, & non longè consūmatum extitit bellum; cuius facti seriem, licèt à claris scriptoribus recitatum, ad illustranda tamen ipsa locà, nos hic repetemus.

Vt Manfredi Federici II. naturalis filij dolosam tyrannidem, qua Regnum Neapolitanum, viuo adhuc Corradino eius Nepote, & legitimo successore, qui infans, in hæreditario Hungariæ Regno, vbi natus fuerat, educabatur, post diutina bella, Vrbanus 4. vindicaret. Carolum Andegauensium Comitem S. Ludouici Gallorum Regis fratrem, ad iurium Ecclesiæ defensionem, & habe nas Regni capessēdas inuitauit, qui magnanimus Princeps, & propria virtute, & Regis fratris viribus annixus pari animi ardore, oblata à Pontifice beneficia acceptare aggreditur; & dum res in deliberatione versatur, diem suum Vrbanus clausit extremum, cui Clemens pariter 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

cum ſucceſſiſſet, illa eadem, quæ anteceſſor inceperat perficere conatur; inde inueſtituræ legibus, & conceſſionis pactis ſtabilitis, & ſolemni iuramento vallatis in Patriarchio Vaticano diadema vtriuſque Siciliæ, & Hieruſalem Regni, cum Beatrice Caroli vxore, coronari per manus S. R. E. Cardinalium mandauit; quo facto in Tyrannum Carolus copias accelerauit, quo vnico conflictu deuicto, cæſoque apud Beneuentum, ſine controuerſia totius Regni poſſeſſionem nanciſcitur. Exorta deinde inter Regem, & Henricum Caſtellæ Regis filium, ſibique propinquum (quem ex Maurorum regione venientem benignè exceperat, & Vrbis Senatorem deputare curauerat) animorum diſſentione; Senator aliquos Regni Proceres, qui non benè cum Rege ſenſerant ad perduellionem accelerans Conradinum Hungariæ Regem, iam adultum, vt Aui, Patriſque Regni recuperationi intenderet, ſe illi omni ope adiuturum ſpondens ſollicitauit; cui ſponſioni iuuenilis animus arridens, ſine mora, valido comparato exercitu, per Theutonicã in Italiam deſcendens, ex Etruria Romam, vbi Henricus triumphantis more excepit, peruenit. Spretis Clementis monitis, & præceptis, quibus ne iura Eccleſiç perturbaret, terruerat; aliquandiù ibi commoratus, direptis Eccleſiæ Theſauris, alijſque indignè patratis, auctо exercitu Senatorijscopijs à Senatu, alijſque Romanis comitatus per partes Tiburtinas ad Marſorum regionem iter direxit, & Carſeolũ perueniẽs cum imperuia, & anguſta ſatis eſſet via, quç Talleacotiũ cõducit; licèt antea Manfredus tractum viç Valeriæ deſerens, nouam per aſpera Montium iuga aperuiſſet; cum Anfractus illius ita ſint arcti, vt vix duos in aliquo ipſorum incidentes, ſimul capere poſſent; ſiniſtrorſum, quò facilius per Sulmonem Saracenis, qui in Apulia erant, ſe coniungeret, iter accelerauit; & per Vppç partes ad Tecli copias direxit. Eſt Vppa vetus Oppidum, iam diù diſſipatum, in altitudine montium poſitum, inter condenſa ſyluarum vbi læta modò fœcundantur prata in Valle ipſa, quæ Luppa hodie dicitur, de quo in Chronico Caſſinenſi habetur mentio: Sanctæ Mariæ in Vppa in Territorio Carſeolano, quem digreſſum in Epiſtola ad Pontificem Carolus ſignat his verbis. Quçrentes foramina, per quæ poſſent latenter ingredi, ſeque coniungere Saracenis, ego ipſe de paſſu in paſſum per tres dies totidemq; noctes ſequens, & perſequens, tandem perecpto quod dicti hoſtes per Tecli partes ingreſſi, ſperabant per rura Marſicana deſcendere, & peruenire Sulmonem, quòdque inter Scurculæ, & Carchij Montes in quadam planitie ſua infelicia caſtra defixerant, die Mercurij, in octaua videlicet aſſumptionis Beatæ Virginis, de cuius potiſſimo ſperabam auxilio, de pratis Ouimeli ſecus lacum Fuciini, & Villa Aneceni aciebus conſtructis (diuina me gratia comitante) procedens.

Sunt

Sunt partes Tecli, colles valleſque, qui poſt Turanum, & Sanctam Anatoliam, antequàm Roſeolũ perueniatur, ſe extendunt; & qui ad illas aditus bocca de Teue hodie nomen retinet; ad quos per Talleacorium recto itinere perueniri non poteſt; vnde errore lapſi Colennucius, & Cirillus illac pertranſiſſe aſſeuerant, quibus præfatæ Regis Epiſtola contradicit. Ouimeli prati ſunt, qui modo li prati d' Ouito, & Villa Aneceni, quæ in permedullio vallis non longè a Piſtrino Terremore.

Magna rerum mole Carolus interim premebatur, & ore maritimæ defenſione, & exercitu, cuius non parua pars in Aretij pugna conciderat; & ipſe eo tempore Nuceriæ in componendis Saracenis, alijſque predatoribus detentus; ſtatim atque hoſtium irruptionem accepit, obſidionem ſoluens eorum incurſionem celeri curſu præuenit, & dum quid ageret in deliberatione fluctuaret. Erardus Valerianus experimentatiſſimus Gallus *Miles* cũ alijs quamplurimis ex Hieroſolimitana peregrinatione, quam vouerant redeuntes Neapoli Romam profecturi occurrerunt; quẽ cũ ad ſe accerſiri procuraſſet; plurimùm, vt eo in bello, quod periculoſius videbatur, operam ſuam, quam cælitus miſſam ſuſpicabatur, præſtaret, exorauit; is tandem precibus, & auctoritate regia, aut volẽs, fletus votis arriſit, & ſecum ad omnia animum circumferens, quo hoſtem ſuperare poſſet; cũ haud facilem victoriam à numeroſiore hoſte reportare deſperaret animi pẽdebat: vndè aſtu magis, quàm viribus dimicandum expedire exiſtimans, in eo recedit; ne totam belli fortunam in vno conflictu reponeret; melius in tres turmas copias diuidere iudicauit, vnaque hoſtium vires ludere; quæ ſi cederet, & Teutonicus *Miles*, vt prædæ incumberet, per caſtra extemplò reliqui vagabundos aggrederentur, & incautos ſuperarent; quæ vt ad vota ſuccederent, Rex cum parte exercitus in Valle Angitiæ ſyluæ clanculum ſucceſſit; Valerianus ipſe, non longè cum ſuis inſedit; Mareſchalco Regio regalibus inſignibus ornato, vt cominùs cum Conradino conſereret commiſit, quò facilius ex ornatu cum Rege contendere præſumeret, deciperetur. Poſuerat Carolus caſtra in paruo colle 2. M P. ab Alba, quẽ vbi nunc Malleanũ eſt, eſſe ſuſpicãtur. At Conradinus propè Villam Pontium C. P. à Scurcula, eo in loco vbi nunc Eccleſia Sanctæ Mariæ ad pontes in Romanæ viæ tractu, in qua Templarij equites munitam domum, & latifundia, quæ priuatis ſub annuo cenſu ceſſerant, habebant. Cingebantur fluuio, qui ponte traijcitur caſtra, pons ipſe à Gallis cuſtodiebatur; & quo Senator potiri conabatur, qui ex aduerſo fluuio exercitum collocauerat; Mareſchalcus regia clamyde amictus, vt aggreſſus arceret occurrit; inde dato ſigno, vterque exercitus ad arma cucurrit; initur acriter pugna, & vario euentu, ad trium horarum

rum ſpatium dilatata, vlteriuſque protracta foret, ni Maraſchalci mors militares progreſſus repreſſiſſet, qui gladio confoſſus, cum cecidiſſet, ex regio ornatu Rex creditus eſt; cuius caſu rumor in caſtris excitatus Regem cecidiſſe, & ea credulitate Germanus miles audacior factus; Francus autem ſegnior ad arma, vnde paulatim cedere, & exinde præcipiti fugæ ſe dedit: quos Henricus, ea occaſione elatus inſequens acriùs premebat, & ſic diffuſi, fugatique Galli caſtra hoſtibus ceſſerunt, & Theutonicus ad auram inſurgentis, & creditæ victoriæ, abiecta omni militari diſciplina prædæ ſpe allectus, ad diripienda caſtra, & ſpolia hoſtium colligenda totum ſe dedit. Ad hæc Erardus (data teſſera) Carolum ex abdito aduocat, qui occurrens, ſtatim impetu in palantes Conradini copias facto, facilè illas diſrupit. Erarduſque ipſe in Henricum irruens, non difficili pugna vicit, & ambo victores non multo labore exercitum omnem profligarunt; quod cum Cõradinus, Duxq; Auſtriæ perſpicerent, deſperatiſque rebus fuga ſibi conſulere deliberant, & mentitis veſtibus, per inuia montium iuga gradientes poſt aliquos dies, ad Aſturiam Oppidum in litore Romanę ditionis peruenerunt, & vt Senas peterent nauigio iter accelerant; occaſione anuli, quem Nauclero vt pro nauli ſolutione, & victualium emptione venderet, tradiderat, cogniti; in Ioannis Franci panį illius loci Domini poteſtatem deuenerunt, ad Carolum perducti, qui (conuocatis Regni magnatibus) in illos capitalem ſententiam, eorum conſilio tulit; & reuoluto à captiuitate anno, ambo Neapoli in platea Mercati capite minuti sũt, & cum Senator ipſi, qui huius facinoris auctor fuerat, & poſt cladẽ, Reate ſe receperat, ad eundem Carolum captiuus adductus fuiſſet, perpetui carceris emendatione damnauit. Hæc fuſius ab illius temporis ſcriptoribus narrantur, & quæ Odoriſius Rinaldus, qui ſummo labore opus ab Eminentiſſimo Baronio morte dimiſſum, Eccleſiaſticorum annalium pagiuibus notauit anno MCCLIIX.

Vt boneficij autem tàm inſignis victoriæ donum Carolus Deo Optimo Maximo referret, ad alteram fluminis ripam parùm à Põte diſtantẽ (vbi inimicorum exercitum vicerat) ad Deiparæ gloriosæ Virginis honorem magnificum templum, quod (ex proſpero rerum euentu) de Victoria appellari præcepit, iuxta quod cænobium ex rudetis, lapidibuſque, quos ex Albæ dirutæ ruinis aſportari mandauit, ſumptuosè ædificauit, & Ciſtercienſium familiæ patribus, cum opulenti dote ſeptem millium aureorum reddituum donauit, inter quæ medietate ipſius Scurculæ, Licio, & Gioia, nõnulliſq; alijs oppidis, & regijs etiam vectigalibus ditauit; ideòq; medietas Scurculę ſolùm tributa fuit, quia aliam medietatem Guinus de ponte poſſidebat.

Quod ſiuè terręmotibus quaſſatum, ſiuè (vt fertur) dolo quorun-

rundam Monachorum à Vicouaro, in odium Columnenſium Principum (in quorum dominio loca ipſa deuenerant) fraudulẽti machinatione dirutum, ſolo nunc adæquatum; at ex veſtigijs, quæ apparent, quantum fuerit oſtenditur; & in eius caſu, emolumenta, redditusq: ipſi in partẽ perierunt; vix nunc, ex 7. millibus mille reddit; illiuſque Eccleſiæ ſolum in opus figuli redactum, ex laterum coctione Domino loci emolumenta facit. ante quam rueret, ex Summi Pontificis ordinatione comendatitio iure, ſeculari Abbati parere inceperat, in cuius plena adminiſtratione, poſt Monachorum diſceſſum tranſiuit. Virginis Iconium, quod in illa priori Eccleſia ſplẽdebat, vt decentius veneraretur in parua cappella propè Arcem Scurculæ Abbates ipſi transferri curauerunt; quod, & Matthæus Collis Marſorum Epiſcopus, qui ex Pij V. Sanctiſſimi Pontificis cõceſſione illam obtinuerat, in formam Eccleſiæ redegit, & ſuo ære ornauit, & vt promptiores in Virginis obſequijs fideles redderet, Sanctiſſimi Roſarij myſteria ibidem recitari præcepit, inſtituitque ſodalitatem.

Huius Cœnobij, alteriuſque Eccleſiæ, quam diximus S. Mariæ ad Pontes de iuribus Equitum templariorum dignitatis ſplendor in parma ſigilli huius Terræ iugiter conſeruatur, cum itaque vtraque Eccleſia Epiſcopali quaſi iurisdictione frueretur, duo pontificia bacula, ſupra quinque pontes, cum quinque aureis lilijs, vt conditoris memoriam pariter retineret, inſignia ſignat.

Non decore tantùm iſto, ſed & illo, maiore potitur. Nam Collegiatæ illius ſumptuoſum templum, quod Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Triadi hoc noſtro æuo, & ſtructura, & ornatu Illuſtre magnificentiſſimè erexit, ex lapidibus exinde translatis compactum cernitur, vna ſolùm fornice continetur, cappellis hinc inde additis, non dum ornatis, præter arã maiorẽ ex vario porphidico lapide; Ad quod per ſcalarum gradus hinc inde accommodatam ad aream ante ianuã roſtris, & angularibus pedalibus columnis circumſepta aſcendi tur; non paruo ære ex ordinatione teſtamentaria Doctoris Petri de Bonis temporibus in polito lapide inciſis; eſt vna ex inſignioribus Diœceſis collegiatis, cui Abbas, qui decẽ Canonicis præeſt, inſidet, diues ædificio, ſed inops redditibus Extra mœnia, fratrum Conuentus tres, vnus nuper ſuppreſſus Carmelitarum Ordinis ſub inuocatione S. Egidij; alter Minorum tertij Ordinis S. Antonio de Padua dicatus, opulentibus redditibus diues, ex inſignioribus Prouinciæ, Tertius Capuccinorum vltra milliare ad occaſum verſus, præter hæc nil memoriæ dignum.

Oppidum autem ædificijs ornatum, biſcentum familias explet, ager vero parum felix, nec iucundam ſegetem, nec grata, ſed aſpera promit vina. Scientiarum profeſſores ex primarijs habuit, ex quibus

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

non parùm ornatum his noſtris diebus Antonius Roccus Philoſophus ſuo tẽpore haud facile Princeps attulit,qui plura Galilei dogmata impugnauit,aliaque ſuo digna ingenio edidit Venetijs,vbi plures annos Ariſtotelicam doctrinam explanauit,Lyceumq; publicum in ea Ciuitate erexit.

In Campis ipſis Palentinis ad meridiem in paruo colle,qui ex radicibus Reoſalci inſurgit Curcumelum modernum oppidum iacet, poſt factum Conradini ex gentibus,quæ vicatim in planum habitabant belli incommodis adacti, in ſecuriori ſtatione coalentes extructum,& quod Paulus Marſus in 4. faſtorum à Coriculo lyciæ Oppido à Marsya nomen datum cum ædificaretur more ſuo hariolatur, haud multum ob ſui paruitatem notum,ſed non inglorium, ni quem ex familijs,hominibuſque Illuſtribus inde genitis ſplendorem hauſerit,notiori loco ſcribentium inaccurata inueſtigatio tribuiſſet. Etenim Ioannem de Pontibus,qui ob ſingularem literarum ſacrarum,& Philoſophiæ ſcientiam, & in rebus agendis ſolertiam hoc loco oriundus purpura decorari meruit,Blondus,cęterique Scriptores Talleacotij Ciuem ex Comitibus eiuſdem loci ortum faciant; cum paterna domus inſignijs familiæ ornata ad hæc tempora in ſucceſſoribus conſeruetur. Sunt, & ſuper diſcurrentem fluuium tres pontes, & in altera parmæ parte tres lineæ trãſuerſæ, quas duæ parallelæ interſecãt,inter quas roſa exprimitur purpurea;hęc in poſtibus oſtiorũ cubiculorum cum nominibus ipſius Cardinalis, & Epiſcopi nepotis ſtylo ferreo excauata permanent.Fuit is Alexandri filius,& alterius Ioannis pronepos,vir ſuo ęuo inter noſtrates ob egregias animi dotes non ſpernendæ auctoritatis,cui controuerſias exemptionis à ſolutione munerum fiſcalium, quam Carolus huius nominis II aliquibus nobilibus de Pireto indulſerat,Vniuerſitas ipſa, & nobiles terminandas aſcripſerint,quas arbitrali ſentẽtia diremit anno Mcccxiii. & nepotem per centum triginta ferè annos præceſſit, qui ſuam in Vrbe in omnibus accomodatam peritiam ſub Martino V. Pontifice irradiare fecit:quam cum Eugenius 4. illius ſucceſſor ſatis cognitam haberet,Tarentino Epiſcopatu donauit;nec immeritò hunc illi honorem Pontifex contulit,cum ad altiora per continuatos labores deſtinaſſet:in arduiſſimis enim Eccleſiæ negotijs enodandis inerumnoſis illius temporis anguſtijs otio vitam tranſigere non permiſit;cum ob exortum in Catholica Eccleſia ſchiſma,tota Chriſtiana Reſpublica tripartita videbatur:alij Amadeo,qui Felix IV.dicebatur alij Eugenio,alijque neutri, vnde neutrales dicebantur parebant; quorum præcipui erant Germani,ad quos, vt ad ſuam obedientiam reuocaret Tarentinum Nuntium, vt doctrinis, & dexteritate conuinceret deſtinauit;& dum in opere inſudaret in Concilio Florentino S. R. E. Cardinalem titulo Sanctorum Nerei, & Achillei

denun-

denunciauit anno MCCCXXXVII. cui, & postea Magni Pœnitentiarij clauem dedit, & insulas Prænestinensis Episcopatus tribuit, anno MCCCCXLIII. Romã deinde reuersus, cum Regnum Neapolitanum bellorum quateretur scissuris, in contentione Alphonsi Aragonensis, & Renati Andegauensium Comitis, & vterque fautorum auxilijs suffultus, aspero bello, cæde, & sanguine vniuersa deuastarent, illùc legatum Tarentinum misit, vt pacem inter contendentes componeret; quò cum accessisset, & res Renati paulò post in deterius labere ita cœperint, vt sua spe frustratus, inde discedendo pacificam Regni possessionem Alphonso relinqueret; legatus Regi acceptus, & ab eo benignissimè tractatus ad Pontificem reuertitur, & quinque ferè ab hinc annis, rebus tam benè gestis, iam Sacri Collegij decanus sub Nicolao V. Romæ moritur, & magnum sui nominis testimonium apud omnes relinquens, in Ecclesia Sancti Augustini tumulatur; cuius ordinis fratrum viuens protector fuerat, in cuius tumulo hæc carmina notantur.

Felices animas inter micat iste Iohannes
Qui Talleacotij gloria Gentis erat.
Quique Tarentinus Pastor, qui Cardinis Heros
Prænestinus erat, Flentibus astra dabant.
OBIIT. MCDLIX. XX. IANVARII.

Non ex Comitibus Talleacotij, vt Alphonsus Ciacconius, & alij æstimarunt; neque Neapoli oriundus, vt Vghellio placet; sed nobilis inter Marsorum Auorum memorias, & vltra priuata, & publica documenta in Catalago Baronum, quibus obsides Galliæ Cisalpinæ iussu Federici II Imperatoris, anno MCCXXXIX. in custodiam dati fuerunt in numero Baronum huius regionis filij Bartholomei de Pontibus numerantur; vt in registro per D. Carolum Burellum citatum. Habuit ex fratre Nepotem alterum Ioannem, & Ioannem Baptistam perpetuum Abbatem cõmendatarium Sanctæ Mariæ de Victoria anno MCDLXXXVI & post annos XI ad Episcopatum Bituntinum euectum; qui Ioannes filiam, nomine Butianã genuit, quam cum vniuerso auorum patrimonio, sublatis iam masculis, Sancto Butij Ioannis de Vetulis eiusdem oppidi, non nouo incolæ, nec ignotæ nobilitatis viro, in matrimonium collocauit, qui cum facundæ eloquentiæ munere fungererur, & esset Virgilio Vrsino tunc temporis Talleacotij, Albaque Comiti carus, ad Rempub. Florentinam pro suis peragendis negotijs Orator dirigitur anno MCDXCIV.

Vetulorum porrò Progenies, & Toparchiarum possessione, aliarumque rerum insignis fuit, eten im Gentilis Vetulus, qui & Comes

dicebatur anno MCXXIV. Monasterium S. Mauri in Montefano inter Vallem Petream Stephano Presbytero Cassinens. familiæ alũno tradidit; quod, & Gentilis eiusdem Gentilis filius, postmodum, ex beneplacito eiusdem Stephani anno MCL. Dodoni Reatino Episcopo dedit, cuius donationis tenor in Vghellio in serie Episcoporum habetur, & talis est.

Anno MCL. XI. Iunij, Inditionis XIII. Gentilis Vetulus, qui sũ habitator in Comitatu Reatino, pro redemptione animæ meæ, & cũ voluntate mea, & consentiente Stephano seruo Dei, & Luciana cõiuge mea, Gẽtile, & Bartholomẽo, & Iordano meis filijs, & Agnete Abbatissa, & Sapientia Monacha meis filiabus. Tibi Dodoni Reatino Episcopo & successoribus Monasterium S. Mauri, quod est situm in Montefano, quod est inter Vallem de Petra, sine omni reseruatione, in perpetuum trado.

Qui tamen Gentilis, senioris nepos, in apparatu expeditionis terræ Sanctæ sub Gulielmo anno MCLXXXVII. profitetur sequẽtia feuda possidere, pro quibus auxiliarios milites spondet.

Gentilis Vetulus, qui tenet in capite à Domino Rege Castrum Pesculi, quod est feudũ 4. militũ, & Bari quod est 11. mil. & Macchã Temonem quod est 1. *Mil.* & Castellionem, quod est 1. mil. & Roccã Melitam, quod est 1. mil. & Collemfecatum, & Castellum Menardum, quod est 1. mil. & S. Ioannem de Lapideo quod est 3. mil. & Roccam Rãditij, quod est 1. mil. Hæc omnia castella Gentilis Vetuli sunt in Vallepetra in Comitatu Reatino, & tenet in Amiterno Villanum, quod est 1 mil. in Roccam de cornu, & Castrum Pizzuli, & Scassanum, quod est 1. mil.

Erat, & tunc temporis alius Gentilis Vetulus non alterius familiæ, nec cognomine distinctus, tenebatque pariter hæc feuda.

Gentilis Vitulus S. Vectorini tenet in Amiterno de Domino Rege S. Victorinum, quod sicut dixi est feudum 4. mil. & Anseulũ quod est 1. mil. & Porcinam, quòd est 1, mil. & Podium S. *Mariæ* quod est 2. mil. vnà inter feuda, & augumentum sunt milites 17. & seruientes XL.

Permanent istius familiæ ad hæc tempora Christianæ pietatis monumenta extra oppidi mœnia S. Anatoliæ V. & M. templum ab Auorum tempore, in quod ex præfata charitate Ius patronatum ad omnes de familia Vetuli spectare Abbas S. *Mariæ* de Victoria (sub cuius iurisdictione erat) sua sententia declarauit, anno MCDXC. & cum lite pulsaretur Sanctes dotationem, & erectionem probare coactus, ad iurium suorum firmitatem ab eodem Abbate stabilitatis decretum obtinuit, anno MCDXCVI. illudque ad hodiernum diem in heredes transfusum conseruatur.

Tribus Parochijs Populus olim separatus, totidemque Ecclesias habe-

habebat, quarum quæ ditior est, Abbatiali titulo decorata extrà mœnia permanet; ol im Cassinensium familiæ receptaculum; reliquæ S. Nicolai, & Sancti Ioannis intra sepia nunc ab vno Rectore gubernantur.

Quorum campis quadrupedes ob vireta, pinguiaque Pascua plus lætantur, quàm Incolæ, qui & si frumento non æquali lance, vt pecora ditantur, aut alia ad vsum colligunt. Commune etiam infortunium, cum alijs Regionis oppidis sensit.

De Carseolorum Populis, illorumque Colonia.

CAP. VI.

TRansegimus, quos in hac nostra regione incoluisse Populos secundum vetustiores fines Plinius enumerat. Ad eos nunc vertimur, q ui noua censura Nostrates affecti fuerunt.

Primis igitur temporibus, pubescente Romana Republica, cum Sabinus, Etruscus, Henricus, latinus, & Volscus suos agros tuerétur angustiores limites nostri etiam fuere. At cum Romanorum augeri iurisdictio capit, & subactos circa se Populos suo imperio parere in pace assuefaceret, illisque pro suo arbitratu, vt iura, moresque, sic limites dedisset; eorum etiam fortuna nostros adegit. Siquidem intra Anienis ripā vetus latium dirimebatur, nosque ab Æquis Carseolorum, Cliternorumque intermedio arcebamur. Hos enim populos inter Equicolos Ptholemæus & Plinius collocant; posteà noua censura nostrates affecti, Anio pariter limiti nostro positus est, vt ex Strabone. De hinc latium iacet, in quo & Vrbs Roma, quæ etiam multas & non atinas prius collegit, Æqui enim, Volsci, Hernici, Aborigineſque Romæ oppositi, & Rutuli priscam habentes Ardeā alijque Conuentus Maiores, & minores circa priscam illam Romā habitantes cùm initio Vrbs condita fuit.

Diodorus. Sigonius de antiq. Ital. Strab lib 5 Ptholemæus. Plinius.

Qua ratione, & Alba Valeria, & Cuculum in agro nostro latinas Vrbes in Valeriæ viæ tractu posuit. Sic etiam Æquorum fines infrà Anienis ripam sunt dilatati vt Carseolanos caperent, cū antea nec fluuium transgrediebantur; nec vltra Simbriam se dilatabant. Sil. 8.

Quique Anienis habent ripas, gelidoque rigantur
Simbruinio, rostrisque domant Æquicula rura.

Est Simbruium flumen in Æquiculis supra Tibur, vbi nunc sublacus est, vnde, & Symbruina stagna apud Tacit. lib. XII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Huius gentis,& si non recitetur origo,quam commune cum cæteris Aboriginibus habuisse suspicatur antiquitas, & Religio laudatur,& ab æquo colendo Æquicola dicta,sicque cum absque discrimine bella inferre Tullius Romanorum Rex videret, ritus, ceremoniasque, quibus initiaretur ab antiqua ista gente accepisse Liuius refert;Vnde,fœcialium sacræque imprecationis, & supernorum Numinum inuocatio primordium sumpsit;& non solum religiosa superstitione,sed & militari gloria eluxit;vt non vno,& altero, sed pluribus bellis eorum virtutem Romanis ostentarint, cum quibus vt diuturna per LXX. nempe annos ita,& cruenta bella,quibus,ne in latioribus imperij fines pretendere possent eorum viribus substentarunt,donec anno V.C. CDXLIX,à Pompeio Sempronio Cõsule victi ad internicionem penè nomen eorum deletum est; & si iterum ad arma parum prosperè,cum Albã Coloniam deductam viderent insurrexissent;à C. Iunio Dictatore iterũ sunt subacti,Sigon. & Liu Interiecto autem triennio bellum vltimum,sed parum memorabile aduersus rebellantes Æquos,cum præter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent.

Est ex regionis situ,& morum qualitate insita illis ferocia, vt asperi ex innata animi duritie arma potius, quam aratra, & vomeres tractarent;illaque,& si bella quiescerent feris, brutisque venationibus inferebant, inde Virgil.lib.7.

Horrida præcipuè cui gens, assuetaque multo
Venatu nemorum, duris, Æquicula glebis
Armati terram exercent:semperue recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Est enim mõtana,& nemorosa Regio vt inter saltus syluasque eorũ vitam exercentes innata à loco horriditate induantur, & inter feras diuturna consuetudo feroces præbet; & parum ferax solum, exercitium moribus par indit, vt quæ ex agrorum cultura emolumenta non capiunt assiduo venatu sibi comparant; vndè diutina exercitatione corpora laboribus assuescunt, & robustiores ad quæque peragenda deueniunt,de quibus Ouid. 4. Fastorum.

Quintum laurentes, bis quintum Æquiculus acer.

Acer,pro forti positum,Petrus Marsus explicat;non ita tamen ex syluestri,& horrido incolatu omnem politiam exuunt, & militaris disciplinæ normam,qua extruere acies, astus bellorum eludere, & hostium impetum superare minimè ignorarent, vt priuatus etiam miles officium Ducis explere,& qua arte imperãdum pernosceret,

& si

& si quomodo defecerint corrigere, sic in Liuio lib. 2. legitur. Ferox Æquorum multitudo increpare Duces, quod in aciem qua pugnandi arte Romanus excellit, commissa res sit.

Ita vt in tot, & continuis bellorum euentibus, cum Romana Respublica potentiores hostes, qui molem belli diuturniorem, & duriorem sustinere non sensit, & non solum egregijs facinoribus eorum fortitudinem sustentarent sed armorum genere, & nitore quibus à Virgilio laudantur. Continuò Quercus, & pulcher Æquiculus armis. *Liu. lib. 2.*

Non quidem missilibus, quò eminus hostes arcerent, vt timidi vtebantur, sed ad cominus certandum pilo, & breuibus ensibus, eorumque super galeæ sic volutabantur cristas, vt continuò ab alijs agminibus eorum agmen dignosceretur. Ita Silius noster Scauri antequam ad supremum Reipublicæ fastum ascenderet, armatam pueritiam describit. *Virg. Aeneid. IX.*

His Scaurus monitor, tenerus tunc Scaurus in æuo
Sed iam signa dabat nascens in secula virtus.
Non illis solitum crispare hastilia campo
Nec mos pennigeris pharetram impleuisse sagittis
Pila volunt, breuibus habiles mucronibus enses
Ære caput, surgunt super agmina cristis.

Et iam postremò illo bello subactis, noua moliri dubitari non possent, cum minimè parum secundis rebus eos audacia præstare experimentum Romani haberent; omnem propterea exurgentis timoris occasionem tolli, si intra fines continerentur, arbitrati sunt, quapropter A. V. Cond. CDLV. Carseoli Coloniam deducendam decreuerunt Liu. lib. X.

Eodem anno Carseoli Colonia in agrum Æquicolorum deducta Coss. L. Cornelio Scipione C. N. Fuluio.

Cumque Etruriæ rebellantis motus Romanam turbaret Rempublicam; exindè si noua molirentur rerum status in priora delabi cogitãtes, vt imminentia præcauerent, quæ imminebant mala, exercitus armare finesque præsidio munire cœperunt; vnde obortus timor in Marsis, qui duarum Coloniarum iam præsidio intercluſi omnem spem libertatis tuendæ ablatam præsciebant, ni armis se aduersus noua præsidia tuerentur Liu. lib. X.

Simul Marsorum gentem agrum vi tueri, in quem Colonia Carseoli deducta erat, quatuor millibus hominum scriptis.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Nec penitus deductione Coloniæ ſuis viribus opprimi paſſi, quin timore excuſſo, iura libertatis non tuerentur, nam cum auxilia aduerſus Annibalem Italiam opprimentē peterentur, liberè renunciarint, & per ſuos legatos, quibus grauarētur oneribus in Senatum conqueri, reticereque mala mandauerint Liuius lib. 7.

Triginta tum Coloniæ P. R erant, ex ijs 12. cum omnium legationes eſſent Romæ, negauerunt Coſſ. eſſe vnde Milites pecuniamque darent; & fuerunt Ardea Nepete, Sutrium, Minturnæ, Inturna, Alba, Carſeoli, Sueſſa, Cere, Lacates Narnia, Interamna.

Vnà nobiſcum (cum pro Romana Ciuitate obtinenda bellum conflatum fuit) arma ſumpſerunt, ne diuerſa ſorte ſociarentur, vt quorum communis eſſet cauſa, commune pariter periculum foret, ſic illis conſueta auxilia denegarunt, vt nobis præſto eſſe non renuerent. Flor. lib 3. cap. 1.

Nec Annibalis, nec Pyrrhi fuit tanta vaſtatio
Ecce Otriculum, ecce Grumentum, ecce Feſulæ
Carſeoli Reſeratæ Noceriæ, & Picentes cædibus,
Ferro, & igne vaſtantur.

Et cum Biti Thracum Regis filius obſes Romanis datus eſſet Carſeolis cuſtodiendū Patres decreuiſſe Liuius refert; extat apud Valerium Maximū lib. 7. c. 7. Anci Carſeolani ſplendidiſſimi Equites Romani, intrepidi conſtantis animi, egregium exemplum; quem cum naturalis Pater teſtamento præterijſſet, ex voluntate magni Pompeij (Tulliano eius familiari ſcripto herede) apud C. viros tabulas teſtamento reſcindi. & ſi plus negotij cum Pompeij potentia, quam cum Patris ſucceſſoribus eſſet, inuicta animi conſtantia curauit, qua L. Sextilium, & P. Pompilium ex Patris iuſſu ad hæreditatem vocatos ne ſecum ſacramento contenderent deterruit, & ſi ſanguinis iure vincirentur; & inſtitutio, adoptioque Anci auunculi, in cuius familiam, & ſacra tranſiret opitularentur, & ſic Patris voluntatem, & Principis auctoritatem ſuperauit.

Coloniam ipſam non aliam, quam Vrbem ipſam Carſeolos fuiſſe affirmare non dubito, ſiquidem Strabo lib. 5. in via Valeria illam refert.

Sunt in ea Vrbes Latinæ, Valeria, Carſeoli, Alba, & propè
Vrbes Cuculum Oppidum.

Idemque etiam Paulus Diaconus hiſtoriæ Longobardorum lib. 2. cap. 20. profitetur. XIII. Prouincia Valeria habet vrbes Tiburim Carſeolos Reate, Forconium, & Amiternum, Regionemque Marſorum, & eorum lacum, qui Fucinus appellatur. Il-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Illamque Æquorum regionis partem ab ipsa Ciuitate nomen sumpsisse non incongruè arbitramur; vnde,& Carseolani ; & cum suo fato exciderit, nouis Oppidis principia dedit, ita Volteranus. Carseoli, quòd oppidum Plinius, & Ptholemæus in Æquos ponant, quæ gens ad Marsos pertinebat, simul cum Classidio, quæ tunc omnes interiere;Ex horum ruinis erecta sunt noua oppida vicina, Talleacotium,Vicouarum, Celanum.

Celebris erat in fastis,ex celebritate quinquatriorum, in vulpium sacrificio, quæ Cereri quotannis in memoriam ignis ab ipsis segetibus immissi cremabantur; accidit enim (vt fusè in fastis Ouidius refert) vt nimis in gallinarum excidium à vulpibus rusticus Carseolanus premeretur; & cum in laqueũ, quem parauerat, vna incidisset,illam in ignem, vt cremaretur,iniecit;quæ flammas, rupto laqueo,fugiens, partem ignis secum trahens, segetes, quæ maturæ erant, incendit ; & flante vento ita creuit; vt Vrbis etiam aristas consumeret, & in pœnam Cereri ex voto immolabantur.

Vtque luat pœnas,genus hoc cerealibus ardet,
Quoque modo segetes perdidit, illa perit.

Vndè postmodum prouerbium exortum, Vulpes Carseolana, quod cum in opprobrium gentis verteretur;ne iniuria ex non delicto afficerentur,in mordaces pœna à lege fuit indicta.

Factum abijt,monumenta manent, nam dicere certam
Nunc quoque lex Vulpem Carseolana vetat.

Vbi nàm Ciuitas ipsa fuerit dubitatur.Cluuerius Oppidum illud Arsoli dictum,ex affinitate nominis, & finium positione arbitratur *Arsoli.* cap. 14.

In Æquis fuerunt Carseoli seù Cursula, nunc Arsoli
Et Valeria, quæ & varia, nunc Vicouarum.

At non ita,nam illius vestigia, ex antiqua apud Incolas traditione mõstrantur.In plano inter Reofriddum,& Celle in sylua,quæ ab excurrente riuo,cui Sesere nomen est,Sesera appellatur,non aspernendæ Ciuitatis illustria monumenta iacent ; & inter semidiruta ædificia ianua excauatis lapidibus compacta adhuc solum continet, & ipse locus à vicinis Carseolorum Ciuitas nuncupatur ; & Ecclesia quæ ibidem est, Abbatiali titulo gaudet, & à qua circum erecti populi sacra olia sumebant,etiam in diplomate Paschalis 11. S.Mariæ in Carseolo enunciatur;vnde non remanet dubitandũ, diuersam

ab

ab Arsoli Oppido, quod Arseolum à Blondo dicitur, quasi parua Arx ad modernum sanè Oppidum à ruiua proximi alterius Oppidi excitatum; accedat ad hæc Cæli diuersa temperies, cum Carseoli in frigida Regione, & Arsoli calidiori aura fruatur; quippè parum vltra Anienem in ascensu montis versùs meridiem positum; ideoque Oleastros, ficus, cæteraque quæ in apriciori solo gignuntur; sùt Carseoli ipsi, superato arduo illo Monte, in ipsa planitie supra quam positi alij præcelsiores circum insurgunt, ideoque plurimo frigore opprimitur. Propterea viæ Valeriæ ductus & Antonini itinerarium in numero miliariu m his nostris Carseolis respondent, vterque XLIII. ab Vrbe enumerat.

Distat autem ab Aniene Arsoli P. M. quo parumper Mons inclinatur estquæ non minus in dominio, quam in delicijs nobilium Romanorum de maximis, qui & ornatam domum, & viridarium varietate pomorum, & aquarum abundantia delectabile quò non solum æstiuos Vrbis noxios calores euitarent, sed prouentus augerent constructerunt; ferax segetum, pomorumque in plano, & in monte ager, non est Colonis ingratus, quorum industria crescit in fœnore, & Vrbis necessitatibus subuenit.

Auricola. In eodem montis ascensu III. M. P. in cacumine Auricola Oppidulum sedet, armis, altero seculo, Pontificibus penè desolatum; nunc aliqua in parte restauratum; ab vno Rectore qui Archipresbyter nuncupatur cum duobus Canonicis regitur, illiusque Parochialis Diuo Thomæ Apostolo dicata est.

Riuus frigidus; In ipso etiam cacumine II. M. P. ab Auricola, occasum versus Riuus frigidus Oppidum sedet ad quod recto itinere per viã, qua Romã itur ab Anienis ripa V. M. P. per arduũ mõtis ascensum peruenitur. Secus quæ Oppida in summitate illa montiũ læta, & fœcũda dilatatur planities, frumenti, segetumque ferax, & arborum ex omni genere pomorum referta, & si non ficus, oliuasque ob frigidã cali temperiem nutriat; in illorum vicem quercus pinguedinem præbet; quibus qui in altiori altitudine superimponuntur montes, altissimis appennini iugis comparandi vestiuntur: sunt in summitate illa circa Riuum frigidum profundissimi illi putei, a quorum sinum si bilibris lapis proijciatur, non prius casus sonitum referre, quam duo virgiliani versus proferantur, Blondus refert; illosque Martirij Ædilis, seù Claudij Imperatoris opere excauatos fuisse, vt aqua Fucini Lacus Romam perduceretur affirmat; à natura ipsa effecti, cum ex circumstantibus montibus in vnum confluentes aquæ, nec vnde cursum sibi aperirent haberent sic paulatim abroserunt penetrarunque terram, donec aditum abeundi inuenerint, potuique etiam aliqua terræ motus concussio adiuuare, vt accuratius P. Franciscus Resta à Talleacotio in tractatu Meteorologico lib. III. cap. V. de puteo consi-

cõsiderauit,& quos in monte non procul ab Atlante, centum excauatos Leontius refert,in comprobationem adducit;nosque patrias res tractantes nostris exemplis vtamur; Sunt in Monte procul à Luco Oppido in Valle de Candelicchia, in cacumine ferè in duræ lapidis *Massa*, non scalpri, malleique ministerio, sed miro naturæ opere centum excauati putei,non ita protenti, sed penetrabiles, licet non omnes,nisi indurata hiemali frigore aqua,niueque in glacies intensiorem partem duriore cote repleuerit,obturaueritque;ex quibus æstiuis caloribus ad vina infrigeranda,cum excauatur glacies sic condensa massa inuenitur,vt ferro incidi opus sit, nosque pluries in denso frusto craterem, quo frigidiora vina libaremus, qui altero etiam die irresolutus permansit,excudẽdũ curauimus;manet Oppidũ in ditione *Marchionis* del Drago Domicelli Romani. Præter latices frigidarum aquarum arua haud læta possidet,ædificijs tamẽ ornatum, & Incolarum multiplicitate repletum;elongatur à saltu Sisaræ (qui Carseolorũ ruinas adumbrat) III M. P. nuper,propè illũ marmoreũ Tribonij Rufi sepulchrum erutum,qui vnus forsitan coloniæ deducendæ ex quatuor viris fuit.

TRIBONIVS. RVF. IIII. VIR

Excidium tantæ Ciuitatis,quo fato aduenerit eadem fors abrosit; illiusque habitatores dispendium in ruina passi, vicatim circa viuere cæperunt,vnde exorta,quæ apparent, & iam etiam abierunt oppida;quorum præcipuum ab hinc 11. M. P. in colle ad radices super extollentium Montium Castellum Sancti Angeli erat,habitatione Sancti Romualdi Abbatis Camalduensium institutoris nobilitatum, qui ea solitudine allectus plurimos sui instituti monachos secum adducens Eremitarum more segregarim, non in Canobio, sed quisque sibi pro monasterio, quantum hominem capere possent domunculas extruentes quas cellas vocant. ibidem aliquando moram traxit,illucque redijsse post abdicatorem Classensis *Monasterij*, & miraculis illustrasse ex Sancto Petro Damiano Baronius refert tom. X. ann. CMXCVI n.37. *Castellum Sancti Angeli.*

Cum his igitur omnibus superiis nominatis Romualdus ad Piretum,vbi diu habitauerat redijt, ibique, & alijs multis fratribus aggregatis,& per cellulas singulas constitutis,tanto feruore Dominicæ conuersationis rigorem in se,& in alijs renouit, vt illorum vita,omnibus,ad quos fama eorum peruenire poterat, mirabilis haberetur.

Piretum notius Oppidum ponit,cum non dum fama creuerat castelli Sancti Angeli, quod ab habitatione Monachorum à Cellis nomen retinuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Erat illis (quæ mox extat) quò ex instituto festis diebus ad divina celebranda conueniebant, Ecclesia parùm à Castello longè in honorem pariter Dei Genitricis erecta, in qua postquam Camalduenses loca reliquerãt, Rainaldus Marsorum Comes, Monasteriũ Cassinentiũ Patrum, donarijs, & familijs etiam ditatum ædificauit Leo in Chron. lib. 2. cap. XXIII.

Cellæ.

Per idem tempus Rainaldus, Marsorum Comes, fecit Monasteriũ de Ecclesiæ Sãctæ Mariæ quæ dicitur à Cellis Territorio Carseolano, idque in circuitu nõ paruis possessionibus ditans, Castellum etiam quod nunc Celle vocatur, tunc etiam Castellum Sancti Angeli nuncupabatur cum omnibus eius pertinentijs in eodem monasterio confirmauit.

Ad hæc ferè tempora nomen retinuit, cum habitatores eò quod ad vulgi interpretationem moribus contraderet, publica iudicta pœna supprimi, & in vetus illud Carseolorum renouari curarunt.

Tractu verò temporis habitatoribus augeri, vt non solum supremam illius collis partem, quæ Oppidi Sãcti Angeli mœnibus sepiebatur, impleret; sed reliquum ad fluminis ripã nouorũ ædificiorũ ornamento, & incolentium numero creuit; eo scilicet tempore, quo Manfredus, qui Siciliæ Regem se fecerat Saracenorum exercitũ, vt suam tyrannidem tueretur, ad se venire per has partes affectaret, cum tractum viæ Valeriæ obsoletum, syluisque obsitum, oppidaque montana, quæ in ea erant deleta, & habitatoribus deserta, ideòque haud sine periculo frequentari posse videret, nouam viam aperuit, quam mox cum antiqua reddemus, quæ cum propè Cellas transiret, vt nouis incolis ditaretur in causam fuit.

Venit quippe Saracenorum exercitus, cum Romanus Populus in electione Senatoris dissentiret; alij siquidem Carolum Andegauensium Comitem, iam per Vrbanum IV. in Regem Siciliæ inauguratum, alij Manfredum, alij Aragonensem promouere nitebãtur, quod Manfredus, qui Caroli maris, terræque iter sepire, quò ad Regnũ aditum impediret moliebatur, summopere conabatur. Theutonicorum, Saracenorumque copias ad regni munimen, & vt fautores in Vrbe animosiores redderet immisit: sic enim ex Oynonimo auctore de Siculorum rebus agens Rainaldus annal. Eccles. anno MCCLXIV. num. 23. inquit.

Iam per maris excubias multitudo galearum inuigilat, & veluti parata æmulis classica numerosa conneri iam Theutonicorum voluntas freneticit effrenis, & eorũ insignia veluti ex euentu forent futura victricia in partibus Tiburtinis propè Cellas circa Regni confinia pomposo descensu prosiliunt.

Præerat Saracenorum exercitui Dux Ioannes Marerius, cuius nobilissima familia plurimorum Oppidorum Toparchiam, & Corbarij

barij Comitatum in his partibus retinuit. Illius Collega Perciuallus in Christum Deum, Sanctosque blasphemias euomens multa moliri in S. Ecclesiæ statum iactabatur; sed Deo vindice ab Equitum nostrorum turmis oppressus, fugatusque, & Nare fluuio præcipitatus miseram animam inter vndas euomuit; vndè cecinisse Theodoricum Vellicar refert Rinaldus.

Sed Perciuallus, iam dicto præduce, castrum
De Cellis turbam iussit adire suam.
Hicque morata diù nequiens transire per Vrbem
Vi Tiburtinam, cætera castra capit.
Cumque Reatina medium distaret ab Vrbe
Ad flumen Nigræ concomitata venit
Huius enim turbæ ductores Odo, Ioannes
Marerij Dominus, seruus & absque fide
Pandulphus Dominus Labj, plures quoque tanti
Fautores sceleris præteriere vadum.
Nosque ferè sequitur tùm exercitus omnis, & ipsi
Qualicunque modo læsio nulla datur,
Sed Perciuallus vi plumbi lapsus, in vndis
Mergitur, hocque tulit *vltio digna Dei
Tale Dei fit iudicium miracula tanta
Quod iuxtà meritum reddit vtrisque suum.

Destinatus Carolus Senator ad Vrbem, vt Senatoriæ dignitatis clauum, & in Regni Solio sublimaretur, acciperet; vt quomodo posset Manfredus possessionem, & progressum impediret Cellas iterum repetijt, Tiberis, & Vrbis viam sibi aperire anhelans; Regni sortem cum Aduersario conflictu experiri prius quam viribus augeretur cupiebat, & si Regni Proceres, qui ab ipso defecerant, & Carolo coniungebantur, illius conatus inutiles redderent, sic ex epist. Clementis IV. ad Regem Franciæ.

Manfredus cum suo exercitu Saracenorum infidelium v nit Cellas, & paulò post: venerat Manfredus Ecclesiæ persecutor ad Cellas & aliquandiù fuit ibi cum exercitu copioso ad Ciuitatem Tiburtinam anhelans.

Exindè ne hostibus (aduenientе tempore) receptaculum, & præsidium deseruiret, Arcem superædificare Carolus II. in eminentiori parte fecit, cuius memoria in lapide, qui in turri est scalptus conseruatur in quinque parmis, quarum qua maior est, Andegauensium familiæ insignia conseruat, reliquæ sunt abrasæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403



At cum ex Regio demanio ad Vrſinos Principes in feudum trãslatum eſſet. Rainaldus de Aillis de Vrſinis, & illius clariſſimæ familiæ Cardinalis Arcem, ipſam amplioribus propugnaculis, & murorum recinctu circũdederunt, & in formã ſecuri, & muniti fortilitij redegerunt; præſidiumque non leue, & Regibus, & Baronibus in inuaſionibus alijs, & malis incurſionibus tulit, ſuumque poſtmodum in dies incommodum ſentiens, rimam faciens, magna ædificiorum moles ruit, reliquit tamen noſtræ ætati in lapide inſculpta inſignia.

A. D. MCCCXL. TEMPORE
CLEMENTIS PP. V. REGNANTE KAROLO
ANNA DEI GRATIA L. D. NEAPOLIS HIERV-
SALEM, ET SICILIÆ REGIBVS.



RINAL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

RINALDVS. DE. AILIIS. VRSINVS. POS CAR DINALIS. DE. VRSINIS. FECIT. FIERI. L. S.M V. HO. OPVS

Sicque continuauit Principibus Vrſinis homagium preſtare ad annum MCCCCLVII. quo Dominus Virgilius ſuo fato cedens ad totius populi ſupplicationem Alphonſus Rex in ſuam tutelam recipiens ampliſſimis priuilegijs muniuit, additis etiam in donarijs molendino, pratis, montibus & aquarum decurſibus, & ſi Ferdinandus filius Patris voluntatem ſequutus amplioribus fauoribus ornaſſet, poſtmodum tamen ad ſuffectionem exhauſti Ærarij Roberto eiusdem præclariſſimæ familiæ Comiti, habito pretio, iterum cōceſſit, illiuſque ſucceſſores ad Catholici Regis tempora, qui Fabritio Columnæ ſtrenuo Duci, & inuictæ virtutis Viro in fidelitatis præmium benigna largitione donauit, poſſederunt.

Ipſa aliquando totius Populi, aliorumque Oppidorum in circuitu dominatum retinuit, cuius ordinationi in rerum publicarū adminiſtratione parebant, & in Comitijs ad ſuffragia vocabantur; cuius ager, vt Cereri gratus, ſic Baccho parùm iucundus. Ouid IV. faſtorum.

Frigida Carſeolis, nec oliuis apta ferendis
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.

Hanc etiam Regionem Seraphicus Pater Franciſcus ſua preſentia Illuſtrauit; nā cum Vmbriam Sabinam pertranſiſſet, hùcq; tandem anno MCCXVI. diuertiſſet, Eccleſiam, Conuentumque pro ſuæ Religionis familia deſignaſſet, vno ab hinc milliario verſùs occaſum in Colle Vettiano per aliquod temporis interuallū moratus fuit, miraculorumq; ſignis ita coruſcauit, vt innumerabilium hominum multitudinem attraheret, quorum importunitate cum premeretur, vt illos copia ſuæ præſentiæ, & cæleſtium rerum colloquijs ſatiaret, ex crate ferrea, quam in Eccleſia apponi fecit, verba exaudiri, vultum perſpici permiſit, quem locum ſuccedente tempore habitatione, & redditibus ex pia Carſeolorum largitione auctum, ſub ipſius Sancti inuocatione veneratur. Parochialis eiuſdem Oppidi, templum Sanctæ Victoriæ Virginis in platea erectum, haud amplum, ſed moderna ſtructura decorum, à fundamentis altero ab hinc anno reuocatum; præeſt illi Archipreſpyter cum duobus Canonicis. Vetuſtum illud Diuo Angelo dicatum in ſuperiori Oppidi parte frequentatur; extra mœnia etiam in via Romana aliud Immaculatæ Virginis Deiparæ de monte Carmelo cernitur, ab illius Religionis alum-

Colle Vettiano.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

alumnis diù possessum, eadem censura nunc suppressum, à secularium Clericorum solertia regitur; pulchrum sanè Oppidum priuatis ædificijs ornatum, platea, vijsque congrua dispositione distinctis, artificum frequentia Incolis, viciniisque gratum.

Illiusque mænia Toranus flumen discurrens, præterlabitur, cuius præcipuus fons ab hinc 11. M. Pass. post Collem Oppidum scatet, & nouis fontibus auctus alij se iungit flumini, qui post Piretum insurgens ad ostium penè Oppidi illi occurrit, & per planum propè Siseram Syluam discurrens (vndè illi nomen) inter Collem altum, & Roccam Siccam per Tufum descendens ad Roccam Sinibaldi in Valle Æquiculorum augetur Radæ fluminis aquis; alijs à Morra, & alijs scaturiginibus receptis post Reate Velino se iungit. Parùm ab illius ripa 11. M. P. à Carseolis Aquilonem versus in Colle Castrum Podij Sinulphi insidet, vetustum, & habitatoribus repletum, vnam habet Parochialem Principi Apostolorum dicatã, cuius Rector ex fructibus vndecumque collectis decimam colligit, & cum litigio pulsaretur Ioannes Baptista Milanesius, Marsorum Episcopus anno MDLXXII. sua arbitrali sententia, non solùm, ex frumento, hordeo, millio, spelta, si in terris aratiuis serantur decimationem Parocho deberi, sed etiam à terris nuper ad culturam deductis, quindecesimam declarauit, & cum modò nouum insurrexisset litigium pro indico frumento, quod vulgariter grano turcho dicitur, noua deductione Illustrissimi Ascanij Gasparis pastoralis sollicitudo sedauit, deberique de noualibus Parocho Rectori decimationem, iudiciali indicto decreto, sanxit.

Podium Sinulphũ

Ab hinc II. M. P. in Regni finibus post Collemaltum antiqui Castaldij ruinæ inter rudera iacent, cuius nomen ab excubijs ibidem ob insurgentia bella factis, priori deleta denominatione in illud Colle de guardia immutatum, prout hodie dicitur.

Coll'alto. Castaldo.

In discursu fluminis ad alia ferè V M. inter Colles, syluasque Petrasicca, & Tufus ignobilia, & parua Oppida, vtraque proprium Parochum, & eiusdem nominis nempè Prothomartyri Stephano dicatam Ecclesiam habent; distant inter se 11. M. P ager illorum parùm lætus vice segetum, syluas nutrit, quæ Incolis in emolumeutum sunt. Quæ Marsis addita Æquiculorum pars est, is terminus. Sunt affinis nostri, Collesalti, eiusdemque Comitatus Incolæ qui montibus superioribus insident, Vicosque frequentant.

Petrasicca, & Tufus.

Est antequam ad eos perueniatur Fons quatuor Episcopatuum finis, propè quem est lapidea mensa, ad quam cenasse aliquandò quatuor ipsi Episcopi referuntur. Sunt ij Reatinus, Sabinensis, Tiburtinus, & Marsorum, quorum ditionis fines fons ipse complectitur.

Qui istius amnis, alteriusque, qui & saltus dicitur ripam frequentant, cum illorum, aquis sitim explent, turgidis gutturibus earum

potio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

potione ex Vetruuio lib. 8. cap. 3. de architectura, efficiuntur; quod omnibus ferè quibus frigidæ aquæ, quę ex niuium resolutione descẽdunt, in vsum sũt, accidit; cum enim vaporosæ, & flegmaticæ sint in gutture condensar, strumasque gignere Galenus lib. 4. de facultate simplicium affirmat; idque comprobare haud difficilè cum experiẽtia doceat, & non solum qui Æquiculorum Vallem propè iam dictos amnes, sed qui vallem Rubeti & Liris ripam colunt, strumosa guttura habent, ex augumento liquefactarum niuium eadem affectione premuntur.

Dum nimis anxiè Carseolorum Ciuitatis locum indagare contendimus, cursus nostræ Orationis eò peruenit, vt nonulla oppida postposuerit, quæ modò reparare curamus.

Post Auriculam oppidum dextrorsùm 11. M. P. vbi Mons radices in planum extendit, Arx vegetis, quæ & Rocca de botte dicitur sedet, sic dicta ab Arce in ascensu montis ad formam vestigij compacta, quæ suum fatũ sensiens penè delitescit in solo, nõ modernum oppidum, quod in præcitato registro cum Fossa ceca, & Rocca de Brugnia quæ parum ab isto desolata iacet, notatur. S. Petri Eremitæ, (cuius Sacrum Corpus in Treui oppido in Hernicis summa veneratione colitur) Natali nobilitatum, dulciori alijs aeris temperie fruitur; vndè & solum fertilius, & seges latior, & vina iucũdiora, & poma gratiora ex omni genere promit, quæ Romanas etiam mensas ornant; leguminum, & præcipuè lentarum effectus dines, quarum copia Vrbem etiam nutrit, cui, & montium vicinitas amæna pecoribus pabula præbens, Incolas ad pastorale ministerium inuitat, vndè suarum Ouium ductores efficiuntur, quæ non solùm baculo, sed & dulci fistulæ sono ad pascua, ouile reducunt; vt in his montibus fabulosum Arcadiæ statum ad viuum exprimi videatur; non quidem rudi, & pastorali modo, sed numerali modulatione edocti harmonicas musicis modulis vocum proportionata dispositione explicãt cãtilenas, & ex puriori Cæli aura dulcivoci effecti incitantur ad cantum. Vndè relictis ouibus Regum, Principumque inuitantur ad Aulas, choroſque Romanos in ipsa Pontificali Cappella implent. *Rocca de Botte.*

Vnam Parochialem Apostolorum Principi dicatam habet, cui Abbas cum duobus Canonicis præest, redditibus opulentam, quam Pastores relicto baculo, & pera, diebus solemnibus dulciſono Organi plausu, vnisona vocum numerositate cantibus exornant; & sic rustica simplicitas vrbanam vincit industriam; vt nihil desiderare queas, modò eorum cithara tot Incolarum contagionis morbo subactorum periculo versa est in luctum; erat olim Cassinensium Monachorum monasterium.

In altero ex aduerso monte II. M. P. à Rocca de Botte inter quos

quos planities intercedit ad ortum solis hiberni in aspero con-
Piretum scensu Piretum Oppidum nulla rei singularitate notatum sedet, antiquum planè, & ex pluribus simul vicis vnitis compactum, vndè & tres sunt illi Parochiales Ecclesiæ Sancti Nicolai, Sancti Georgij, Sancti Saluatoris Illustrè tamen tot Episcoporum numero, quos Maccafana familia peperit, vt in Catalogo annotauimus.

Aliosque viros dignitatibus insignitos, qui aliquando etiam in dominio Oppidum tenuerunt, vt Monaldeschus in Annal. asserit ad huc tamen antiquum splendorem non amisit. Non minorem gloriam illi contulit F. Antonius Angelus totius ordinis minorum Conuentualium Generalis minister in comitijs Argentinæ habitis electus anno MCDV, & si de eius natali solo varia feratur opinio, in hoc nostro Pireto in latio Romanæ Prouinciæ ortum fuisse multa suadent: Theologorum suo tempore Princeps, vt à Summo Pontifice Ioanne XXIII. ad confutandas hæreses Ioannis de Heus, & ad secum dum in Concilio Constantiensi carceribus detineretur, de veritate certandum, mereretur inter cæteros alios eligi ab eodèque Nuntius in Angliã destinatur, & ex Apostolica indulgentia inter Thomam Henrici IIII. filium, & Margaritam de Holand. Ioannis de Peñafort Comitis filiam in gradu consanguinitatis dispensatione impedimenta matrimonij tolleret, tantoque ob egregias animi dotes, rerum agendarum solertiam, & scientiæ dum adhuc legationem ageret fratribus rescripsit, vt comitia celebrarent in Prouincijs eorum, vt ex apostolicis literis à F. Luca Vadingo in annalibus relatis; in quibus inter cætera: Quia dilectus filius Antonius de Pireto ipsius ordinis Generalis Minister pro nonnullis nostris, & Romanæ Ecclesiæ arduis negotijs agit personaliter in partibus remotis.

Et qui plura de eo desiderat Vadingum petat: in sua humilitate vt idē ait ad Dominum euolauit anno MCCCCXXI; Mons, in quo oppidum iacet, plurimorum sanctorum Monachorum receptaculum fuit, in eã quidem solitudinē recessisse, cum à se Cassinense Monasterium abdicasset Eremiticæ vitæ recessus cupidus Ioannes XIX. Abbas Leo Ostiensis in Chronico refert, in cuius descensu Carseolos versùs Sancti Petri Ecclesiam Monachorum pariter quondam sedes aspicitur, in qua titulum Q. Auillieni inuenimus.

Q. AVILLIENVS. Q. F. BASSVS
MAGISTER. IVNIVS
IIII. VIR. AED. POT
IIII. VIR. IVR. DIC

Ex

Ex altero latere, S. Silueſtri Monialium Caſſinenſium quondam, nobile Monaſterium, in quo Georgij Macchafani Epiſcopi neglectũ ſepulchrum; nunc derelictum, & penè deſolatum, & in ſimplex beneficium erectum.

Poſt quod vario ordine extolluntur, dilatanturque montes ad fontem lyris, Anieniſque, & elongantur in proceſſum ad Sancti Bartholomęi in Triſulto Monaſterio, & vltra; in quorum eminenti celſitudine modò deprimuntur in valles dilatanturque in æquali planitie, modò ſuperextolluntur viciſſitudinaria ſucceſſione in altiores, aſperioreſque; inter quos virentia, lataque prata ſcaturigines laticeſque plurimos emittunt, vndè ouium gregibus, bouum armentis, Equorum præſepijs gratas, & iucundas æſtiuis paſcuis ſtationes præbent, in quæ ex Romana campanea turmatim ad X. millia & vltra, cum feruet æſtas, confluunt.

Inter vtrumque Oppidum Piretum ſcilicet, & Arcembuttæ in amborum limitibus fines, templum Cælorum Dei Genitrici Reginæ ex collatis in aduerſæ fortunæ caſibus, inſperatæ opis auxilijs, delli Biſognoſi, vocitatæ, in eminentiori illius montis parte, quæ in planum ſe extendit poſitum, longa ſeculorum ſerie crebris celeſtium gratiarum portentis venerabile colitur, à remotis Hiſpaniæ litibus Dei nutu, ipſiuſque Immaculatæ Virginis admonitione illuc ſimulacrum ex ligno fabrefacto aduectum, vt in attrita temporis corroſione inueterata tabella, quam Oynonimus quidem decem ab hinc annis excerpens typis dedit, apertis literis narratur; cuius quidem ſeriem (cum ea, quæ ad hiſtoricam veritatem, clariora temporis interuallo deſiderantur apertiora monſtrabimus) integram reddemus.

Vltra Herculeum fretum, ad ripam Betis fluminis (quod hodie Quadalquiuir vocant) in ipſa Beticæ Hiſpaniæ regione, non longè ab Oceani ripa Hiſpalis, quæ nunc Siuilia, antiquiſſima olim Romanorum Colonia, totius Europæ illuſtre Emporium iacet, rerum geſtarum, bellorumque gloria, & in omni diſciplina hom num habilitate ſatis nota Ciuitas, inter quam, & Oceani fluxum Eccleſia nõ tàm compage murorum, quàm deuotione fidelium celebris frequentabatur, in qua Virginis Immaculatæ non magnum ſimulacrum filiũ in brachijs tenentis in oleaſtro ligno effigiatum, humili hyperdulia adorabatur, cœleſtium perfuſione donorum, veneratione auctum, ad quod ex omni circa regionum ambitu deuotorum numeroſa turba quotidie confluebat, in cuius præcipuè cultu magno fidei & deuotionis Zelo Fauſtus nobilis Hiſpalenſis (cuius vxori Elphuſia, & filio Procopius nomina erant) æſtuabat; is quotidiè templum, ad preces adibat, & tanta fiducia ad Virginem accedebat, vt velut à dulciſſima Matre in ſuis vitæ neceſſitatibus opem humiliter peteret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

nec à postulatis vnquàm defraudabatur; quinimò ad tantæ perfectionis gradum illius religiosa obseruantia,& diutina veneratio deuenit,vt à Deipara ipsa multotiès responsis, & colloquijs dignaretur.Eo tempore ex Gothorum prosapia Orthodoxus Princeps Sisẽbetus Hispanis imperabat,& Hispalensé sedem Catholicæ Ecclesiæ decus, doctissimus S. Isidorus S. Leandri sui fratris successor, qui Hermenegildum ab Arrianorum errore ad sinceram veritatem reduxit, tenebat;quem Patres in Concilio Toletano encomijs multis ornarunt. Præfatusque Catholicus Rex illius sanctitatem, doctrinamque ita existimabat, vt illi promptum obsequium, præsẽtẽque opem,vt Synodum in sua Hispalensi Ecclesia, ad Acephalorum sectam confutandam coadunaret,in gratiam præbere cæperit.Is cum regnare cæpisset post Gundemari Regis obitum (qui Toletanæ Synodi decreta sua speciali sanctione seruari mandauit) cui immediatè successit;ex Aphricano litore numerosam Saracenorum Classem ad sui Regni damna armari prænouit; numerabantur tunc, vt Eminentissimus Baronius aduertit anni Domini DCX.Eo enim anno principium Sisebeti Regni ponit, Imperatorisque Focę vltimũ, & Bonifacij IV.Romani Põtificis.Ad hæc tempora factum referri, cum non ante apparatum bellicum, ex Aphrica coadunatũ legatur non incongruè iudicamus;irrepsisse errorrem in trãscriptione tabulæ quæ vtpotè corrosa,abrasis etiam nonnullis literis,occasionem erroris excerpenti dederit; qui cum imperante Foca, & sedente Bonifacio IV. rem gestam in aperta caracterum lectione collegerit ad primum Pontificatus annum nempè DCVI.reduci putauit, parũ aduertens eo tempore nulla bellorum occasione, Aphricã in Hispanos arma mouisse; sed tantum postquam Focam Imperatorem, Cosroas Persarum Rex vno infelici prælio vicit, Hyerosolimam Ciuitatem euertit, Crucem Domini Redemptoris abstulit, Sanctissimum Virum Zachariam Patriarcham inimicorum mancipium, cum tẽpli spolijs insolens victor asportauit; sic vniuersi orbis Christiani in se inimicos animos armauit, vt spreta imperij dignitate exercitus,qui Aphricam insederat, tumultuosis clamoribus Heraclium Imperatorem acclamauerit; qui clauum tenens, ne à culmine supremæ dignitatis ad quam ascenderat,deijceretur,& coronã,thronumque sibi stabiliret,ex omni ditione, quæ illum sublimauerat,numerosam classem parauit, qua exercitum in Italiam, aliasque Prouincias,quæ adhuc Focam non desererant traijceret,cuius apparatum cũ ex Aphrica, sibi proxima,Sisebetus mouere prænoscert; siuè insidias sibi moliri, siuè periculum præcauere iudicauerit; ne si in se verteretur,imparatũ succumbere necessè foret, sciretque profectũ expeditioni maximum esse,si quo tendatur, ignoretur;in quo experti Duces summoperè inuigilant; copias ex suo Hispanico regno aduna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

adunari præcepit,& littoralia loca muniuit,Classemque in occursũ, vt si noua moliri tentassent repellerentur,parauit ; in qua cum Faustus nomen militiæ dedisset, Hispalensem nauim ascendit ; cumque rates vela dedissent,altaque per æquora transcurrere cæpissent.Ecce flante Noto exòrta tempestas,qua classis tota iratis fluctibus concuti,in profundumque obrui videbatur,& cum omni humanæ opis auxilio Faustus destitutus,vicinam mortem exhorrescens,toto mentis affectu glorioſæ Virginis auxilium iam periturus exposceret; nõ distulit pia Mater sui deuoti suspiria,votaque exaudire ; sed mira diuini fulgoris luce perfusa,in obnubilata aeris serenitate,in eandẽque formam, qua coli solebat in Ecclesia illa iã dicta, illius oculis aspiciendã se præbens, & illicò ex illius aspectu dissoluta tenebrarũ caligine,cessantibus ventis,maris tempestate sedata tranquillitas indulta.Qua apparitione,non solum visu recreari,sed vocem exaudire, cum non multis alijs circumfusis militibus dignatus fuit ; quæ in hanc erupisse sententiam profertur.Retrahite modò filij rates, non enim hodie inimicorum impetum euitare poteritis & his dictis euanuit ; Et si prænuncia Matris Sanctissimæ monitio per ora militum diffusa volitasset, portentumque sedati turbinis, & procellarum, sonusque exauditæ vocis omnium animos commoueret, traheretque ad fidei obsequium monitis præstandæ.Classis tamẽ Præfectus omnia ad vulgi facilitatem cõuertẽs: non ex vanis,incertisque ostẽtis ab incæptis desistẽdũ suasit;plebis siquidẽ animi facilè à quocũque naturæ ordine exorta Numinibus accepta referũt; credũtq; è celo descendere,quod à naturali causarum cursu,licet præter cõsuetum,solitumque motuum effectum,ostendatur; nec nouum cum magnæ incipiãt cedere tẽpestates; ex aeris impressione hæc exoriri, quæ Ethnici Castoris, Polluciſque signum, nostrates S. Eremi lumẽ appellant:vocem aliũdẽ quam è Cælo delapsam (si qua fuit) sepè enim in angustia positi, talia effingere, vt miracula credant, & in animo ex fiducia in Deum cõcipiunt euenisse predicant; vndè spretis Dei genitricis monitis,protinus cõserere iubet & incredulitatis suæ pœnas haud tardè luit ; & cum illicò hostium classis marinos vortices calcare, discurrereque per æquora aspexerit, dispositis in ordine nauibus tubarum clangoribus,alijsque militaribus instrumẽtis,& suos animat,& hostes ad pugnam prouocat; nec mora arma capessunt,vt alter alterũ hostili impetu aggrediatur: fundunt ir tela, quorum numero obnubilatur aer , nec in cassum cadunt: vndè ex vtraque non paruæ cædes , & in aquis obuoluti eumere animas, quos furor primo congressu deiecit, & sparsim natare occisorum cadauera aspiciũtur;sic atrox, luctuosaq primò vtrique clades fuit, sed cum Hispanicam numero Aphricana vinceret , haud diuturna contentio,sed paulatim illa visa cedere , & fuga damna reparare si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

posset,& confuso ordine pugnæ, sic Aphricanorum audacia debacchari,vt Naues deici,sanguinem fūdi,& quibus ferrum peperc erat, vincla reseruari, miserrimè Hispani dolebant; nec spes alia salutis relicta,& Præfectus ille tunc cęlestia, quæ spreuerat auxilia deprecabatur; sic peccatis exigentibus mentis obtenebratur intuitus, vt quæ viderit non intelligat, & tunc consilium in ærumnis capiat, cū releuandi spes frustrata est; & tùnc suorum deplorabilem stragē flere cæpit,cum victricia inimicorum signa,maiorem suæ classis partem captiuam ouantia trahere proprijs oculis perspexerit;In ea infelicitate felix Faustus hostium vinculis adstrictus, consueto Virginis auxilio emancipari meruit:inter mortis angustias, & belli pericula, dum preces, lacrymasque perfunderet, eam protinus vidit, quæ nunquam in suis necessitatibus defuit, sua manu manum apprehendere,& extra marinos fluctus, & inimicorum exercitum ad securam litoris stationem mirabiliter extrahere; statimque securitate potitus vocem diuinam audiuit, qua ad propria remeare iubetur & illicò euanuit; cælestibus his fauoribus gaudio repletus exultans, & viam carpens,in templū illius incidit,& limen venerabundus adorans,Elfusiam vxorem,Procopiumque filium ante aram(cum infortunium prænouerint) preces pro sua ipsius incolumitate ad Deiparam fundentes inuenit, quorum aspectu recreatus,laudum encomia vnanimes Virgini persoluerunt.

Nouo hoc Dei Genitricis protectionis auxilio Faustus ab imminenti mortis periculo liberatus,sic cælestium donorum profusionem recognouit,vt deinceps sic se totum in illius obsequium inflammari cæperit,vt terrenorum cura relicta,in hoc vnm cum vxore, filioque tenderet;& à Barbarorum sæua seruitute abstractus,illius mancipiū se fecit,à quo fractis vinculis libertatem recognouit. Templum igitur ex eo die nō frequētare solum, sed ibidē insidere,operaque christianę pietatis illic colere,peregrinos recipere,in miseros,& à fortuna deiectos sua profundere in animo fuit;& solum Deo famulatum in spiritu præstans,nullis domesticæ substantiæ curis grauabatur, & relicta agrorum cultura, ex latifundijs Auorum patrimonio, non emolumenta amplius, aut prouentum recipiebat; & censu ipso venundato, breui annorum curriculo,sic tota substantia diminuta, fuit, vt ne vsibus quidem necessarijs amplius sufficeret, & penè diurnum panem mendicare opus foret;his miseriarum incommodis acto, carissimæ vxoris morte ærumnarum,incōmodorumq; cumulus accessit;quāobrē anguſtijs paupertatis, & mæro ris stimulis agitatus, quod consilium caperet nesciebat, & dum cælestem opem profusi gemitibus efflagitabat,in animum venit à Iudæo (cuius familiaritate vtebatur)fœnori pecuniam quęrere, qua negotium ad vitæ substentationem,& incommoda reparanda ageret; sed à proposito inopia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

pia fide iussoris, sine quo sperata concupere diffidebat, terrebatur. His curis agitatus, dum solitum orationis pensum ante Virginis aram persolueret, illâ sibi sic alloquentem audiuit; Quęre, ne dubites, ab Hebręo pecunias, quibus indiges, & me subleuatricem habebis; amicæ vocis sonitu, & sponsione exhilaratus dictis credidit, & gaudens, humili gratiarum actione soluta, illicò iter carpens, Hebræum petijt, & illi suam necessitatem, desideriumque aperiens, pecunias fœnerandas petijt, sponsoremque manifestauit; nec renuit ille, aut innata perfidia cælestem subleuatricem spreuit, aut fidem abnegauit; sed conuenientibus pactionibus stabilitis, vt indemnitati suæ consuleret, ad templum cum Fausto Procopioque festinant; quod statim adeuntes ante simulacrum fideles prostrati, humili petitione Virginem interpellantes, similem responsionem accepisse, quæ ad vtrorumque aures deueniss. profertur. Ne formides Hebræe, pecunias deuotis his meis fidelibus fœnori dare, nam peruoluto anno, eas vsurasque simul te recepturum fore polliceor, sic de Cælo delapsa vox stuporis ecstasi Hebræum repleuit, vt defectum fidei in non hesitando promissis impleuerit. & qui diuinis præconijs euangelicæque veritati obstiterat, ad Virginis loquelæ sonum flectitur, & Fausto desiderata concessit, & quæsitas pecunias, recepto chirographo clargitur. Tunc illas Faustus nactus cum Procopio filio multisque nagotiatoribus nauem ascendit, & Gaditanum fretum, & Atlanticum Oceanum per Herculis metas ad internum mare peruenientes, cursum ad Orientem dirigunt; ventorum tamen impetu nauis acta ad Septentrionem vergere cæpit, & Ionij fluctibus trãsuersis in Adriatico sinu placato æquore stetit, ad Apuliæ tandem litora vela composuit, & anchorã iecit. Felicitate soli omnium frugum ferax Apulia Prouincia est in Italia, quæ varij generis mercimonijs desiderium fœneratorũ impleuit; illùc impulit Virgo, quæ in procellis auras secundas dedit, vt sui deuoti non alio fœnore, quam cælestibus eius patrocinijs quæstus secundarentur; & in insperato solo augerentur præter spem merces; & ne industriæ negotiatorum tribueretur euentus, quas in Oriente quæsierant, ad Septentrionem diuitias comparandas reduxit. Breui igitur interuallo fœnus ad desiderium creuit, vt negatiores ipsos exundans in mercatura prouentus in miraculum adduceret.

Vnde iam plenis marsupijs, cum tempus vrgeret de reditu cogitare cæperunt, nauem igitur repetunt, & cum secundarent venti, illùc vela dirigunt, vnde progressi venerant, & concitato nauigio soluunt festinantes ad cursum properati reditus, & cum alta per æquora nauis, iam placidis vndis felici cursu transcurreret, extemplò atra caligine aer repletur, & immoderata exorta tempestate contrarij efflantes venti, procelloso impetu extollũtur fluctus, crebris-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

briſque inſurgẽtibus vndis,maris, cælique ſpecie immutata, ingens fremitus,ſtrepituſque aquarum,ventorumque in horro e tenebroſæ noctis pauor,morſque præſens omnium animos debilitauerat, & cum ad horam magis,magiſque ſæuiret,ſic concutiebatur, iactabaturque nauis,vt remigij,velorumque vſus oblitus Nauta, impellente turbine itineris curſum cedere, puppimque furentis impetus arbitrio relinquere cogeretur; & cum concita'o æſtu pelagus totus ferueret,ſic deiecta nauis concutiebatur, vt qui intus erant impellenti furore deijcerentur in aquas, & iam multos ex Socijs marinos vortices aſſorbere proprijs ipſe oculis Fauſtus viderat; vicinamque morte metuẽs mærore plurimo premebatur, cui noua doloris meſtitiæquæ additur cauſa; cum enim vbi latitaret Procopius filius anxiè oculis perquiſiſſet, quem nec fluctibus immerſum,nec in naui eſſe ſenſerat; vnde acriùs anguſtiatus iaterioris animi paſſionum turbine ad conſuetum ſuarum calamitatum non indubitatum refugium oculos, anxiamque mentem doloris plenam, ad vltimum penè anguſtiatam direxit; vt in miſerabili illo totius ferè ſubſtantiæ,& vitæ periculo ſolita miracula renouaret,lacrymabundus interpellat.

Adfuit in aere ſubitò ſueta in imagine Virgo, & protenſi doloris conſolatur anguſtias, filiumque Procopium ſaluum eſſe pronuncians, illumque non multis poſt menſibus incolumem inuenturum, ſi quæ didicerit implere, promittat; & arcanum diſpoſitionis diuini conſilij tunc illi aperit; futurum nempè vt feſtinantibus annis, Saracenorum peſſima, & à cultu Dei abhorrens gens Hiſpania potiretur;ſicq; Altiſſimũ illis offenſũ decreuiſſe; quorum impietate templa vaſtanda, ſacra diripienda,& omnem ornatum ad cæleſtium honorem inſtitutum ſacrilega manu comminuendum; ſimulacrũ autem ſuum,quod in Hiſpalenſi litore venerari conſueuerat,ne ſpurceretur opprobrijs,cũ ad propria rediret, in Mõtẽ Carſeolorum per eaſdem maris vias,quas ipſa ex inopinato mõſtrauerat translaturum polliceri ne dubitaret, cum illic coli vellet, vbi & filium Procopium à marinis vorticibus ſubtractum ſaluum inuenturum denunciat. Sic Fauſtus dictis ſubleuatur,& ineffabili cæleſtis gaudij recreatione repletur,vt de ſua amplius,filijque ſalute, quid quæreret non haberet,& ex dilatato cordis affectu in deuota laudis Encomia prorupit; Ecquis ò Virgo non inhiet tuis obtemperare mandatis? En ego qui qualis,qualiſque ſum,tuo ſum dono, & quis enumeret, quæ in me beneficia contuliſti & quibus periculis liberatus,quas tremendas maris tempeſtates quaſi, quos fluctus ſuperaui,quas miſeriarum ęrumnas calcaui? tuis auſpicijs ſemper luctum meum in lætitiam verſum aſpexi, & cum pares tibi quas referam laudes non habeam,in hoc vno,vt poſſum promam obſequen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

quendo tuæ,tuique filij voluntati,vt iussisti faciam; & cum maiora exprimeret, SS. Virginis visionem amisit, & cum ea turbinum immoderatam tempestatem sedatam simul agnouit,& serenitatem Cœlo restitutam, vndè alacres Nautæ manus ad opus reponunt, readactant remos,velaque componunt,& quassata reficiunt, & in incæpto itinere puppim vertentes,dum ad occiduas partes tendunt, ex insperato græca litora tetigisse cognoscunt

Hæc vt Celestis Virgo dictauit euenere; nam reuoluto seculo, is fuit annus Domini DCCXIII. quo Vuitilæ filij, qui Hispanis imperebat,à Rudorico è Paterni regni finibus expulsi, & omni possessione spoliati ad Iuliani Tingentaniæ Prouinciæ Comitis auxilia confugientes, immenso illius auspicijs Saracenorum exercitu comparato,deuicto Rudorico, Hispaniam infeliciter præoccuparunt.

Interim,vt portum intrarunt, vt vi turbinum extenuatas vires recrearent,in proximum Castellum deueniunt, agnouitque tunc Faustus exigere tempus fœnori darę pecuniæ,vsurarumque solutionem; ne suam, cælestisque subleuatricis fidem fallere Iudæus dubitare posset;anxiabatur animo, & dum variè fluctuaret,in eam deliberationem tandem inclinauit, vt illi eidem Sacratæ Virgini Intemeratæ solutionem committeret:sicque pecuniam, censumque in vnum collectum intra ligneam capsulam includens,literis signatis Mariæ,in mare proiecit,non anxius de fide aduentus,sed certa fiducia speque non indubia ductus Virginis auxilia non defutura, quæ nõ per incertum tramitem mare discurrens ad Hispalense litus tunc peruenit,cum Hebræus ex suæ litoralis domus fenestra,qua maris recreabatur prospectu, illam vndas supernatare aspicere, poterat,vndè cum vidit festinus ad mare descendit, protinusque illam ad terram traxit,lætus de aduentu,inclusas pecunias illicò numerauit,& Hispalim rediens (prout ex mari aduenerat) capsam cum pecunia inclusa intra segregatum suarum pecuniarum repositorium detulit.

Transacto exinde tempore, cum Faustus ad propria remeasset, vt litora tetigit, SS. Virginis limen læto accessu adoraturus intrauit,& prostratus ad aram vota promit, precesque supplici oratione persoluit,nec à Sacrato Cæli Reginæ simulacro de aduectis pecunijs iam securus responsa quæsiuit; Inde in amicum Hebræum incidens mutuis amplexibus gratulantur; mox ille pecuniam suam repoposcit,ad quem Faustus ordinem, quo remiserat repetijt, & sub cælestis subleuatricis auspicijs constanti fide non perituram asserebat,cumque ea sit Stella Maris & periclitantibus portus, non permissuram à fiduciali, & in tot tantisque arduis experimentato conceptu defraudari,& de securo sponsionis adimplemẽto dubitare

nefas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

nefas esse, direxisse ad illam, quæ promiserat, vt vtraque fides inuiolabili pacto adimpleretur, & si casu perijsset (quod contingere non posse asseuerabat) ex alijs pecunijs satisfacere pollicetur. Vnde vt huius dubitationis euentus, è medio tolleretur; Virginem adeundum suadet, & simul incedentes, templum adeunt, & ante aram Faustus genuflexus exposuit: En inquit Virgo, quæ Iudæus improperat; ad cuius interrogationem illius simulacrũ Cęlestis iræ fulgoribus adumbratur, & vox inde personans, Hebræi fallaciam increpat: Plene omni dolo, & stulte Iudæe, quo modo, quas, me duce, recepisti pecunias negare audes? Nonne integras in tuum repositorium conseruas? in me promissa non fallunt.

Ea voce nimio terrore consternatus in terram cecidit, & stuporis, pauorisque simul stimulis agitatus, tremens, stupensque vt sibi ignoscatur exclamat, & Sancti Spiritus interno lustratus fulgore induratam perfidiam exuens, ad fontem regenerationis inhiare cæpit, & sacra vnda renatus, noui hominis indumentũ recipiẽs, tyrocinium cælestis militiæ, Fausto Duce, in templo illo exercere non distulit: credit tandem Virginis filio Hebræus, & in illius obsequium perpetuo mancipatu dicatur. Vndè postmodum Faustus arcana sibi commissa aperuit, comitemque in Sacri pignoris vectione asciuit, sicque communicato consilio, quæsitis alijs sibi sanguine iunctis socijs, rem aggrediuntur, sacratumque Virginis simulacrum, extemplò ad paratam nauiculam extollunt, & per repetita maria cursum felicibus auris implent, & in ora Frentanorum ad Oppidum Francauillã vela retrahunt, & mulam, cui adhuc nemo insederat, diuini Simulacri sarcina onerandam mercãtur. In cuius dorsum ea, qua possunt veneratione substulerunt, & quam nemo eorum nouerat, semitam aggredi parant, viam Virgini committunt, & triduano itinere per tractum Valeriæ viæ conscẽso monte, planitiem Carseolorum intrant, & per superextollentem montem, mula itercarpens per dirupta petrarum, cum ad cacumen penè conscendisset in lapidem incidit, quem flexo poplite signauit; cuius miraculosa impressio in ædicula supererecta hodiè monstratur; deindè superiora montis petens sistit iter, & illicò Procopius in veste alba obuiam Patri processit, & brachia ad collũ tendens oscula ori figit, & inuicem de successibus gratulantur, & cum de loco in quo Sacrata Imago sisteretur ab illo quęreret; quem Virgo iam ante indixisse commemorat, insinuat; ibique venerantèr collocant; templum, ædiculasque extruere festinant.

Primum in collocatione miraculum fuit, litis finium sedatio; finitimi siquidem de limite diù acritèr contenderunt, nec finis iurgiorum, ni Virgo lapidem posuisset; ipsa amborum intermedium agrorumque terminum tenuit, tenetque ad præsens.

Fama

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Fama tunc per ora hominum volitare cæpit, augentque miracula rumorem; ex remoto Hispanico litore Sacrosanctum Dei Genitricis simulacrum (ipsa additante) in Marsorum fines, in Carseolorum monte miro, & singulari Omnipotentis fauore aduectum: fit vndique cõcursus Populorũ; renouantur in collatis ad confluentes beneficijs mirabilia: ad quorum voces Pontifex ipse Summus Bonifacius IV. & ipse Marsus) tunc grauiter ægrotans mentem vertit, & vota emittens, sospitatemq; anxiè efflagitans, illius modò apparitione dignatus, diuinæ vocis oraculo consolari, & aspectu recreari meruit, & pristinum salutis statum recuperauit, & in gratiam habitæ salutis, cum Romano Clero ad insurgentem tunc Ecclesiam Virginem adoraturus accessit, cuius aduentus dies tertio Idus Iunij in relato pergameno notatur: Ecclesiam, ipsam ex cælesti thesauro depromptis, indulgentijs, Sacra supellectili, alijsque donarijs dotauit, quam hispani Heroes, cum Vrbem pariere, venerari consueuerunt, confugiuntque ad hoc ex Romana Curia supplices in dies Proceres, & nouis adhuc miraculis fulget.

Est ipsa Ecclesia vna fornice compacta, duasque post aulam sic à principio erectas ædiculas habens, vbi quiescere Fausti, sociorũque ossa creditur, exinde succedente tempore ædificijs pro vsu Inhabitantium aucta.

Statua ipsa in extrema parte ad dexteram apsidis, quæ arcubus ab Ecclesia separatur ad imum parietis eleuata residet, vbi ab aduectoribus collocata fuit, crate ferrea inclusa veneratur, ad quem ascensus per ligneos gradus habetur.

Cum flectitur iter à Pireto Carseolos versus, in pendicibus montium inter fluctuantes Colles duo adstant Pagi, seu Villæ, vix vna ab altera miliario distantes, quæ præter nobile nomen, nihil aliud retinent. Vna siquidem Villa Romana, altera Sabbinensis appellatur à montibus ab illustrissimis istis Populis denominatis, qua occasione, non dum nobis notum; numero tamen habitantium minimè replentur, vix XXX familias quaque habit, sub proprio Parocho. *Villa Romana.* *Villa Sabinensis.*

A Carseolis postmodum III. M. P. transactis in ascensu montis dum angustatur Vallis in faucibus est Colle oppidum, quod in regestro Collis Zippa dicitur, manibus, & turri olim ad securiorem aditus munitionem roboratum. *Colle.* *Regestro fol. 121.*

Sancti Berardi Marsorum Episcopi ex Comitum progenie natale solum, & Auorum patrimonium, vltimum amplissimæ illius familiæ Toparchiæ dominium, cui extrà mœnia in Romanæ viæ transitu constans in Domino, & feruens Vassallorum deuotio Ecclesiam extruxit, in qua illius reliquiæ venerantur. Est sub vno Rectore illi Ecclesia Parochialis Sancto Episcopo Nicolao dicata.

In ea montium asperitate III. M. P. à Colle distans Arx Cerri, *Arx cerri*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ſeù Rocca di Cerro, in cacumine ferè poſitum, ſitus, & ſoli infelicitate parùm lætum Oppidum; vtrorumq; iſtorum Oppidorum cultores ruſticis inſiſtunt operibus, ſed ex rigida Cæli temperie glaciali frigore, niuibuſque præpediti, alibi hyemare compelluntur; caſtaneis, quercubuſque adumbrantur montes, quorum prouentus aliarum frugum defectũ implent; vnũquodq; eorum vix LX. familias alit, eſt huic Eccleſia aſſumptæ Virgini dicata, cuius Parochus Abbas dicitur.

Inclinantur poſt mille, & amplius paſſus, antequam ad planum deueniatur, Montes ipſi in vallem, quæ ex liquatis niuibus, & imbrium coadunatione confluentibus aquis extenuatur viribus, vt minus Cereri apta, nõ niſi herbam nutriat, quæ æſtiuo fœcundata calore vireſcit in pratis; vndique cacuminibus, non ſe humiliantibus vallata; vndè & deſcendentium aquarum curſus retardatur, & vallem implendo, hyeme lacum breui periturum efformat, & niſi artifex natura ingluuiem effeciſſet, tantæ profunditatis, vt ad currentis fluminis occultum alueũ perueniat, aquisq; illius iungantur, Oppidani nimia excreſcentia, damna paterẽtur haud modica.

Verecchia In qua pereminenti valle, cum ad ortum ſolis Vereculam verſus tenditur, & ex radice ſuperextollentis montis fons, qui in flumẽ emanat oritur, & per ccccc paſſus ſuper terram ſerpens, lateribus ſe condens, & in inuiò montis ſinu neſcius fluens, iterum apparet propè Talleacotij mœnia in flexu montis, & per ſaxorum, riparumque congeriem præcipitatur ad opus piſtrinorum ad planitiem, quam lãbens per campos Palentinos flectitur, & propè Scurculam per vallem, quæ ad Æquos ducit, Velino amni iuxta Reate iungitur & cũ Tibure coit, eſtque vnus ex remotioribus eiuſdem Tiberis fontibus. Saltuſque vocatur. Exactis pratis fauces per admodum ſaxosã, & aſperã viã ad deſcenſum aperiuntur; & partem illam montis, quæ flectitur ad occaſum, ab ipſo cacumine ad planum longo

Taleactiũ ordine depoſitum, Talleacotium nobile, & modernum implet; totius Columnenſium Toparchiæ ſupremi iuris dicentis, & fecundarum earum Judicis ſedes, ab excidio Carſeoli, Cliterni, & Caſtalæ dij, vt Vol aterrano placet exortum, ſed quo tempore ignoratur, cum in regiſtro locorum ruina non notetur. Non ita tamen modernum vt Blondus, & Alexander arbritantur, affirmamus; cum quidam ſub Gulielmo Rege anno MLXXXVII. in repetito regeſtro, Bonauentura de Talleacotio pro iſto, multiſque alijs, quibus dominabatur oppidis ſacras ſuppetias XLII. Militum obtulit, & anno MCCXXXIX. B. Oddonis Chartuſiani monachi morte nobilitatur; vnde & maioris ætatis vetuſtate gaudere, ſed ſub oſcurioris nominis fama, colligitur, quod ædificiorum compage, & Incolentium numeroſitate auctum creuiſſe conſtat, tenue ſiquidem, vt

cæte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

exteris rebùs principium. Ante quam Oppidi fundamenta iacerentur, erat locus ille syluis consitus; inter quas aliquas domunculas occasione monialium sub Sancti Patriarchæ Benedicti famulatu viuentium Monasterij; vnde SS. Cosmæ, & Damiani in syluis nomen, sub nascentis Oppidi exordium extructas fuisse, vt Virginibus in agrorum cultura rusticani inseruirent, cuius quidem Monasterij licet primordia ignorentur ædificiorum tamen structura longæua redolet vetustate, & sub nascentis Illustrissimæ Religionis incunabula in illo recessu Sacrarum Virginum cœtum adunatum, non leuibus argumentis persuasum habemus; incrementum postmodùm ex nouorum Colonum concursu sumens, in Oppidi formam creuisse; nomenque illi seù Taleacotium, vt in regestro, seù Taliaquitium, vt Volaterrano placet, ex occasione tributum; cui nec Blondus, nec Leäder arridentes, de suo excogitatũ nomẽ inueniisse ferũt. sed ethymon vtrique nomini conuenire potest. Etenim recessus ipse syluarum in frequentato viæ Valeriæ tractu, latrocinijs plurimum aptus, & qui facinori incumbere quærunt, opportunitatem in viatores grassandi præbebat; vnde aliquando latrocinantium cõuentum, & qui principatum diù inter latrones tenuit fortè à Sancto Equitio Abbate (quod vsitatum in regione nomen deuotio fecerat) seù Cozzus appellabatur, qui ablatorũ spoliorum inciſor, & diuisor erat, ex continuata sociorum interpellatione, vt furta scinderet, Taglia Equitio ò Taglia Cozzo nomen sortitus est, qui cum fama magni latronis polleret illud loco, in suo um facinorum memoriam reliquit, cuius rei certum nobis argumentum ipsius oppidi parma sigilli præbet; signat enim duo homines, vterque altera manu pallium extensum tenentes, quorum, alter expectans, alter manu gladium extensum ad pallium incidendum monstrat; at diuersum ethymon à quopiam datum vidimus, quod nenijs, somnijsque redolere inuenimus; ideo frustrà apponere iudicauimus; proprium planè, germanumque relatum est, & inueterata traditione quæ in ore omnium est prædicatur; & insignia adstipulãtur; nec tam illustri Oppido, quod magnificentia, ædificiorũ magnitudine, & amœnitate, & Incolarum industria in armorum, & literarum palestra exercitatorum vicinis omnibus præseferat, notam inurere origo potest. Etenim & Vrbs, quæ in mundi principatum creuit, non dissimile principium habuisse refertur.

Ab ipsa summitate ad radices montis extensum diù sola naturali loci munitione, absque alia custodia, se tuebatur, donec Ladislaus Rex menium recintu, & Arcis custodia vallauerit, siuè vt Comitum potentiã extenuaret, siuè vt securitatem finibus compararet. Nàm parùm ante Rainaldus ex Illustrissima Vrsinorum familia illius Comes, ita viribus pollere, vt non semel intra Aquilæ Ciuitatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Camponeſcorum Comitum contra regiam præheminentiam partes fouere non dubitauerit, in quam poſtmodum, vt diſſidentium aduocatus cum armatorum copijs intrauit, moxque illius dominium nactus, Andegauēſium fautoribus adherens liberas adminiſtrationis habenas ſumpſit, donec ſuorum militum licentia, populus, & illi etiam qui illum aduocauerant irritati, creſcentem elationem priùs deſtarī, poſtmodum morte multare deliberaſſent, vnde in illum concitato furore, ex Sancti Franciſci Conuentu in quo, vt furenſium manus euaderet, ſe receperat extractum, trucidarunt, & Ioannem illius fratrem, quem paulò ante carceribus, vt minus nocentem mancipauerant, inde extractum pari excidio affecerunt.

Et cum non multo pòſt tempore Ladislaus ipſe apud Roccam Siccam, à Ludouico II. Andegauenſium Comite, vno certamine ſuperatus, vt victoris progreſſus inhiberet, non acie dimicare, ſed cunctando vires illius eludere proficuum magis fore iudicauerit, loca quæ aditum Regni aperiebant munire ſimul cæpit, ad huius etiam Oppidi opportunam munitionem impulerit; vtraque ſiquidem occaſione opus accelerare potuit, vt non ſolum ad murorum expeditionem manum admouerit, ſed ad ſecuriorem forteliti ſtructuram in illa ſummitate, quæ rupibus cincta difficilem, arctumque aditum præbet, in ea opportunitate collocatum, & non militum numeroſo apparatu, ſed paucis adhibitis anguſta faucium ſtructura ab incurſionibus ſe tutari poſſit.

In commodiori Oppidi parte, quæ acceſſibus non arctatur, Robertus Vrſinus Comes Palatium Regia magnificentia, Aulicorumque ſtatione cubiculorum numeroſitate inſtructum, laquearijs ex ligno inciſis, varijſque picturis ornatum extruxit, cuius etiam munificentia extra mœnia M. P. ad ortum, templum Baptiſtæ Ioanni Sacratum, Commendamque ad ſubſtentationem Equitibus Hieroſolimitanis erectum dotauit, vt in ſuperliminari portæ notatur.

RVBERTVS. VRSINVS. MILES. TALLEACOTII. ET. ALBÆ. COMES. ARMORVM. CAPITANEVS. IN. HONOREM. S. IOANNIS. BAPTISTÆ. FIERI. FECIT. ANNO. MCCCLXXVVI. SEPTEMBRIS. VIII. Indictionis.

Et paulò infrà Palatium, ex profuſa charitate, ipſius præclariſſimæ familiæ Heroina quædam (vt verbis conformitatum regulæ vtar) in minorum fratrum placitum ex quadratis lapicibus Eccleſiam, peramplumque Conuentum in penè exurgentis Seraphicæ Reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Religionis exordio extruēdam curauit,eiuſdemque inſignis pietatis beneficio anno MCCLX. reparatum nouis ædificijs cum ſacello poſt maiorem aram,in quo B. Thomæ de Celano religioſa veneratione corpus requieſcit ſub ara Ducalis Cappellæ, in qua ex Apoſtolico indulto,in Dominorientium animæ expiantur, poſt Varri pagi ruinas monialiumque ex Eccleſia Sancti Damiani manumiſſione, vbi viuendo in illarum obſequio finem fecit, à primo tumulo translatum.

Prælucent adhuc in fornice Eccleſiæ duo rubri galeri duorum procerum eiuſdem familiæ purpuratorum, ibi quieſcentium, quorum nomina cum non notentur in marmore hic apponimus. Vnus pro vt notatum in codice Eccleſiæ inuenimus, Iacobus ex Comitibus Nolæ, à Gregorio XI. purpuratorum cætu, donatus eſt, qui Vrbani VI. in ſchiſmate Clementis VII. Antipapæ primus partes ſectatus,allectus cum alijs tribus Italis Cardinalibus à Gallis ſpem fouentibus alterum eorum ad apicem Pontificatus proiectuis Fundi comitijs interueniens, deluſus tandem, poſt electionē Antipapæ,à cætu Cardinalium recedens, ad Sueſſam comitantibus reliquis Italis ſe recepit; poſtmodum Talleacotium fato vrgente perueniens diem ſuum clauſit extremum XII. Kalend. Septembris MCCCLXXIV; & abſque nota ſepulchri in Eccleſia præfata tumulatur.

Alter verò Ioanēs ex Comitibus eiuſdem Oppidi,& ipſe Comes Dominuſque Archiepiſcopus Tarētinus, & Farfenſis Abbas à Sixto IV. inter purpuratorum numerum aſcitus,& antequam ad apicem dignitatis aſcenderet,hominibus terræ Marani teſtandi de bonis ſtabilibus, ſubfeudalibus, quæ vulgus excadentialia vocat, ad tertiam generationem indulſit,ex priuilegio pergameno quod Incolæ conſeruant,in quo,& Dominum Talleacotij Archiepiſcopum Tarentinum,& Abbatem Farfenſem ſe facit,& annus dati priuilegij eſt MCCCCLII. ante Sixti IV. aſſumptionem à quo rubro galero donatus,& in regiſtro defunctorum in præfata Eccleſia habetur ad Patres applicuit anno MCCCCLXXVII.

Quinque Populo præſunt Parochi,quiſque in propria Eccleſia, quarum quæ in arce eſt (quæ Ciuita dicitur) Sanctæ Virginī Ceciliæ dicata Archipresbyteratus honore potitur, modò dilabentibus Parochis cum excidio ædificiorum, quæ circa habitantes nutriebat,omni honore ſpoliata, iam ruitura ipſa quoque cernitur; de cæteris Principi Apoſtolorum vna, Sancto Nicolao, & Sancto Egidio Abbati, reliquæ ſicut omni ornatu, ita & Populi frequentia deſtitutæ, redditibus, ſupellectili,& rudi ædificio. Eſt alia in ordine quinta in permedullio Oppidi nobiliori ſtructura compacta in honorem Sanctiſſimorum Martyrum Coſmæ,& Damiani olim

Caſſi-

Cassinensiũ Patrum Conuentus, nunc ex cessione Monialium eiusdem ordinis in syluis dictarũ ante incolatũ Oppidanorum, cũ Monachorum Monasterio excitata Apostolicæ Sedi ex Clementis V. & Gregorij IV. Summorum Pontificum indultis immediatè subiecta, sub regimine tamen Cassinensis Abbatis; illiusque Vicariam administrationẽ vnus ex Patribus gerit in his tantũmodo; quæ curã animarum, clausuram Monialium, & visitationem concernunt, iurisditionalia Illustrissimus Marsorum Episcopus exercet, vt Sacræ Rotæ Romanæ oraculo in controuersijs diù inter vtrosque discussis sententiali decisione stabilitũ fuit de anno MDLXXXII. cuius tenor talis est. Resoluerunt Domini, quod non intret exceptio Abbatis, & Conuentus Cassinensis respectu loci de Luco, de iurisditione temporali, vt in cap. XI. sess. XXI. Conc. Trid. quia non probatur talis exceptio; imo notorium est, dictum locum esse de temporali iurisdictione Dominorũ de Colũna, & ab antiquissimo tempore illũ possidere. Vnde nisi Abbas, & Conuentus ostẽtat aliam exceptionem, dictus Episcopus habet fundatam intentionem in dispositione iuris communis Conc. Trid. ac etiam in scripturis, & depositionibus testium in petitorio, & possessorio, etiam vt sedis Apostolicæ delegatus in exemptis, vt hic per informationes, & sic est dandum mandatum de manutenendo quo ad Ecclesiam, & Clericos Sancti Ioannis, cui Ecclesiæ imminet cura animarum, etiam si essent exempti cap. 3. & 4. Ref. 6. & VII. cap. IIX. sess. XXI. cũ alijs.

Quo verò ad Monasterium Monialium Terræ Talleacotij, vbi est Ecclesia curata Sanctorum Cosmę, & Damiani cum Clericis secularibus resoluerunt Domini dandum esse mandatum Abbati Cassinẽsi, quia stantibus priuilegijs, præsertim Clementis V. cum obseruantia subsequuta, quam dixerunt dicti testes & scripturis pro ista parte satis probant; intrat exequutio de qua in cap. IX sess. XXV. c. 7. quod istæ Moniales, & Ecclesia regatur per Abbatem & Conuentum Cassinensium, & hic benè deducunt informationes pro ista parte.

Hoc tamen Domini restrinxerunt iuxtà terminos cap. 5. 9. 10. sess. 25. vt Episcopo etiam sit dandum mandatum de manutenendo quo ad ea, quæ concernunt clausuram Monasterij, & visitationem respectiuè curæ animarum, administrationis Sacramentorum, & admissionis Ministrorum etiam admouibilium, vt in d. cap. & in his quæ sunt ordinis cap. 17. sess. 7. & cap. 11. sess. XIV. quia ista sunt etiam in exemptis reseruata Episcopo, & satis ex deductis probatur, ad istum effectum, possessio dicti Episcopi in præmissis.

Animarum curæ Abbatissa Monasterij præest ad cuius exercitiũ septem Cappellani ad illius nutum amouibiles, per Episcopum confirmandi deputantur; Ecclesia ipsa, & Monasterium nullo ornatu redolet, cum plurimùm antiquitatis sapiant, in vno ex sacellis ossa

Beati

B. Oddonis Chartusianæ religionis alumni, ex placito Innocentij PP. III. ad vota Alduisiæ tunc Monasterij Abbatissæ, Monialium confessionibus excipiendis præpositi, in quo munere in pace quieuit, venerantur, illiusque acta ex processu iussu Gregorij IX. cõpilato nostro idiomate edidimus.

Extra mænia duo alij virorum Conuentus, vnus Ordinis Prædicatorum in Ecclesia Virgini Annunciatæ, insurgentibus iam muris, suppressus, at Incolarum pietate auctis redditibus restitutus, sed qui, vt Ecclesia ipsa, nec dum formam recipit. Alter Capucinorum structura, ambitu, & dispositione ædificij, & viridarij amænitate insignis, apud Ecclesiam S. Mariæ gratiarum exurgens, ex cæmentis veteris cœnobij in Ecclesia Sãctissimæ Triadis vltra milliare in aspero, & non frequentato loco ad solatium fratrum, & deuotionem Populi translatus.

Sunt sparsim per agrũ aliæ Ecclesiæ, sed quę ciuiliori cultu & ædificijs perlucẽt S. Rochi, S. Mariæ de Succursu, & S. Mariæ in Orientę præter alias destitutas.

Ciuium politiam plusquàm vrbanam propinquæ Romæ vicinitas illis contulit, quam plebs etiam ipsa, in vestium ornatu, & muliebri cultu concinnè conseruat.

Tellus ipsa post inclinationem mõtium, & partis illius àpennini iugis in planitiem se vertit, fæcunda vbertate præ cæteris gaudet; vina tamen ex rigida aeris coactione aspera promit, cum vuarum baccæ ad maturitatem rarò perueniant; rident tamen circa colles vndique vineta, & viridantium arborum comæ, malorum, pyrorumque fructibus redundãtium, sed eadem Cæli temperie haud satis iucundis.

Salti amnis cursu infæcunda rigatione madet, cuius vnda olera pereunt, ingeniosa tamen Ciuiũ cultura viridaria lætantur. Cernuntur in apricis collibus nobilium Ciuium sparsim Villæ frugum abundantia, & domorum commoditatibus delectabiles.

Cæterùm incommoditas soli industriosa Ciuium mercatura reparata, omni rerum satietate redundat; est illis sicut ad negotium, ità ad scientias capessendas ingenium, vnde plurimos in literatorum censura Illustres omni tempore peperit. Præsertim Andream Argolum Mathematicæ, & Medicinæ professorem, & in Astrologicis demonstrationibus facilè Principem; & in Patauino Gymnasio nobile Lyceum aperiens à Serenissimo Veneto Senatu Sancti Marci stemmate meruit honorari.

Hic Ephemeridas, tabulas primi mobilis, de diebus criticis, & alia complura typis commendauit.

Huic adde Ioannem eiusdẽ Andreæ filium, cuius Endimionis fabulosi amores, Italico vulgari metro editi, circumferuntur; cum plu-

si-

ribus alijs ingenij sui monumentis, quæ cap. XI. lib. 1. retulimus.

Sunt & alij, qui Talleacotium illustrarunt, inter quos celebris est Franciscus Resta ex Clericis Regularibus, qui minores nuncupantur, Propertij Restæ Episcopi, qui de vera, & falsa sapientia scripsit, nepos; cuius opera elucubrata, sunt; de varijs aeris, aquæ, & ignis impressionibus quæstiones Romæ apud Franciscum monetã. 1644. in 4.

Reliqui sunt: Philippus Scaccus, cuius legitur typis datus, Tractatus de Arte Veterinaria, quam Mescalziam appellant; nempè ad eos, quos vulgus Marescalcos vocat, pertinente; in quatuor libros diuisus, quibus omnes equorum tam interni, quàm externi morbi; Signa quibus dignoscuntur, eorumque curationes potionibus aut vnctionibus, sanguinisque emissione faciendæ continentur. Patauij apud Petrum Paulum Tozzium. 1628. in 4.

Gaspar Argolus Concistorialis Aduocatus Romæ, quem refert Carolus Cartarus in suo Syllabo. 110.

Hi omnes Talleacotium natale solum habentes, eruditi ingenij monimentis Patriam illustrarunt. Cùm autem & alij sint, qui alia Marsorum loca suis scriptis decorarunt, quos in prędicto cap. XI. libri primi prętermisimus, operæ pretium visi sumus facturi, si hic recenseremus.

Piscinæ decus fuit, Antonius à Piscina dictus, ex ordine Minorum Sancti Francisci, cuius meminit tanquam eximij, & omni virtutum genere præclarissimi Lucas Vadingus tom. 6. Ann. min. fol. 202. num. 21. floruit anno Domini. 1469.

Malleanum verò illustrauit Antonius Casalius ex ordine Cęlestinorum Abbas, qui Nouam Hierusalem, seù Sacram Basilicam Bononiensem, opus Historicum, varijsque præclaris obseruationibus refertum typis mandauit. Bononiæ apud Nicolaum Tibaldinum. 1637. in 4.

Ex eodem Malleano, ortus est Mahometanorum Malleus, (vt optimè adnotauit Pompeius Sarnellius in suis carminibus) nempè Philippus Guadagnolus ex ordine Clericorum Regularium, Minorum nomine, sed virtute Maximorum, Vir cùm morum candore, religiosaque simplicitate, tùm summa veteris, nouique testamenti, cæterarumque scientiarum eruditione nulli secundus. Linguas Hebræam, Caldæam, Siriacam, Græcam, & præ cunctis Arabicam, equè calluit, atque apud singulas earum Nationes natale solum, habuisset; vt testatur de Arabico sermone Grammatica Romanis typis demandata.

Arabicè quoque reddidit Nouum testamentum Romæ similitèr excusum. Et Vrbano inter Summos Pontifices hoc nomine Octauo iubente, composuit, & typis euulgauit, at non in vulgus, librum sanè cælesti sapientia refertum, cuius inscriptio est: Apologia pro Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Christiana Religione. Romæ typis Sacræ Congregationis de propaganda fide 1631. in 4. In quo scribendo Sancti Spiritus opem præsentem fuisse tenendum est; cum nihil literis commendauerit, quod alicuius viri doctissimi censura ad meliorem sententiam reuocandum censeretur. Quinimò tanta perspicuitate, & argumentorũ, rationumque efficacia Mahometis errores confutauit, vt eius sequacibus reliquus non fuerit ambigendi locus; nec res de cætero sit, quæ perspicuam veritatem valeat infirmare. Quamobrem factũ est, vt ad orientalem plagam, cuius incolæ Satanæ plagis confossi, medelã expetebant, euocatus, tot saluti restituerit, vt Vrbani VIII. oraculo Innumerabiliũ Animabus medẽtiũ laboribus, Philippi vnius pharmaca præstitisse declaratum fuerit. Idcircò apud se, quòad vixit detinuit, summis honoribus, licèt inuitum, remuneraturus; ni Deus Vrbanum ab Vrbe ad Cælestem Patriam transtulisset, qui Sũmus Pontifex dictam Apologiam Arabicè scriptam, italicè redditã typis iussit committendam, vt factum est; cum non pateretur, vt non omnibus tanti viri religiosa innotesceret eruditio: cui libro pium omen Pompeius Sarnellius, omnium virtute præditorum amantissimus, fecit hoc carmine, Horatiana phrasi concinnato; quod, cum typographorum celeritas in opere prætermiserit, & nonnulli vt proprio vsi sint, paucis malè immutatis, ad futuram tàm Philippi, quàm Pompeij, nobis charissimorum memoriam hìc adiecimus.

I Liber felix, noua monstra questos,
Vt leues omni populos timore,
Nec sinas hostes fidei per orbem
Pergere inultos.
Non venenatis grauida sagittis
Indiges Mauri pharetra, nec arcu,
Est potis fortes calamus Philippi
Frangere turmas.
Strenuum qui se nimiùm querenti
Reddit vltorem populo fideli,
Dum sui cursu eloquij perenni
Labitur amnis.
Malleum nouit dare *Malleanum*,
Quo caput fractus Coluber, docetur
Vt manu Marsus chelydros, grauique
Carmine rumpit.
Non tot, excelsas domiturus Alpes,
Grandines armat gelidus Bootes,
Hesperum nec tot comitantur atris
Noctibus ignes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Quot tibi cedent, monitis nefandi
Qui fidem præstant Mahometis, omnes
Namque vincentur, secuturi ouantes
Dogmata Christi.
Dat tibi partes scelus auferendi
Auctor humanæ Dominus salutis,
Perque te fient Mahometis artes
Prorsùs inanes.
Nonnè iam cernis calamo fugatus,
Vt plagas plagis foditur per omneis,
Astus haud illum iuuat, vt cruenta
Non cadat hasta.
Tu premes sancto domitos triumpho
Impios Turcas latio imminentes,
Atque subiectos Orientis oris
Seras, & Indos.
Audies seris habitata Bactris
Claustra doctrinam tenuisse veram,
Audies &, te, dirimi obstinatas,
Iudice, lites.
Nullus armento lupus ingeretur,
Deferens dorso tegumen bidentum,
Namque vel prorsùs poterit deinceps
Fallere nullum:
Vel Lupus sæuos qui acuisse dentes,
Nuper audebat, cupiet Philippi
Recta monstrantis, noua polliceri,
Fœdera nutu.
Ad Scythas tandem liber ito felix,
In librum multos retulisse vitæ
Liberos tecnis, validus, Barathri
Ritè futurus.
Te librum, fama celebrante, læti
Concinent plausus; vagus, & perennis
Per omneis Rumor referet Philippi
Nomina terras.

Fuit prætereà Philippus inter suæ ætatis Oratores eloquentissimus, & adeò in dicendo promptus, & expeditus, vt in lyceis, & Ecclesijs nulla præuia dicẽdorũ meditatione, de quacũque re proposita aptè, prudentèr, explicatè, & abundantèr dissereret, & oraret: ita denique vt omnes crederent, non nisi multis antè diebus cogitata dixisse, quæ ex improuiso dicebat.

Diem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Diem suum clausit extremum Mense Aprili anni 1656. qui fuit ætatis suæ sexagesimus. Mortem eius lacrymis prosecuti sunt, cùm eiusdem Ordinis Minorum Clerici Regulares, tùm seculares; ijque infulis, & purpura eminentes; nec mœstitiæ signa in vultu æque, atque in animo ipsiusmet Alexandri VII. tunc temporis in Petri Cathedra sedentis, latere potuerunt.

Quam typorum lucem merebantur Tesaurus, siuè Dictionarium Arabicum, Sermones, & alia eiusdem Philippi opera, morte præuertente, non obtinuerunt: vt notat Allacius in Apes Vrbanas, fol. 228.

Reliquum est vt de cæteris Marsorum Viris illustribus, quorum Patria specialitèr non adnotatur, & sub Marsorum cognomine celebrantur, mentio fiat.

De Domitio Marso, Poeta sui æui præclarissimo, cuius mentionem fecimus pag. 53. non solum locutus est Martialis, sed & de altero Marso Poeta Epico, vt Raderus adnotauit in illis versibus Martialis Epigrammaton lib. 12. ad Pudentem.

Sæpiùs in libro memoratur Persius vno,
Quam leuis in tota Marsus Amazonide.

Vbi Martialis videtur locutus de Epico, non de Epigrammatario, quem ipse laudibus extollit; Idem & Giraldus anteà obseruarat, vt testatur Raderus fol. 317.

Marsus aliòqui Epigrammatarius fuit nobilis, quem ipsemet Martialis est æmulatus: vt proindè putent aliqui Poetam hic de alio Marso Epico locutum, quibus haud repugnarim. Hæc Giraldus. Testimonium Martialis de Marso Epigrammatario cùm nobile sit, non prætermittendum videtur; eum si quidem cum Virgilio confert in epigr. 53. lib. 8 ad Flaccum.

Quid Varos, Marsosque loquar, ditataque Vatum
Nomina, magnus erit, quos numerare, labor?
Ergo ero Virgilius, si munera Mecœnatis
Des mihi? Virgilius non ero: Marsus ero.

In quorum primo versu, notandum est, Marsos numero multitudinis proferri, cum duos Martialis intelligat.

Anselmus quem pro Marsicano, Marsicensem Episcopum dixerunt; cum Marsicum sit in Principatu. Prophetias nonnullas scriptas reliquit, quæ typis datæ sunt vnà cum illis Abbatis Ioachimi. Venetijs apud Ioannem Baptistam Berronem 1600. in 4. qui liber latinè scriptus, vulgari quoque italico sermone donatus est. De hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Anſelmo Marſicano, non Marſicenſe Epiſcopo commeminit Geſn. in Biblioth. fol. 53. cum explicationibus Pauli Scalchij in Germania 1570.

Petrus Marſus Canonicus Romæ in S. Laurentij in Damaſo, literarum eruditione conſpicuus, typis mandauit

Orationem à Petro Marſo habitam in die Aſcenſionis, de Immortalitate animæ. Ad Reu. in Chriſto Patrem D. Raphaelem tit. S. Georgij Cardinalem, ac SS. Domini Noſtri Papæ Camerarium. Romæ. in 4.

Panegyricum Innocentio VIII. dicatum, in memoriam S. Ioannis Baptiſtæ.

Orationem habitam in die S. Stephani primi Martyris. Panegyricum in memoriam S. Auguſtini Eccleſiæ Doctoris eximij ad Inclytos Ferdinandum, & Eliſabeth Hiſpaniarum Reges, & alia.

Sepultus eſt Romæ in S. Laurentij in Damaſo, eum hoc Epitaphio, quod refert Sgraderus in monumentis Italiæ fol. 104.

PETRO. MARSO
ÆDIS. HVIVS. DIVI. LAVRENTII. CANONICO
VIRO. DOCTISSIMO. INTEGERRIMO
BONORVM. OMNIVM. HONESTATE
VOTISQVE. EXPETITO.
ASCANIVS. MARSVS. PATRVO. BENEM. P.
VIXIT. ANN. LXX. MENS. II.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

De Cliterno, Cliterniſque Populis.

CAP. VII.

AEqua ſorte, àc cæteri Marſorum Populi, Ciuitateſq; Cliternũ, Cliternique diſpendium ſuſtinuerunt; fluunt enim omnia, & in aſſidua diminutione ſunt; ſic clariſſimæ olim Vrbes, nunc nihil ſunt, & quæ nunc maximè ſuperbiunt, eandem aliquando fortunam experientur. Ita excidit Cliternum, vt nec ſignetur locus; quod in Æquos Ptolæm. lib. III. tab. V. Æquicolorum Cliternum Carſeoli, & Plin. lib. III. cap. XII. Cliternini, Carſeolani, reponunt; eadem quidem cenſura, qua & cæteri, qui in veteri latio erant, vt diſtentis finibus ad Marſos addictum; poſtquàm enim nutu Romanorum paruit Orbis, vt cætera ſuo arbitrio, ſic limites immutarunt, vt veteribus exciſis ad Coculum vſque Marſorum extenderent, ita Cluuerius tom. 1. cap. XVI.

At poſteà Romanis iam cuncta per Italiam obtinentibus, limiteſque regionibus, & Populis pro libitu, arbitrioque ſuo ponentibus, latij noui fines comprahenduntur: non ſolum Volſcos, Auſoneſque ad Iyrim vſque amnem, & Marſicum montem, tùm item Hernicos, ſed Æquorum agri quantum circa Anienem fluit amnem versùs Sabinos, atque Marſos.

Cliternum itaq; hac adiectione Marſorum factũ eſt, ſed vt locus, ita & fines incerti; cum n. Tholonij ripa Æqui à Marſis diſcriminabantur, vltrà eum amnem poſitum, citra dubitationem eſt, quod moderni Celanum in medullio regionis interpretantur, nullo modo Æquis iunctum, nec vlla ratione ad illos attinuiſſe conijcitur; antiquum ſanè Oppidum, & ex Pauli Marſi confabulatione à Marſia Iydo, in memoriam amiſſæ Celenę, quę ab Apolline victũ regnoq; pulſũ, hùc aduenisſe volunt, ædificatum. In agro Carſeolano Caſtaldij alterius Oppidi, & eiuſdem Carſeoli veſtigia mõſtrãtur; nulla autem Cliterni. E cum finium dilatatione vna cum Carſeolo Marſorum effectum, in eos connumerari, noſter etiam labor erit; & cum ex aſſertione Geographorum; alijſque per nos actis diligentijs, illius monumenta expiſcari minimè potuerimus; eo, quo alij reponunt, reponemus, ex illius quippe ruinis Celanum inſurrexiſſe, vt qui Ptolemęum interpretarunt, volunt, ſic Volaterranus.

Carſeoli, quod Oppidum, Plin. & Ptol. inter Æquos ponunt, quæ gens ad Marſos pertinebat, ſimul cum Caſtaldio, quæ ſanè omnes interiere, ex horum ruinis erecta ſunt noua Oppida, Talleacotium, Vicouarum, & Celanum.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Non inusitatum,veterum rudeta,nouorum ædificiorum cæmenta effici,nec incõgruum Cliternorum ruinis Celanum ab illo haud multum remotum insurrexisse:à principio in aspero ascensu montis Tini,inter abdita collium reconditum; vnde & illi Celanum à celo verbum nomen inditum;etymon.n.melius à significatione, quã à fabulis sumi maluimus·Vetus siquidem ab oriente,& occasu, duorum montium iuga,quæ illi,in quo residebat,humiliantur celabant; sed Federicus II.Imperator ferro,igneque vastauit, habitatoresque Siciliã trãsfretare coegit; etenim cum Petrus, illius Comes, partes Ottonis Saxoniæ Ducis in Imperatorem inaugurati, & ab Innocẽtio III.depositi fouisset,ex veteri in Sueuos Principes odio, vt Federico contrairet, Gualterio Brennæ Comiti Frangiginæ, qui ex iuribus Sibyllæ, Tancredi ex Normandorum progenie matris, regnum Neapolitanum vendicare affectabat, vires suas accommodauerit:& vt fœdus,quod cum illo inierat,fortiori vinculo solidaret, nuptias cum Margarita, illius nepte, celebrauit: etsi Colennucius Berardo nupsisse,quem Petri filium facit,asseueret; etenim Gualterius anno MCXCIX.iura regni perturbabat; tunc,& per insequentes annos Petrus, Berardi filius, Comitatus Celani dominio potiebatur;sic enim in pergameno Instrumẽto donationis, piscationis in lacu Fucino,in serie Episcoporum per nos, & Vghellium relato habetur anno MCXCIIX.*Nos Petrus de Celano quondam Berardi Comitis filius* &c. Mortuo etiã,ac victo à Deopaldo Duce Gualterio ab inceptis nõ destitit;sed in Saxonis Ducis confederationem incidit,quem armis,pecunia, & consilio adiuuit, eiusque præcipua industria Apuliam, aliasque regiones circa subiecit; & post Federici electionem ad Alemaniam redijt,vt in fide contineret: inuisum ideo nouo Imperatori Comitẽ,qui ex Sicilia ad Regnum cum potenti exercitu venerat,illum Comitatu spoliauit,de quo Innocentij Fratrem Thomam infeudauit:eo ferè tempore quo,& alterum Pontificis eiusdẽ Fratrem Soranæ Ciuitatis ditione cũ Comitali titulo nobilitauerat, fuit ille Domini annus MCCVII. cum Innocentius ad Fossæ nouæ monasterium solemni cõsecrationi altaris insisteret, celebraretque diuina, inter sacras ceremonias Protonotarius quidam ex Federici delegatione Riccardum omnium applausu Comitem Soranum denunciauit, & cum postmodùm Comites ipsi à Federico dissentirent, clamque partes Ottonis fouentes, plura in Regno machinarentur,in seiram Imperatoris meruerunt, qui,sedatis Alemaniæ motibus, sublato iam è viuis Innocentio, cum paterni Regni iura tuiturus, Italiam repetijsset,solemni pompa, per manus Honorij III. Summi Pontificis Romæ Imperiali diademate coronatus cum Regnum intrasset,Soram primum expugnauit, & Riccardum illius Comitem, vinculis mancipatum Capuæ carcere custodien-

Chron. fossæ nouæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ſtodiēdæ mandauit, Celanum inde obſidione cingens, cum Thomas illius Comes fuga Romā ſe recepiſſet: Incolis in deditionem receptis, & Siculo ſolo addictis, illud funditus diruit; ſolùm Eccleſiæ S. Ioannis extra mœnia poſitæ parcens omnia ita deleuit, vt vix veſtigia appareant, & vt nomen etiam perpetuæ obliuioni damnaret, deleto priori, vt Cæſarea in poſterum deſolati Oppidi locus appellaretur præcepit; vnde anonymum quendam Poetam ceciniſſe Odoriſius Rinaldus in annalibus refert.

Vires, & nomen Celanum perdit, & omen
Fertur Cæſarea, cæſaque facta rea.

Succedente tempore, cum Honorius pro illius Comite, quem in Vrbe receperat, apud Imperatorem intercederet, vt Incolis extra mare ad Siciliam tranſuectis reditum indulgeret: paternis ſuffragijs impetrauit, ſic tamē vt Comes illius Thomas cum ſocijs, & complicibus perpetuò limine Regni abiret; vade illi poſtliminio iure potiti in hoc vnū, vt in commodiorem locum mœnia renouarent, intenderunt; Situs apricitate, Cœli temperie, diſpoſitione viarum elegantius cui circà aquarum frigidiſſimi latices decorem augent; Religioſorum domibus, & Eccleſiarum magnificentia ſpectabile; item Principis Aula polito lapide ad Arcis formam compacta, quadrilateribus turribus, & antemurali munita, quam Antonius Piccolomineus Amalphiæ Dux, & illius Comes, Pij ſummi Pontificis nepos, pro dominantium aduersùs contumacium motus ſecuritate plantauit; quo præſidio pluriès inhabitantes bellantium impetum eluſerunt: apparent modò circa illius agrum non nullæ militum ſtationes foſſo vallatæ, vbi caſtrametatus eſſe Odettus Fuſcius Lautrecius Franciſci II. Galliarum Regis copiarum Imperator, cum ad Vrbis oppreſſæ præſidium properaſſet, refertur.

Ad tam magnificum operis apparatum, cui ſpecioſa Vrbis ædificia inuident, manus Piccolomineus Dux admouit, cum priſcam Comitum Aulam à Petro Comite anno MCCCXCII. in Eccleſiam Sancti Angeli verſam cognouiſſet; quam, cum inſurgerēt muri, morte præuentus ad apicem adducere minimè potuiſſet, Leonellus ab Acclozamora ſupremum, vt titulus teſtatur, lapidem impoſuit.

ME. COMPLERE. FECIT. LEONELLVS
ACCLOZAMORA. MONACHORVM
VITAM. IN. MELIVS. REFORMANTEM
ANNO. DOMINI. MCCCCLI.

Illa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Illâque latifundijs,redditibusq;à Petro ditatam, vt ædificijs nobilitauerat, nouo addito censu locupletauit. Cælestinorum Patrum vsibus indulsit; vndè illi gratum tumuli monumentum ante aram maiorem posuerunt.

LEONELLI.ACCLOZAMORE.COMITIS.REGI
ALPHONSO.AB.ARAGONA.IN.ARDVIS
FIDELIS.AC.DE.COENOBIO.BENEMERENTI.OSSA.HIC.HVMANTVR.

Antè nouum oppidum Ecclesia à B.Ioanne Fulginate, Euangelistæ Ioanni Sacrata extrà mœnia,inter aureum fontem,castrumque aspicitur;& licet nouis ædificijs aucta fuerit,cum deuotioni Incolarum non responderet,intra septa elegantiori structura veneratur, vbi sacra peraguntur, populusque ad diuina vocatur:Canonicorum nobile Collegium, quod Præpositus regit, qui solo quondàm Romano Pontifici parebat;mitra, & baculo vtebatur,& in Robore, S.Potito,Ouindole,& Circulo iura quasi Episcopalia dabat, sed à Mattheo Colle, lite subacto,Marsorum Episcopatui S. Romanæ Rotæ iudicio parere didicit,cuius tenor talis.

Franciscus Oranus S. R. A. Christi nomine inuocato,pro tribunali sedentes,& solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam,quam de Dominorum nostrorum coadiutorum concilio paritèr, & assensu ferimus in his scriptis, in causa,& causis,quæ primùm corã R. P. Seraphino, & successiuè R. P. Gaspare Vicecomite, nunc Archiepiscopo Mediolanensi; & demùm coràm nobis semper in prima inter Reuerendissimum D. Mattheũ Episcopum Marsorum ex vna, & Reuerendum D. Præpositum ac etiam Clerum Terræ Celani, de & supra prętensa exemptione ab ordinaria Iurisdictione Episcopi Marsorum,rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latiùs deductis, dicimus, pronunciamus,decernimus, & declaramus Terram Celani, totum eius districtum,& illius Prępositum Ecclesiæ S.Ioannis,& totum Clerũ fuisse, & esse sub ordinaria iurisdictione pro tempore existentis Episcopi Marsorum,illique pleno iure diœcesana lege subiectos, & eosdem Præpositum,Clerum, Terram, & districtum ab Episcopo Marsorum corrigi,iudicari, visitari, & in eos per dictum Episcopũ plenariam Iurisdictionem exerceri debuisse, & debere,lites,& molestationes, & impedimenta desuper per dictos Præpositum, & Clerum nullas esse,temerarias,indebitas, & iniquas,temerariaque indebita,& iniqua,& de facto præsumptas,& præsumpta, & ab illis præfatum Dominum Reuerendissimum Episcopum absoluendum fore & esse,prout absoluimus, eosdéque Præpositum, & Clerum

in

in expensis pro parte Reuerendissimi Episcopi in huiusmodi causa legitimè factis condemnamus, quorum taxationem nobis in posterum reseruamus.

Et cum non acquieuisset Præpositus post tertiam in eundem modũ pronunciationem, exequutioni demandata fuit, & absque controuersia aliqua liberam iurisdictionem ibidem Episcopi exercent. Retinet tamen Præpositus aliquas dignitatis reliquias; siquidem curam, quæ penes ipsũ esse deberet, prout in dominio olim habebat, sic modò ab illa absoluto, per vnum ex Canonicis administratur. Functiones autem Parochiales per Præpositum adimplentur. Est ipsa Ecclesia ex insignioribus Collegiatis. Assistunt Præposito octo Canonici, & tres beneficiati, qui titulum singuli, ex ruralibus Ecclesijs, ex quarum redditibus dotem collegium recepit, sumunt; Ad eam Sanctorum Constantij, Simplicij, & Victoriani Martyrum ossa translata ex veteri Ecclesia sunt à loco, quo Pandulphus Episcopus reposuerat anno M.LIX. & in Sacello in cornu Euangelij picturis passionem, actaque Martyrum repræsentantibus ornato, summa Populorum veneratione coluntur.

Est Sacellis, reliquisq; ad diuinũ ministerium necessarijs competenter ornata; & propè eam stat Sacellum montis Pietatis, & intra septa murorum (quam modò diximus) Ecclesia Archangelo Michaeli dicata, Monachorum Cælestinorum ex horrido, & inhabitabili antiquo Cœnobio ad fauces S. Marci recedentium à Comitibus Petro, & Leonello præparatum receptaculum, quod Sanctissimus Benedictinæ Religionis instaurator elegerat, vt in securitate disciplinæ in segregatum à consortio locum alumnos suæ insurgentis congregationis contineret; quibus in Priorem D. Bartholomæum à Transaquis socium, & arctioris vitæ amatorem dedit; vndè primorum Patrum sic sanctimoniæ splendore elucere cæpit, vt fidelium charitatem ad profusam largitionem excitauerit; quorum prouentibus Monachorum substantia haud parum creuit; tepescente postmodùm in dies Religiosorum in arctioris vitæ studium desiderio, clementioris Cæli aura cupidis displicere cæpit: & suffragantibus restaurati oppidi Incolarum votis in nouum istud Monasteriũ descenderunt; parua, & parùm ornata Ecclesia ipsa est, in qua Iacobus Siluerius Pij II. ex Laodemia Sorore Nepos tumulatur cum hac inscriptione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

D. O. M.
IACOBO.SILVERIO.PICCOLOMINEO. TERAMI. PRINCIPI.COMITIQ.BISENNII.S.SECVNDI.ET.TVRRIS MAIORIS.PERPETVO.COMMENDATARIO. GENERIS NOBILITATE.VITÆ.INTEGRITATE DIVINI.HVMANIQ.IVRIS. ET.ALIARVM DISCIPLINARVM.ERVDITIONE.INSIGNI, AC LIBERALITATE.SINGVLARI. QVI.CVM TERAMI IN.MAGNO CIVIVM.DISSIDIO TVMVLTVQ. SVMMA.CVM OMNIVM.LAVDE ANNOS.XXVIII. REXISSET ECCLESIAM MVLTIS.IN. CONCILIO. TRIDENTINO. LABORIBVS. EGREGIE. SVSCEPTIS.NEAPOLI VITA FVNCTVS. MAGNVM. SVI. DESIDERIVM OMNIBVS.RELIQVIT. VIXIT. AN. LIII. M.VI.D.XV.OBIIT VI. KAL. OCTOBRIS M.D.XLI.
ALEXANDER.SILVERIVS, PICCOLOMINEVS FRATER, ET EX. TESTAMENTO. HERES HVC.OSSA.REDVCENDA. CVRAVIT, AC.SVA.IMPENSA.MOESTISSIMVS IMPOSVIT,

In qua, & Petiorum familiæ aliud, quæ nobilitatis ſtemmata, è Colonia Agrippina deducit.

VITÆ.LARGITORI. DEO
DVM.SPIRITVS. IN.SVPERIS. VT. TVMVLATA SVIS. POSTERVMQ. SVORVM. CORPORA QVIESCANT.HIC. PROPE. ALTARE. AB.IPSIS ERECTVM. DECORATVM. ET. DOTATVM INDICVS. ET. FRANCISCVS.
ALEXANDER.DE. PETIO. V.I.D. QVOS. BARO.MVTIVS. EX. VTROQ. PARENTE.PARTHENOPEO.ANGELO.E. VETVSTA. PETTIA COLONIA. GENTE.ET. IOANNA. CORRIALI ANTIQVORVM.COMITVM. TERRÆ. NOVÆ PROCREATVS.AMALPHIÆ. DVCIBVS. APPRIME.CARVS CELANI. EX. VXORE. OLIMPIA SILVERIA. PICCOLOMINEA. DE.SODERINIS NATIONE. HETRVSCA. RELIQVIT. IMMVTATIONEM.MELIOREM.IN.DOMINO.EXPECTANTES ANNO. SALVTIS.M.DC.XXXV.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

In quo, & S. Franciſci Minorum Conuentualium Conuentus elucet, à Rogerio Comite in Seraphici ipſius Sancti honorem erectus, vt pergamenum his locis exaratum docet.

Anno Domini MCCLVI. die xxi. menſis Aprilis III. Inditione hora quaſi veſpertina, Illuſtris Vir, & potens Rogerius Celani Comes fecit fundari Eccleſiam B. Franciſci iuxtà Caſtrum Celani, & ipſe primus fuit, qui poſuit primum lapidem in fundamento ipſius Eccleſiæ, ad Dei honorem, & ipſius Sancti laudem.

Qui Rogerius illius militis filius creditus, cui Seraphicus ipſe Pater hoſpitio receptus, inter epulas vicinam mortem prædixit; vndè paulò poſt inter ipſius Sancti brachia animam ad Cælum tranſmiſit. Chron. lib. 1. cap. 93. fol. 175.

Ex quo quidem Rogerio ſuccedente ſeculo, alter Rogerius pietate par, religione illuſtrior, & in Seraphicum Ordinem propenſior fluxit; qui alumnus illius effectus Sacrum habitum ſumpſit, ſpiritum Domino reddens in Eccleſia ſub inuocatione ipſius Seraphici Patriarchę in Oppido Caſtriueteris, in ſubęquo, conuentualium cætui addicta tumulatur, cuius obitus dies in libro ipſius Eccleſiæ his notis ſignatur.

III. Kal. Martij anno M. CCC. LXXXXIII. obijt magnificus Vir Rogerius, Celani Comes, indelendæ memoriæ, in Caſtro Galliani, decimæ indictionis, luna octaua, ſiſtente in ſigno cancri, pauci poſt horam nonam in die Mercurij.

Extrà mœnia, parùm longè à veteri S. Ioannis Templo, Virgini Immaculatæ Dei Matri de Valleuiridi dicto, dicatum aliud cum Conuentu Minorum Obſeruantium ſtrictioris reformationis cernitur, laticibus, pomorumque varietate delectabile. Eccleſia picturis ornata, & in confeſſione ſubtùs gradus aræ maximæ Sacellum Dominorum Silueriorum, & Bernardini Surrentini Archiepiſcopi monumentum, mira picturarum varietate ornatum conſeruatur.

D O M.
BERARDINI. ARCHIEPISCOPI. SVRRENTINI
QVI. GENVS. E. TVSCA. SILVERIORVM. PIC-
COLOMINEORVM. FAMILIA. CLARVM. ANI-
MI. INNOCENTIA. DIGNITATE. PONTIFI-
CIA. DELATVMQ. A. PAVLO. III. SVPREMVM.
DOMVS. MAGISTRATVM. MODESTIA. ORNA
VIT. ATQ. INGENTI. BONORVM. OMNIVM
MOERORE. QVINQVAGENARIVS. SANCTIS
SIME. OBIIT. CORPVS. AB. VRBE. IOANNES
CAROLVS. SILVERII. FRATER. AMANTISS.
AC. EIVS. TESTAMENTO. OBSEQVEN. IVSSV

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ALLATVM·ET·SINE·POMPA·VT·VIDES. HIC QVIESCIT·ANNO·MDII.

Iudici Piccolominei Amalphiæ Ducis IV. & Celani Comitis pietatis opus; qui, quod habebat in delicijs viridarium, vt recreationi, & corporis quieti vacaret, mundanis illecebris spretis, cælestium recreationi, & æternæ tranquillitati dicauit; vt illic Spiritus Sancti dulcedine pasceretur, vbi priùs voluptatibus, & delectabili esca corpus reficiebatur; nec ardens in Deum amor, nec in seruorum eius charitatis obsequium hic stetit, sed maiora animo concipiens, alium propè mœnia delectabilem hortum S. Mariæ de Monte Carmelo, fratribus Ordinis ab eodem Monte dictis sacrauit; lucumque non longè ad æstiuum solis ortum, vbi feras venatui reseratas conseruabat, Capuccinorum Fratribus attribuit; perpetuoque censu omnes (quibus Religionis votum non contradicit) ditauit, qui & volũtariæ paupertati se addixerũt, vt continua eleemosinarum largitate necessaria suppeditarentur, suo testamento iussit.

Castrum ipsum tot familiarum nobilium numero, & Ecclesiarum multiplicitate insignitum, Comitali titulo decoratum, Regionis Principatum tenet; cuius ager ex fontis aurei laticibus irriguus Cerealium ferax, pomorumque electorum abundantia ex omni genere diues; nisi quod vina haud reddit, sed quæ nutrit suauia.

Mons ipse Tinus, qui aureus vocatur, nudum sinum ostendit, nulloque frutice adumbratur, sed cum inclinatur ed æstiuum ortum, sterilitatem, herbarum copia rependit. Ibi in vertice dilatatur in planitiẽ, rupibus vndiq; cinctam, in qua viridia rident prata, limpidissimis fontibus fæcũdata, vbi absq; Pastore vagatur Equorum numerosa caterua, cum rupes sint pro mœnijs; seraque insuper claudatur, à natura formatum præsepium; vbi supra biscentum æstiuo tempore vagantur ad pascua; auulsus tamen, scissusque est in medio, siuè eo terremotu (vt fertur) quo in Redemptoris humani generis morte, petræ scissæ sunt; siuè alio nescitur. Ex angustis illis, opacisque faucibus torrens præcipitatur ad lacum, & in summo illarum apice S. Marci à B. Ioanne Fulginate, vt creditur, constructa Ecclesia est, iuxtà quam veteris Oppidi vestigia, quod *la Foce* vocabatur, vt in regiſtro: *Focem in Marsis, quod est feudum IV. Militum*; adhuc permanent.

Gloriatur, præter cætera, B. Thomæ à Celano Fratrũ Minorum natiuitate, qui vitam Seraphici Patriarchæ sermone polito dictasse primùm in conformitatibus ipsius regulæ narratur; ac tres sequẽtias, quarũ vna est, quæ à Catholica Ecclesia in agendis mortuorum decantatur; cuius corpus Talleacotij, vt diximus, veneratur.

Quæ priscæ Præposituræ ditioni suberant Oppida, ad æstiuum

Solis

Solis ortum Valerienſibus contermina, antequàm Apennini partem aſcendamus, numerabimus; & primùm Agellum in ſummitate collis occurrit, paruum, ſed Virorum illuſtrium, quos peperit, fama notum. Peperit enim Gentilem Marſorum Epiſcopum, & D. Petrum Iannetellam S. Angeli de Lombardis, qui fuit vnus ex Epiſcopis, qui Amico Agnifilo S.R.E. Cardinali, in Epiſcopum Aquilanum inaugurato, & in propria ſede munus conſecrationis contulerunt. Digniſſimus Antiſtes à duobus alijs comitatus, qui ſupremas Cæleſtinorum Ordinis infulas ſuſceperunt; & ſi non dignitatis, gloriæ tamèn æquales; horum primus D Petrus de Agellis, alterius Petri Capocciti, ex ſorore Nepos, quem plùs propria virtus, quàm Patrui merita ornarunt. *Is* Gallis Monachis conquerentibus electos Monachos à Gallo Generali Abbate, à Romano recipi, eaque de cauſa apud Sanctam Sedem, ne eorum Prouincia Italico Abbati obediret efflagitantibus, toto conatu, ſic repreſſit, vt à ſupremo ſacro purpuratorũ Senatu ſèntiã reportarit: vt æquè *Itali*, & Galli obedientiam Italo Abbati præſtarent, illiuſque ſubeſſent imperio; vtrique deinceps Prouinciæ iura dedit, & ſenex munere Generalatus expleto, vitam cum morte commutauit, & *Aquilæ* in *E*cclesia S. Mariæ Colliſmadij, vbi ſpiritum Deo reddiderat, die xiii. Nouembris M.DC.VI. ſepulturam recepit. *Agellum.*

Alter morum ſuauitate, regulari diſciplina, rerumque agendarum induſtria, non illi ſecundus Franciſcus de *Agellis*, ex Macerola, primaria loci familia; qui cum anno M.DC.XIV. ea ſolertia, & vigilantia paſtorale munus exercuerit, vt animi illius dotes, quibus præerat, ita toti Religioni innoteſcerent, vt ſecundo omnium Patrum aſſenſu, Romæ anno M.DC XXXVI. meruit cooptari, & cum faſcibus vitam paritèr depoſitauit, & *Aquilæ* in eadem *Eccle*ſia nouiſſimum expectat diem.

Fruitur collis, in quo iacet, meridionali lacus aura, vndè oleaſtris, varijſque pomorum arboribus totus veſtitur; quorum fructus, & vina ſuauitate plurima redolent, reliquus autem ager ad lacum vſque extenſus Cerere lætatur plurima: Geographis (vt ferè reliqua circùm loca) parùm notum: cùm nec vetuſtate, nec alia ſingularitate notetur: ex reliquijs vt creditur Valeriæ excitatum; quod notæ in Campana Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis (quæ Matrix illi eſt, & à Præpoſito, cui ſex parent Canonici regitur) inſinuant; circa quam ſic literis exprimitur. *Campanam hanc fieri fecit Populus Ciuitatis Marſorum A. M. CCC. I.* habet rurales Eccleſias S. Mariæ, S. Pangratij, Sancti Petri, Sancti Nicolai, & Sanctæ Chriſtinæ.

Progrediendo ad 2. M. P. cum inclinatur collis in planitiem Circulus, & paruum ipſum Oppidum interiacet, cuius Incolæ, vt anti- *Circhio.*

antiquentur,fabulosam à Circe prosapiam, se habere iactant; cum ex ruinis Cerseniæ,seù Valeriæ prouenerint. Centum ferè familiæ, quas alit in Ecclesia S.Mariæ, sub cura Archipresbyteri, cui quatuor astant Canonici,adunantur. Nuperrimè Sanctissimi Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris Augustini regularem disciplinam dilabentē ad veterem normam reuocatam obseruantes fratres, sub discalceatorum nuncupatione, in frequentato propè Oppidi loco elegans Conuentus erectus est, sub Sanctissimæ Mariæ Virginis patrocinio.

Ornaméti nō parū ei cōtulerūt, vnus, alterq; D.Petrus Capoccittus ad apicem Generalatus Cælestinorum euecti, quorum prior cum Siponti Abbas, eo tempore esset, quo Cardinalis de Monte Archiepiscopalem sedem tenebat, vbi ad summi Pontificatus Cathedram ille ascendit; vt quam de Abbate conceperat,ex continua familiaritate, existimationem, & obseruantiam regularis disciplinæ, aliasque animi dotes, haud in obscuro iacere permisit; sed suo imperio, vt totius Religionis pastoralem virgam susciperet,Patribus subitò demandauit, anno M.DC.II.Eoque munere felicitèr expleto, senectute plenus,octogenarius ad Patres applicuit,die v.Nouembris M. D. LXVI. & in Ecclesia Sancti Spiritus ad Murronem tumulatur. Alter, & illi Nepos,patruelis virtutes emulatus,sic tori religiosorum ordini, virtutum splendore, prudentia, vigilantia, & omnium penè scientiarum notitia resplenduit, vt per varios officiorum gradus ad supremum, non semèl; sed quartò ascendere singulari munere meruerit; in eoque,pastoralis officij sollicitudinibus, sic se totum dedit, vt deprauata nouis constitutionibus emandaret,& seueritate corrupta restaurare decreuerit;quibus editis nomen Cælestinorum reformatoris est adeptus: eandemque suam Religionem ære alieno oppressam, non solum liberauit; sed in futuros vsus plurimam pecuniam accumulauit. Monasterium S.Eusebij de Vrbe, temporis diuturnitate fatiscens,à fundamentis renouauit; & cum quinquagesimum octauum annum complesset,fama, & virtutibus clarus, anno M.D.LXXXVI. Barlettæ in Apulia è viuis ereptus, ad Ecclesiam Sancti Spiritus in Murrone,in Sacello paulò ante ab ipso erecto,à D.Donato Lantona Tarentino, qui in pastorali officio octauò successerat,xvi. Kal. Februarij anno M.D.XCVI translatus.

Iam riuum Gambarorum, qui post Oppidum labitur, & alterius qui finem Diœcesi ponit, nuncupatione affinem, quo Cælanensis Præpositus suam tuebatur ditionem,offendimus; pariterque Cliternorum ex ista parte fines tetigimus;iàmq; vndè discessimus, recurramus oportet.

Igitur,relicto Celano,ad occasum versus, cùm montes incipiunt,

2.

2. M transactis P.S Appetitus, Oppidolum in ascensu ostenditur, cui adiacet vallecula, per quam torrens discurrit; quo transacto in viridi curuatur collium locus, in quo Lucius Verus Imperator æstiuasse, vt Medicorum consilio à lippitudine oculorum cæli illius beneficio sanaretur: domumque (cuius paruæ reliquiæ apparent) extruxisse narratur. Ibidem fons scatet, qui annorum ordine reuoluto, in sinu terræ nescius serpit; resurgere autem, & emanare super terram, semper in peruigilio S. Iacobi contigisse obseruatum. *S. Appetitus.*

Non ab hinc M.P. inter colles, S. Eugeniæ ignobile, & ipsum Oppidum, cuius Ecclesia Parochialis S. Maria nuncupatur. *S. Eugenia, idest Iona.*

Insurgunt ex indè asperrimi Montes, qui proceritate cum cæteris altissimis Italiæ contendunt; inter Marsos, Vestinosque ad meridiem positi, ad quorum asperum ascensum fauces aperiuntur ad Ouindole Oppidum VII. M.P. à S. Eugenia, paruum, & agreste, sed habitatoribus repletum: post quod brachia hinc inde extendentes humiliantur in planitiem VII. M.P. longitudine, sed latitudine imparem; vndique præcelsioribus, qui suprà illas extenduntur vallatam, in theatri penè formam, & qui cæteris cacumine dominantur supra Roccam Cambiensem excelsior Italiæ vertex fertur; in cuius eminentiori parte septem insurgunt fontes, quorum riuuli non multùm serpentes, iterùm in sinu terræ conduntur; vndè loci nomen hodiè septifontes, vt conueniens forsitan sit, Aboriginum temporibus, à septem aquensibus habitam regionem ipsam fuisse; de quibus relatus Halicarnesseus, cum de Issa insula loquitur, dicit: distans quadragesimo stadio à septemaquis, quæ ita vocantur; Et licet stadiorum numerus non consensiat; nominis tamen similitudo suadet. Sunt enim ab Isa insula (quam modò Ortucchiam vocamus à fontium productione) XX. M.P. sed facilè in numerorum positione error incidit; cum in regione nullus, qui veteri nuncupationi adaptari possit, sit locus: exciderintque Oppida, quæ interiacent. Cùm incolæ ipsi priscam, quam ex Auorum schola didicerant viuendi formam, vicos incolentes, & greges pascentes retinuerint; donec Forconij Vestinorum nobilis Ciuitatis excidio replerentur; & qui dispersi passim erant in vicos simul coeuntes, Oppidorum, quæ modò non ingrata permanent, exordia fecerint; fuit Forconium præclarissima, & præpotens Vrbs ab Amiternis Ciuibus ædificata, postquam L. Sylla, eorum Vrbem deuastarat; & quam anteà S.P. Cornelius Cos. cum bellum aduersùs Samnites adiret, ui cepisse à Liuio lib. X. refertur. *Ouindole.* *Forconiũ.* *Liuius.*

Amiternum Oppidum de Samnitibus, vi cæpit: cæsa ibi millia hominum duo ferè, atque octingenti: capta quatuor millia ducenti septuaginta.

Et

Petr. Crin de Hiſtoricis, & Orat. latin.

Ex hoc occiſorum, captiuorumque numero, quale vetuſtiſſimæ, & nobiliſſimæ Ciuitatis Amiterni faſtigium fuerit, facilè dignoſcitur. Viris ſemper ingenio ad omnia verſatili, omnibuſque exercitationibus apto ditiſſima. Vndè tàm ad forenſes contentiones, vt CRISPVM SALLVSTIVM eloquentiæ facilè Principem, quàm ad militares congreſsus plures edidit, vt Virgilius vii. Aen. cecinit.

Vna ingens Amiterna Cohors, Priſciq; Quirites.

In cuius hæreditatis partem Forconium, ſeù Forum Conij ſucceſſit; cùm Victoris iram Ciues effugientes, illùc auolarunt; vbi prima nouæ extruendæ Ciuitatis fundamenta iecerunt.

Montem iſtum, in extrema parte poſitum, ad Marſorum prouinciam pertinuiſſe Leo Oſtienſis aſserit; cum Ottonem III. Imperatorem in monte Cedici, qui apud Marſos eſt, moratum fuiſse teſtetur.

Oſtienſ. li. 11. cap. 4.

Qualis autem Mons Cedicus appelletur, ex regiſtro Baronum dignoſcitur; cùm Berardus de Colinireo Roccæ de Cedice, & Barilis poſſeſsor recenſeatur. Quæ oppida Innocentius III. Epiſcopo Forconenſi tribuit, in deſcenſu propè Ocram Oppidum.

Regiſt. fol. 127.

P. 11. M. ab Ouindole Robur, paruum Oppidum, in radice Collis, qui planiciem tranſuerſat, poſitum; Sanctorum Martyrum Victoris, Stephani, & Ioannis receſsu notum, qui in antro non multum ab hinc propè lacum Alteum ſeuientis in Chriſti Amatores perſequutoris gladium effugientes latitarunt; ſub vna tantum Parochia intra mœnia, in Eccleſia Apoſtolo Petro dicata Populus illius adunatur; & ſi cui onus incumbit, dignitatis Abbatialis titulum à S. Maria, quæ extrà mœnia eſt, ſumat.

Robur.

Ad tutelam Vallis tres turres, quæ communi vocabulo, Roccæ appellantur, in tribus angularibus pendicibus, æquali inter ſe calamo diſtantes, fortia incolentium munimenta priſcorum accurata prudentia erexerat; vt qui circà, vagi, ſparsim agrũ colebant, illarum præſidio ab inuadẽtium incurſibus tuerentur; earum vna, quæ ædificiorum ſtructura cæteris præſtabat; fortè quia ſyluis querco-rum conſita, robur nominarunt; Apparet modò ſemidirutum fortilitium angularibus propugnaculis munitum, ſuprà Oppidum, quod nomen adhuc retinere retulimus.

Rocca de Medio.

Altera, quæ inter medium erat ab hinc 11. M. P. Rocca de Medio dicta, in cuius locum turris campanaria poſt Collegiatam ſucceſſit, magnifico opere polito lapide extructa, Sacellis, & ſupellectili ſacra ornata à Cardinali Agnifilo, laquearco ex ligno inciſo, picturis ornato, & ante aræ maximæ gradus, crate ferrea miro artificio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

tificio confecta, decorata, cui Sacerdotum numeroſum, & receptitium Collegium diurno operi aſſiſtit, ſub regimine Præpoſiti, qui curam animarum exercet; non ætate longæuum; nam Innocentius Pontifex, qui finem Aquilanæ Diæceſis riuum Gammarum ponit, Ocre, Poarile, Foſſa, & Rocca de Cedici Oppida in hac parte Regionis ſolùm recenſet; nec ante id tempus, ſcilicet anni Domini M.CC.IV. quo Pontificatum rexit, erant; ſed ex diſſipatis Vicis exactis ſeculis, in aſpero illo ſitu adunatum, ex frigida, ſed felici Cæli temperie; in omni diſciplinarum genere præclaros, eminenteſque Viros progenuit, qui nobilioribus Aquilanæ Ciuitatis familijs Patres fuerunt; ſiquidem Amicus Agnifilus Sacrorum Canonum ſcientia illuſtris inde genitus, purpura donatus, Aquilanam Cathedram rexit; quem Franciſcus Nepos, in Epiſcopatu ſucceſſor, eſt imitatus. Hinc etiam Ruſticorum progenies, quæ vetuſtiora principia iactat, & ab Vrbe antiquorũ imagines fluxiſſe oſtẽdit, peperitque inter cæteros Ioſephũ Eminentiſſimũ Iurecõſultũ, qui tractatum ſingularem, an filij in conditione poſiti vocentur, & de vtraque conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ad *l cum Auus, ff. de condit. & demonſtrat.* prælo dedit; pluraque alia, iuris nodoſa, immatura decoxit, quæ morte præuentus reliquit; quem Franciſcus Viuius, Camillus Barellus, Antonius Theſaurus, & Ioannes Viuentius Hondedei commendant.

Et nonnullæ aliæ familiæ, quæ non infimum locum in Ciuitate tenent, & aliæ non in ordinem redactæ.

Manibus, turribuſque præſidiorum, quod cum Braccius numeroſo comitatu adoriretur, & obſidione cingeret; nec agreſſionibus ſuperare, nec Ciuium animos timore ſternere valuit; & poſtquàm incaſſum mœnia traſcendere, & bombardarum pilis rimam facere tentaſſet; videretque Ciues imperterritos, omnia ſpernere, eorum conſtantiam, & vires admiratus obſidione exemit, liberoſque Medianos Ciues à belli tumultu reliquit; at non ſic ſtrenuus Dux Fabritius Columna, non minùs propria virtute, quàm nobiliſſimę familiæ ſtemmate clarus, cùm pro Carolo VIII. Gallorum Rege à Fracaſſo Sanſeuerino teneretur, in fide regia haud multo effuſo ſanguine recepit. *Angelus fontiulanus de bello Braccenſ. apud Viuium lib. 1. opti. 203.*

In eo, qui ex aduerſo opponitur mons, occaſum verſus 11. M.P. ad radices Rocca Cambienſis, nec tàm munitum, nec tam numeroſum Incolarum conuentu Oppidum iacet; quondàm ſubæquanę ditionis; ſed cum Aquilanus Comitatus inter ſubæquos Se cenarij Oppidi iura potiretur; quo facilius continuaretur poſſeſſio communicatione, alter alterum accepit. *Rocca di Cambio.*

Eadem ætate, qua Rocca de Medio, gaudet, Geographis, vt cætera circà loca penitùs incognitum, ex ſparſim circà Vicis adunatum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

tum, quorum præcipuus ille fuit, in quo S. Luciæ templum in viæ transitu modo videtur. Frusſemas, antiquum oppidum ſuſpicatum, quod in viæ Valeriæ tractu ab Alba ad Amiternum in tabula itineraria ſignatur XVIII. M. P. ab Alba diſſitum, & tot ferè templum modò diſtat, quod eſt titulus Abbatis Parochialis; licèt ob incolarum translationem cura in Eccleſia S. Petri in ſuperiore parte oppidi, in veteri turri erecta, exerceatur.

Terra negra. Exactis deindè III. M. P. ad ortum poſt vtraſque Roccas in limite ferè tenimenti, Oppidulum Terræ nigræ apparet, nigrorum Monachorum, quondàm Monaſterium, à quibus nomen, quod retinet, accepit; & illis ſubactis, Illuſtriſſimi Ordinis Equitum Hoſpitalarium S. Ioannis Hieroſolymitani in commendam ceſſit; & auctis incolis factum eſt Oppidum, cuius in ſpiritualibus cura per Parochum à Commendatario Electo adminiſtratur.

Iſtorum Oppidorum Incolæ cum frigore plurimo hyeme premantur Vrbem, aliaque loca, vt hortificijs, & terræ culturæ neceſſaria domi parent, petunt; infelix ſanè eorum ager, nec poma, aliorumque fructuum genus producit; ſupplent neceſſitatibus ouium, Vaccarumque gregum emolumenta; ſiquidem qui Ouindole, & Robur incolunt pecorum curæ incumbunt, & frigeſcente anno ad læta Apuliæ paſcua conducentes, diuitias ſibi parant; & qui Roccas incolunt numeroſa Vaccarum præſepia paſcunt. In plano inter Montes iacente, ex liquefactis niuibus inſurgit lacus, qui æſtate minoratur, & ne excreſcat, per cæcos meatus viam ſibi aperuit in viſcera Montium; & propè Stiffium oppidum in flumen perenne ruit, Aternoque iungitur.

Poſt recenſita Oppida, cum inclinantur montes in deſcenſum III. M. P. à Rocca de medio poſt vicum, *la Fonte d'Auignone*, Barilis Oppidi; & in tumulo propè in eodem Monte eleuato Roccæ Cedici veſtigia apparent; pro quibus Bernardus de Colinirco militare ſubſidium in ſacro bello ſpopondit, & Innocentius intra limites Ferronenſis Diœceſis ponit.

Barile. Rocca Cedici.

Regiſtro, fol. 217. Iſiſiam cum Eccleſijs, & pertinentijs ſuis, Barile cum Eccleſijs, & pertinentijs ſuis, Rocca, & Cedicium cum Eccleſijs, & pertinentijs ſuis, Roccam Ortonienſem, & foſſam.

Quæ ex Leone Oſtienſi in chronicis ad Marſos pertinere retulimus; quibus ad occaſum Ocre in pluribus pagis diuiſa Vniuerſitas & Foſſa Oppidum interiacent II. M. P. inter ſe diſtantes; inter quorum medium Ciſtercienſis familiæ Prioribus ſumptuoſo opere fabricatum, ſub Sancti Spiritus inuocatione Monaſterium amplum iacet, ſed temporis incommoda iam fatiens à Berardo de Ocra Albæ, & Barilium Comite, proprio ære erectum, dotatumq; vt inſtrumento ex Archiuio deprompto monſtratur.

Ocre. Foſſa.

In;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

In Nomine Æterni Domini. Amen.

ANno Incarnationis eius milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo ſecundo, menſe Nouembris, indictionis decimę, tempore Domini Honorij Papæ Tertij; Regnante Domino Federico Dei gratia Inclyto Romanorum ſemper Auguſto, & Illuſtriſſimo Rege Siciliæ feliciter. Nos Bernardus de Ocra, Dei, & imperiali gratia Comes Albæ, & Barilium, vna cum Domina matre noſtra Realda de Ocra, diuino lumine inſpirati, vt felicitatis gratię pàrticipes effici mereremur, Omnipotentis Dei, reſurrectionis futuræ benedictionem merentes à Deo promiſſam pro preſenti conſiderantes, vt veniam peccatorum noſtrorum conſequi, de ipſius felicitatis gratia participes effici mereremur, Omnipotenti Deo aliquid de bonis, à Deo nobis conceſſis, piè offerre propoſuimus. Ne igitur humanæ fragilitatis illicita ſuaſione pro ſublato propoſito retributio ſubtrahatur, æternæ ſanctæ operationis propoſitum feſtinantèr ad effectum debere produci. Et quia Sancta Mater Eccleſia quotidiè filios parturit, & congregatio fidelium iungitur, augumentatur, & creſcit, præcipuum beatitudinis opus fore elegimus, tùm ad locum ad nouam Eccleſiam ſub Religionis Ciſtercienſum dogmate conſtruendam iuuenire, & ad ipſius conſtructionę, & perpetuam ſubſtentationem taliter prouidere, quod fratres ibidem conuenientes digne Deo ſeruire, ac ieiunijs, & orationibus deuotiſſimè vacare; necnon pro Chriſtianorum delictis, Domini miſericordiam aſſiduè valeant implorare. Ea propter præſenti ſcripti donatione duximus declarandum, quod bona, & ſpontanea noſtra voluntate, ob reuerentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Glorioſæ Genitricis eius Virginis Mariæ, pro ſalute animarum Domini Ferdinandi Dei Gratia Illuſtriſſimi Romanorum Imperatoris ſemper auguſti, & glorioſiſſimi Regis Siciliæ, & Dominæ Conſtantiæ eadem gratia Sereniſſimæ Imperatricis ſemper Auguſtiſſimæ, & Excellentiſſimæ Reginæ Siciliæ, & Domini Henrici Romanorum Regis magnificentiſſimi, eorum filij, & remiſſionem peccatorum ſuorum; pro animabus Domini Berardi de Ocra, & Dominæ Realdę matris eius, parentum noſtrorum, & Dominæ Comitiſſæ Sybiliæ vxoris noſtræ, & omnibus filijs, & conſanguineis noſtris, in manus Fratris Placidi de Vena Ocrenſis offerimus Omnipotenti Deo, damuſque, atque concedimus, & irreuocabiliter trădimus, & confirmamus in pura Elemoſina, & oblatione locum, qui vocatur Prætula in Forconenſi Territorio, & in Territorio Ocrenſe ad Eccleſiam in honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis conſtruendam, ſub Religione Ciſtercienſis Ordinis Abbadiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ordinandam, cui Sanctus Spiritus nomen impositum est. In qua nihil iuris, seù dominij, nobis, vel heredibus, & successoribus nostris reseruamus; sed vt quietè, & liberè Deo seruire, ac deuotè ieiunijs, atque orationibus ibi conuersantes vacare, & pro eorum delictis veniam valeant à Deo postulare, & à peruersorum hominum improbitate nos, & hæredes nostros rationabiliter tueri proponimus. Ad hæc itaque Monasterium, & perpetuam substentationem, quę in ipso loco præsentiarum sunt tradita talibus finibus denotatur. A superiori parte Prætulæ, via, quæ dicitur Cacconaria, posita per transuersum rectè ascendendo per traginale maius, vsque ad cacumen ipsius traginalis rectè per strimiam montis, sicut aqua pendet ex hac parte, & vsque ad confinia, quæ sunt in Territorio Castri de Ocra, & Territorio castri Barilis, & descendit vsque ad terram Donati, & Bernardini de Amicone, & ad Terram Laurę Petri Ioannis Roberti. Concedimus insuper prædicto Monasterio omnia infrascripta confinia, nunc, & in futurum existentia, quantum ad ius, & Dominium nostrum spectat; Terras scilicèt cultas, & incultas, cum vineis, & arboribus fructiferis, & infructiferis, syluis, & pascuis, aquis, aquarum decursibus, & cum omnibus, quæ infrà se habent, vel habere poterunt, cum introitibus, & exitibus, & omnibus vtilitatibus suis. Ad habendum, tenendũ, laborandum, eo iure proprietatis perpetuo possidendaque, & absque aliqua nostra, & hæredum, & successorum nostrorum contradictione secundùm Cistercienſem Regulam ædificandum in domibus, molendinis, fullonibus, & alijs, quæ in futurum habuerint. Damus etiam, & concedimus supradicto Monasterio pro nobis, nostrisque hæredibus, & successoribus in perpetuum plenam libertatè, & ab omnibus seruitutibus, oneribus, & grauaminibus illud immune esse statuimus; concedentes, & firmam authoritatem præstantes; vt quicumque nostrorum hæredum, de bonis suis stabilibus prænominato Monasterio vendere, aut donare, siuè pro animarum salute, siuè pro temporali præmio, aliquo modo voluerit offerre, absque nostram, vel nostrorum hæredum, & successorum contradictione, liberam exindè habent potestatem, tàm in in Terra Demanij, quàm in Terra seruitij nostri secundùm consuetudinem illius Terræ, in qua donatio, siuè venditio fiet in mobilibus recipiatis secundum consuetudinem Monasterij Cistercienſis Ordinis prędicti Monasterij liberam potestatem habere sancimus, ac statuimus, & ordinamus firmiter inhibentes, vt medium milliare propè Monasterium ipsius, nulla noua secularis habitatio fiat; animalia quidem prædicti Monasterij, & homines ipsius, vbicumque per nostram terram ad commodum Monasterij liberum aditum, atque reditum habeant, & consueta pascua, & li-

gna

gna ſuſcipiant, ſine alicuius contradictione tàm in montibus, quàm in planis; & alijs locis, paſcuis, & ſyluis. Inſuper concedimus, & firmiter ordinamus, vt omnia præſcripta in dicto Monaſterio exhibita, & quæ in antea illi, ſiuè pro temporali, ſiuè pro ſpirituali retributione data fuerint ſecundùm præſcriptam libertatem, atque ordinationem liberè habeat, & quieto iure poſſideat, cum omnibus conditionibus, & vtilitatibus, iuſtitijs, & rationibus ſuis. Itaque nos neq; hæredes, & ſucceſſores noſtri exindè ipſum audeant moleſtare, vel ei modo quomodolibet contradicere.

Quicumque autem noſtrorum hæredum, hanc noſtræ oblationis, donationis, & conceſſionis paginam auſu temerario renfrigere, aut moleſtare tentauerit, pœnam L. librarum auri ſe nouerit incurſurum, medietatē cameræ noſtræ, & reliqua prædicto Monaſterio exhibiturum. Si autem nos, aut heredes noſtri, & ſucceſſores noſtri eam modo quomodolibet infringere, aut illicitè moleſtare tentauerimus, in pœnam centum librarum auri nos incurſuros voluntariè obligamus, medietatem Imperiali magnitudini, & alteram medietatem prædicto Monaſterio ſoluturos, & Pœna ſoluta, hæc noſtra oblatio, atque donatio ſemper firma, & licita remaneat: vt omnia ſcripta in poſterum poſſint firma, & inuiolabilia iugitèr permanere; præſentem per mànus Fortis brachij noſtri iudicis, & Notarij ad futuram memoriam conſcribi, & teſtibus roborari iuſſimus, & ſigillo noſtro muniri.

Locus † Sigilli.

Teſtes rogati ſunt infraſcripti.

Dominus Bernardinus Coñ rogatus teſtis.
Dominus Raynaldus Siginulphi rogatus teſtis.
D. Ioannes Petrutij rogatus teſtis.
D. Thadæus Adelphi rogatus teſtis.
D. Ioannes de Paganica rogatus teſtis.
D. Matthæus Bonutij rogatus teſtis.
D. Paulus de Paganica rogatus teſtis.
D. Raynaldus de Barilijs rogatus teſtis.
Præsbyter Raynaldus Agouinus rogatus teſtis.
Notarius Petrus de Aſculo rogatus teſtis.
Frater Ioannes Gualterius rogatus teſtis.
Maximus Vaina rogatus teſtis.
Petrus de Calurſia rogatus teſtis.
Ioannes Laurentius Tarudo rogatus teſtis.

Fortis Brachij Iudex, & Notarius Domini Comitis Bernardi de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

de Albis, & Barilij præcepto ipsius Domini Comitis, hoc scriptum propria manu scripsi, & signaui.

Locus † Signi.

Extracta est præsens copia per manū mei Notarij Cæsaris de Giptijs de Ciuitate Aquilæ ab eius originali veteri de verbo ad verbum, prout iacet, quod conseruatur penès Reu. D. Rosatum Riocci de Castro Ocre, ad præsens Priorem Venerabilis Abbatiæ S. Spiritus de Ocra, & per me prædictum Notarium de presenti anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo, facta cum originali diligenti collatione; in quorum fidem, & testimonium præsentē fidem feci, meq; subscripsi, & ad maius robur meum signum apposui consuetum.

Locus † signi.

Ego Notarius Cæsar de Giptijs præsentem copiam scripsi, & me &c.

Sub Abbatis Casæ Nouæ regimine, diuturna quiete vacauit, & commendatario concessum, illius status ab inquietis hominibus perturbabatur, Roberto Neapolitano Regi suadentibus iniuria commendatum; quòd ad Regiam præsentationem conferendum erat; ea ratione ductus Martholo de Florentia præsentauit; sed ad reclamationem Angeli Episcopi Viterbiensis, illius tunc Abbatis commendatarij; licèt Præsentatus in possessionem se intruserit, decreta reuocauit, & eiectis institutis, vt Commendatarius in possessione tueretur Regijs literis, quas ex eodem Archiuio deprompsimus, præcepit.

Robertus Dei gratia Rex Ierusalem, Vtriusque Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Prouinciæ, & Folcalquerij, ac Pedimontis Comes.

CApitaneo Ciuitatis Aquilæ, præsenti, & futuro, fideli suo gratiam suam, & bonam voluntatem. Pridèm Perceptori suo nomine non expresso, nostras direximus litteras, post solitam gratiam in serie subsequenti. Facta nobis informatione pridèm, quòd in Ecclesia Sancti Spiritus de Ocra Aquilanæ Diæcesis ius Patronatus nobis specialitèr competebat; nos volentes iura nostræ Curiæ non perire, & nostris benemeritis prouidere, quondàm Martholum de Guizzardinis de Florentia, & Perrottum Mandetti nostros familiares, & fideles nostros Venerabili Patri Aquilano Episcopo ad illam præsentauimus, requirentes eum vt ipsos instituere in eodem. Qui Perrottus, & Martholus, seù procurator ipsorum, nostrarum literarum vigore inducti fuerunt,

vt

ut poneretur in possessionem Ecclesiæ supradictæ; postmodum verò Venerabilis P. Angelus Dei gratia Viterbiensis Episcopus, Dñi Summi Pontificis in Vrbe Vicarius, & administrator Monasterij S. Spiritus, cui dicta Ecclesia ponitur esse subiecta, ac religiosus Vir Prior, vt asserebat ipsius Ecclesiæ nobis exposuere deuotiùs, vt in possessionem dictæ Ecclesiæ indebitè spoliatos se dicerent, vt præfertur; illam sibi mãdare restitui dignaremur. Nos autẽ volentes in ijs cum cautela procedere, procuratoribus, & aduocatis fisci nostri Magnæ Curiæ Vicariæ præcisè commisimus, vt præfati Monasterij Casæ nouæ in hac parte iura prospicerẽt, & nobis specialiter illa referrent. Quorum aduocatorum habuit facta maiestati nostræ relatio, præsente nostro Consilio, quòd per priuilegia legitima constabat apertè, ipsam Ecclesiam Sancti Spiritus dedicatam titulo ad præfatum Monasterium Casæ nouæ rationabilitèr pertinere, nec cõstabat per regestra, vel alitèr, nostram Curiam ius habere in illa, nisi dumtaxat, quatenùs processit nostra præsentatio memorata; nos autem præmissis auditis, nolentes derogare Ecclesiasticis iuribus, qui illa disponimus, quantùm possumus defensare: proindè concernimus; quod possessio ipsius Ecclesiæ Sancti Spiritus, cum omnibus iuribus, redditibus, & pertinentijs suis dictis Episcopo, & Priori pro parte dicti Monasterij Casæ nouæ restitui debeat, & instanti resignari; propterea quod fidelitati tuæ de certa scientia nostra mandamus, vt statim receptis præsentibus memorato Episcopo, seù eius procuratori, vel nuncio, pro parte dicti Monasterij Casæ nouæ Ecclesiam, seù Monasterium ipsum Sancti Spiritus cum prædictis iuribus, redditibus, & pertinentijs, omnibus, ac alijs ad eam spectantibus restitui facias, amoto detensore alio quolibet; & ipsum Episcopum, seù dictum procuratorem eius, qui suo nomine, in ipsius Ecclesiæ possessionem inducas, faciens, & quamdiù suæ præfatæ administrationis causa durauerit, seù dicto Monasterio de fructibus, & redditibus ipsius Ecclesiæ integrè responderi; nostræ tantùm Curiæ reseruato, quòd si processu temporis legitimè constet per regestra nostræ curiæ, vel alitèr, vt supradicta nobis in Ecclesia præfata competere, nullum propter præsentia nostræ curiæ præiuditium generetur. Præsentes autem litteras post opportunam inspectionem earum præsentãti, restitui volumus, pro cautela in anteà dum opus fuerit valituras. Datum Neap. per Ioannem Grillum de Caluo iuris aulis professorem, Vicegerentem Protonotarium Regni Siciliæ, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo, die decimo Decembris, decima quinta indictione, regnorum nostrorum anno vigesimo primo. Nouitèr autem pro parte præfati Viterbiensis Episcopi, fuit maiestati nostræ querelantèr expositum, quòd post obtentas præfatas literas, & tutè Capitaneo

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

præsentatas, ne dum restitutionem ipsius Ecclesiæ obtinere non potuit; sed infrascripta bona: quæ ipsius Monasterij forè ponuntur, fuerunt indebitè occupata in iuris .....tam eiusdem Episcopi administratores, sicut præmittitur eiusdem Monasterij Casæ nouæ, quam ipsius Monasterij fuerit præiudicium, & grauamen, quæ nostro prædicto nomine petita, ne molestè ferant, quæ fuit cõtra Ecclesiam, & Venerabilem dictũ. Committimus fidelitati vestrę sub pæna vntiarum viginti, si secus nunc feceritis irremissibiliter.. mandamus expresè; vt tu præsens, vt vos alij successiuè futuri dictas literas exequutioni mandetis, prout ad vos spectare dignoscetis, circà restitutionem subscriptorum bonorum faciendam sibi, vel eius nuntio, pro parte dicti Monasterij, si & prout iustum fuerit assistentes efficaciter, ac etiam reuocantes, ita quòd non expediat nostros inculcare, denuò pro tali occupatione. Bona verò prædicta hæc esse ponuntur, videlicèt, Santa Maria de Pagania, Sanctus Benedictus Zegauassen Comitatus Aquilæ, & aliæ Ecclesiæ, quæ sunt Monasterij Casæ nouæ.. - ..... Aquila: præsentes autem litteras post optimam ispectionem earum, præsentãti restitui volumus, pro cautela, efficaciter mandamus, donec opus fuerit, valituras. Datum Neap. per eundem Ioannem Grillum de Salerno iuris aulis professorem Vicegerentem, Protonotarium Regni Siciliæ. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo..... Ianuarij decima quarta inditione Regnorum nostrorum anno vigesimo secundo.

Concordat cum suo originali, remanente in posse Massariorum Vniuersitatis de Ocra, &c. Salua meliori, &c. In quorũ, &c. Ego Notarius Sanctes Boccucius ab Androd. qui sic pro veritate collat. recognoui, &c. præsentem feci, & requisitus signaui.

Locus † signi.

At cum postmodùm Regularis Obseruantia sic à Monasterio abierit, vt non amplius quam ab vno, longa ætate regeretur, & nouissima Innocentij X. constitutione suppressum, est nobis, qui in Aquilana Ecclesia Apostolici Vicarij munere fungebamur, vt in aliquod pium opus verteretur, demandatum; vnde Ocrensis Parochi parti redditiuum addictum, reliqua pro fabricæ substentatione, & vnius secularis Sacerdotis, qui sacra ibidem perageret, applicauimus.

His igitur, Deo fauente, enumeratis; reliquum est, vt de Valerienſibus sermonem faciamus; quia verò hi sunt Pelignis contermini, quorum Sulmo Metropolis est, olim Valua à veteribus nuncupata, de qua, & nos quoque mentionem facimus, non ab re facturi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

cturi visi sumus ; si de Sulmone quædam antiqua monumenta, quæ nondum typis mandata fuerant, in lucem ederemus. Ea vulgari sermone, vt tempus illud ferebat, à Ioanne Baptista Acuto olim literis commendata, & ab V.I.D.Nicolao Toppio, Patritio Thea-tino, viro summa eruditione prædito, in Regijs Archiuijs volumine 6. à fol. 169. vsq. ad 176. reperta, V.I.D. Pōpeius Sarnellius nobis carissimus, qui eadem, & ordine digesserat, & sua eruditione, in Ouidij memoriam, qui ex eo ortum duxit, non parùm illustrauerat, ad nos transmisit. Hæc igitur, posteritati consulentes, non nihil à nobis aucta, nostris scriptis, nunquam peritura committimus.

SVLMO Pelignorum Oppidum in quarta Regione *Italiæ*, nonagesimo ab Vrbe lapide distans, Positus in medio ferè planiciei duodecim millia montibus circumdatæ, quæ alicubi tres, alicubi verò ad quinque millia passuum latitudine, extenditur ; atque inter duos amnes, quorum alter Giptius nomine ab Apennino ; alter, quem Auellam dicunt, à Maiella montium altissimo exit : & olim Valua dicebatur; Ouidij Poetæ Patria, vt ipse testatur, 4. Trist.

Sulmo mihi Patria est, gelidis vberrimus vndis,
Millia qui nouiès distat ab Vrbe decem.

Dictus Sulmo à Solymo Æneæ Comite, eiusque Vrbis conditore, vt testatur *Idem* Ouidius 4. Fast.

Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab *Ida*,
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Sulmo igitur à Solymo conditus fuit, seù potiùs Valua in Sulmonem à Solymo versa est, anno ab origine mundi 2788 & ante Christum natum 1160. Cum dictus Solymus Æneæ Comes, & Gener, ab eo cum multis suorum Troiugenarum ad nouas Regiones acquirendas missus fuit; qui cum suis ad Marsos, & Pelignos, populos tunc fortissimos veniens, horrida bella cum eis gessit, & multo vtrinque sanguine fuso, tandem Ænea suppetias mittente, Valua Ciuitate potitus est. Valua tunc vndeciès mille familias adnumerabat, vndequàque vndecim millibus catenarum, cum totidem magnis pessulis, & clauibus ad Ciuitatis fortitudinem clausa ; præcipuè ad equitatum coercendum ; siquidem dato signo quisque catenas tendebat, & Ciuitas muniebatur. Valuam igitur oppugnatam, & semidirutam, aliaque forma, & nouis mœnibus erectam, placuit Solymo non Valuam, sed Sulmonem à suo nomine deinceps dici; quæ & Pelea dicta fuit, à Pelasgis, seù Pelignis, qui Regionem incoluerunt. Pelea igitur, seù Valua, siuè Sulmo septiès ad

vltimum ferè excidium deuenit, nunc igni, nunc prædæ datus; & ideò Ciuitas hodiè bis mille familias vix continet.

Giptius, siuè Egippus, & Atis, etiam dictus, fuit Rex latinorum XVIII. & Italiæ XXXVII. Albæ Syluij filius, & successor. Regni gubernacula susceptit anno ab orbe condito 3562. & regnauit annis 14. quibus expletis, Sulmonis flumen cum maximè intumesceret, transmissurus, aquis obrutus, aeris vsuram amisit, & flumini nomen fecit, quod à Giptio Giptius ad hæc vsque tempora dicitur.

Est, & alius torrens, siuè fluuius, qui altero Sulmonis latere præterfluit; antiquitùs Auellus, seù Aiellus dictus, nomen à propinquo monte trahens; vndè, & originem ducit. Mons Maiella dicitur, ideòque corrupto vocabulo Fluuius Auella, siuè Aiella vulgo nuncupatur.

Sulmo igitùr, de quo meminerunt Ptolemæus, Plinius, Cato, Silius, Liuiusquè, sæpius propè à fundamentis euersus, & igni succensus est. Primum: anno mundi 3868. Ante Chr. natum 80. Mario, Syllaq; ciuilibus bellis discordantibus; à factione Syllana, vt Festus narrat, cecidit penè totus; cuius excidii Acutus non meminit; incipit enim ab anno Mundi 4195 cum Sulmo igni crematus est ab Albanensibus, seù Epirotis, Alexandro Epirotarum Rege: & sequitur: Anno mundi 4307. à Gallis, Brenno imperante, igni penè fuit obsumptus. Anno etiam 5601 ab Scythis, Radagasso crudelissimo eorum Duce concrematus, parùm abfuit, quin desolatus omninò permansisset. A mundi verò origine 5634. cum vix restitutus fuisset, à Genserico Vuandalorum Rege, & prædæ, & igni datus; cùm autem Fenicis instar è suis cineribus rediuiuus surrexisset, anno mundi 5649. & à Christo 450. Attila, Dei flagello irruente, Hunnorùm passus est barbariem; nèc semel tantùm, sed & iterùm, cum direptis omnibus, ne catenis quidem ferreis perceperunt. A. M. 5672. A Christo nato 473. Alani populi feroces Sulmonem, totamque Prouinciam depopulati sunt, Duce Odoacro Ostrogothi quoque Theodorico ducente A. M. 5687. à Christo autem 488. omnes penè neruos intenderunt, vt à fundamentis euerterent; siquidem nedum bona diripuerunt, multis Ciuium extinctis; verùm etiam mœnia igni incenderunt, & quàm plurimos abduxerunt captiuos; nec, nisi qui ad montes confugerunt, euasisse memorantur. Anno autem mundi 5691. & à Christo nato 492. Heruli feroces populi totam excursionibus Prouinciam infecerunt, Ciuitatem igni, agros vastationi, & omnia inuenta prædæ, & excidio tradiderunt. Vix è tanto morbo Ciuitas conualuit, cùm anno m. 5799. & à Chr. 600. Longobardi ne ipsi immunem facerent Sulmonem, multo vtrinque sanguine effuso Ciuitate potiti sunt, quam substantijs, originarijsque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

que incolis vacuam reddiderunt; cum maior eorum pars Longobardi essent, qui cum Rege Alboino Sulmone remanserunt. Quid dicam de Saracenis, qui penè innumerabiles, hanc non solum Prouinciam, sed vniuersam Italiam deuastarunt, Sulmonemq; veniéces, maiorem eius partem igni absumpserunt? Tunc Ciuitati, Regni totius Principi, opem ferentes, Sulmonenses duodecim occubuerunt, & innumeri pro Regni defensione, vitam cum morte commutarunt. Quid? quod non pauci, Sulmone à Saracenis, Sedoa Rege, direpto, pro patria mortem subiere præclaram. Nec semèl tanta barbarorum eluuione redundauit; sed, & iterùm, & pluries cęde, atque incendijs modò in hac modò in illa Prouincia, Italia mundi Domina penè ad exitium perducta annis 621. 778. 788. 848. 859. Alijs ex Hispania Saracenis aduetantibus, Calabriam propè vidit euersam, & Apuliam ad vltimam internecionem exagitatam, in hac enim expugnato Beneuento, multisque alijs Oppidis, & Castellis direptis, animo Neapolim, Romam, totam denique Italiam sub iuga mittendi, Nullum crudelitatis exemplum deseruerunt; non sexui, non ætati, non Religioni parcebatur, indulgebatur tantum furori, miscebantur sacra profanis; Sanctorum templa, Vrbis tecta, omnium ciuium vita, omnis denique Italica Regio ad exitium & vastitatem vocabantur.

Anno ab origine mundi 6025. & à Christo nato 826. qui Pesculum Constantium incolebant turpe facinus in Sulmonenses aggressi sunt. Cum enim nonnullæ Oppidanarum paupertate quidèm, non autem honestate, laborantes; cùm libentiùs malesuadam famem, quam malè sonantem famam eius Ciues, & si pauperrimæ, sustineant, ad legendas, quæ superfuerant, spicas iuissent in Sulmonensium agrorum fines, quos suos Pesculani magna contentione dicebant; in illas quidam Pesculanorum Iuuenes irruerunt, & cæteris mulieribus ignominia affectis, vnus eorũ puellæ, quæ reliquis forma præstabat, vim intulit; & licèt illa vim vi repelleret; & arma adhibens muliebria, vngues, & dentes stringeret, facié nebulonis deformans; ille qui præ furore vix ista sentiebat, tandem violatam, & virginitatis flore spoliatam dimisit. Itaque nil Deum fandi, atque nefandi memorem sperantes, nil tantam Ciuitatem totius Regionis Metropolim veriti; nil denique de sua ipsorum fama cogitantes, mulieres ignominia, & contumelia affectas Sulmonem remiserunt. In Ciuitatem igitùr Oppidanæ reuersæ, quibus affectæ fuerant, contumelias Patribus, Nobilibus, & Ciuitatis Syndico retulerunt; qui omnes rei veritate perspecta, factum simularunt, vt inopinato impetu in illos irruentes, vltionem, omni suo memorandam, repeterent. Vt factum est: Accidit enim vt Sulmone Feriæ S. Mariæ de Roncisualle dictæ publicarentur, quæ singulis annis fiunt, & ad mensem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

durant, quò ad nundinas finitimi omnes conueniunt vndecimo Calendas Septembris, & tunc temporis vt Pesculani pœnas darent, decreuerunt. Confluentibus igitùr Populis, & pesculani Sulmonem venerunt; vbi à militibus ad id paratis, ad vnum capti, nulla habita sexus ratione, coràm, qui conuenerant, populis, partim trucidati, partìm mutilati sunt. Trecenti Pesculanorum viri, vt in singulis membris morerentur, membratim concisi sunt; septuaginta mulieres à pedibus vmbiculo tenus nudatæ, triginta nares, auresque obtruncatæ, perque totam Ciuitatem ductæ, & fustibus cæsæ Pesculum remissæ sunt. Capita, & artus virorum maiores, affixa, & suspensi sunt in locis publicis, vicis, & mœnibus Ciuitatis; & vt quisque Ciuium ad lanienam accedens frusta eorum laniata sumeret, & contumelia afficeret, capitis pœna in renuentes promulgata, Patres iusserunt; quod accidit anno post primum facinus elapso; nempè à mundi origine 6026. & à Christo nato 827. Calendis Septembribus, ante portam S. Martini olim, nunc S. Augustini nuncupatam. Hinc exemplum sumant Ciuitatum Moderatores, ad Iuuenum petulantiam cohibendam, vt quemadmodùm

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Sic cessent peccare mali formidine pœnæ.

Iuuenes enim, qui in Ciuitatibus voluptati soluunt habenas, & finitimos contumelia afficiunt, perpetuam Patriæ ignominiam, & quandòque excidium parturiunt.

Anno 872. reuersi sunt iterùm Saraceni, eodem Sedoa Rege ducente, & Salernum cum finitimis ad desolationem propè vastarunt.

Anno 884. Ammirallo eorũdẽ Rege iubente, Calabriam rursùs, & Apuliam depopulati; nedùm bona, & substantias; sed & fidem è Christianorum pectore extorquere conati sunt; quamobrem Episcopos, & Sacerdotes indomitorum caudis equorum alligantes hos ad cursum stimulis agitabant; cùm satis pro stimulis esset suaipsorum feritas; sed crudelitati velocitas quoque tarda videbatur. Equos igitur per saxa, perque dumos ruentes, non fluminis ripa, aut torrens tardat oppositus; prosternuntur sepes, rumpuntur obstacula; & interim, vt Prudentius de S. Hyppolito dixit

Scissa minutatim labefacto corpore frusta
Carpit spinigeris stirpibus hirtus ager.
Pars summis pendet scopulis, pars sentibus hæret,
Parte rubent frondes, parte madescit humus.
Cernere erat ruptis compagibus ordine nullo
Membra per incertos sparsa jacere situs.

Inter

Inter cæteros Episcopos Nicoterensis, spectaculum factus Deo Angelis, & hominibus huiusmodi mortem in conspectu Domini pretiosam occubuit, & celebri martyrio coronatus est; siquidèm ab equo per tesqua, dumosque tractus, laceros artus passim relinquebat, & fideles

Mærore attoniti, atque oculis rimantibus ibant
Implebantque sinus viscеribus laceris.
Ille caput niueum complectitur, ac reuerendam
Caniciem molli confouet in gremio.
Hic humeros, truncasque manus, & brachia, & vlnas
Et genua, & crurum fragmina nuda legit.
Siquis, & in sudibus recalenti aspergine sanguis
Insidet, hunc omnem spongia pressa rapit.

Annis ab orbe Redempto 900. 901. 902. Saraceni Italiam repetunt, Abrahamo eorum Rege ducente; & anno 913. Regnante Apolline Abrahami filio, qui à Patre Panormi defecerat cum non paucis Saracenorum. Anno quoque 967, à Rege Bonauiro sunt in Italiam adducti. Et annis 981. 1104. 1071, Amuratto eorum Rege, & alijs Regibus, & Ducibus, alij venerunt Saraceni ex Hispania, Babilone, & Africa, & centena hominum millia abduxerunt captiua, omnes opibus vrbes expoliantes; Infandum! quot Matronas, quot Virgines, & ingenua, nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio. Subuersæ Ecclesiæ, ad Altaria Christi stabulati equi, Martyrum effossæ reliquiæ, vbique luctus, vbique gemitus, & plurima mortis imago. Enim verò notandum est. Et si totiès Saraceni Italiam deuastarint, semel tantùm, & iterùm Sulmonem cæde, & incendijs penè euerterunt; attamèn in communibus miserijs hæc nostra Ciuitas semper aliquid perpessa est, sponte finitimis, & alijs Regni Ciuitatibus opem ferens.

Anno Mundi 6131. & ab orbe redempto 932. Hungari in Italiam irruperunt, totamque excursionibus infectam depopulati, ad Pelignos se contulere, & Sulmone substantijs spoliato, Romam versùs, vt eam quoque direperent, prædis onusti, iter susceperunt. Sulmonenses verò, cæterique Pelignorum viarum amfractus, & montium, saltuumque angusta scientes, insidias Hostibus tetenderunt; & in loco, qui Intermontes dicitur, Hungaros aggressi, cum ij, quò fugerent, non haberent, viarum angustijs præpediti, animabus suis viam tantum, quæ fert Acherontis ad vndas, aperuerunt, mucronibus, sudibusque confossi; omnes itaque ad vnum trucidati sunt, & Sulmonenses, cæterique Peligni amissa recuperantes, & inuenta acquirentes, diuites, & præda onusti quisque domum redierunt.

An

Anno ab orbe condito 6203. Saraceni rursus Italiam vastant Apollophoro,& Apocopha Ducibus,ijsdemque Parentibus genitis, qui omnes Italiæ Ciuitates, & præcipuè Sulmonem depopulati sunt. Itali autem vindictam susceпturi, armorum robore in vnum collecto;in Barbaros impetum fecerunt,multisque trucidatis, reliquos ex Italia penè deturbarunt, in qua annis decem supra trecentis, præcipuè Panormi insederant; licèt non omninò hac vice Italia expulissent; quod accidit quadraginta fermè post annis.

Anno à Virginis partu 1329 Ciuile bellum Sulmone exortum inter præclaras eius familias; nempè inter Nobilissimos Merolinos, & Quatrarios item Nobilissimos. Merolinorum namque familia, quæMerlinorum quoque dicta est, nedùm Sulmone floruit ;; sed & in alijs Regni Ciuitatibus conspicua fuit. Reate, & Capua ex Merlinis Gubernatores habuerunt. Ex ijsdem Neapolitana Ciuitas Magnos Iustitiarios, Camerarios, & Sinischalcos, qui inter septem suprema Regni officia connumerantur, aspexit. Multæ eiusdem Regni Sanctiones confirmatæ sunt à Gentili Merlino Sulmonense, vtpotè à Regni Locumtenente Generali, atque Logotheta, vt in cap. Ladislaus. Cui Ladislao in Etruria commoranti, quod donatiuum dicunt, missurus, ex Regio edicto omnes Regni Barones ad concilium vocatos, ad id faciendum hortatus est. In Aprutio ex Regia munificentia donatus est Oppidis, & Castellis numero tredecim, inter quæ Cerranum, Turris, & Cerulionum, vt infrà. Conuentus S. Francisci, Sulmone erectus, insignia præfefert Merlinorum Cantelmis inserta; Merlini etenim matrimonijs inter Regni Proceres, & Magnates initis, familijs præclarissimis sanguine coniuncti sunt. Maximè autem omnium, & sua virtute, & maiorum splendore enituit, D.Franciscus Merlinus Hieronymi, & Camillæ Pignatellæ Filius, Sacræ Militiæ Diui Iacobi Eques, Neapoli in Sacro Iustitiæ eiusdem Regni Consilio Regius Consiliarius, Regiæ Cameræ Præses, Regni Secretarius, Supremi Italiæ Senatus Regens, & demùm Sacri Consilij Præsidens: Vir omnium votis expetitus, multorum seculorum vita dignissimus,qui mortis debitum soluit, anno 1650.

Extincta est hæc Familia vnà cum D.Isabella Merlina Ramontis Marchionissa, Matreque Illustrissimi D. Caroli Calà Dianç Ducis, Ramontis, & Villenouæ Marchionis, Collateralisque Regni Consilij Regentis, Qui tenax recti, Iustitiæ Vindex, & eruditorum Mecænas, cùm generis nobilitate; tùm scientiarum, & virtutum splendore nitescens, prætèr rectè facta, quæ omne æuum superant, editis quoque præclaris ingenij sui monumentis,nominis immortalitatem comparauit.

Inter hos,inquam,Merolinos,& nobilissimos Quatrarios,quorum vtraque familia, semper Barones habuerunt, alijs nobilissimis familijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

milijs matrimonio copulatæ, diuitijs pollentes fuerũt tanta potẽtia, vt quinquaginta annorum ſpatio bellum ciuile fouentes Sulmonem penè ad excidium perduxerint. Prætereà multæ ex nobilibus, & principalibus familijs alterutri partium adhærentes funditùs euulſę perierunt; media Ciuitas ab ipſis ciuibus ſuccenſa, & diruta eſt, & vſque ad hodiernam diem tantorum ædificiorum ſenta ſitu veſtigia clamant, vt

Audiat Ciues acuiſſe ferrum,
Quo graues Perſæ meliùs perirent,
Audiat pugnas, vitio parentum,
Rara juuentus.

Cauſa tantæ calamitatis, tantique incendij ſcintilla fuit, quæ aliàs contemnenda videbatur; vndè comprobetur oportet, quòd parua ſæpè ſcintilla contempta magnum excitauit incendium. Siquidèm Quatrariorum Ancilla, cum menſe Auguſto eiuſdem anni 1329. fontem peteret, aquam frigidam Dominis allatura, hauſta aqua lagenam illius refertam ad Ciuitatem ferens, cùm portam, quæ olim Capora, hodie Filiamabili dicitur, eſſet ingreſſura; quidam puerorum, (qui vt è Gymnaſio exeunt, in ludos inſolènter ſe effundunt, quos Plutarchus ijs, qui è vinculis emittuntur, & licentiùs vagantur, quã ij qui nunquam fuerunt in vinculis, comparat) inibi, vt moris eſt, ludentium, in lagenam terræ pugillum, & fruſtilla cannabi, quod tunc lintopta (quam Tuſci Maciullam, cæteri gramolam vocant) ſtipulis mundabatur, injecit. Ancilla contumeliæ impatiens, aquam effudit, & puerum arreptum pugnis affecit, adeò vt nares ſanguine maderent. Erat hic puer vnigenitus Merolinorum familiæ, quem domum genas laceratum, & nares, vultumq; ſanguine ſordidũ reuersũ vt Pater vidit, re cognita, adeò irarum effudit habenas, vt Quatrariorũ domum ingreſſus Ancillam ſtricto pugione multotiès perforarit, & vita priuauerit. Quidã ex quatrarijs, qui domi tũc erat videns nullam ſui habitam rationem, re minimè perſpecta, quæ furor arma miniſtrat, illicò rapit, & Merolinum domo exeuntem, adhuc ſanguine madidum, obtruncatum humi relinquit.

Quod vbi Merolini cognouerunt, armati Quatrariorum domum inuadunt, & homicidam vna cum filijs, & filiabus eius morti demandant. Cuius conſanguinei vindictam repetentes, arma capiunt, & Ciuitatem deſerunt, omnia Merlinorum prædia vaſtantes; quibus damnis hi occurrentes ſæpius bellum inierunt; multique vtrinque oppreſſi ſunt; adeò vt Sulmonis agri ſanguine Ciuium maderent; Tantarumque diſſenſionum moles; eò vſque deuenit, vt Neapolitani Reges nedùm ciuiles diſcordias ſedare nequierint; ſed, & cæ-

pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

perint timere; Non sexui, non ætati parcebatur; infantes è Nutricum papillis erepti, murisque collisi, lac pro sanguine effundebant; quorum nonnulli vacuum in aerem sublati mucronibus excipiebantur; edocti ante volare, quàm gressibus incedere; ante mori, quàm viuere. Quidquod prægnantium aluis dissectis, obstetrices bipenni, fœtus educebant; & nondùm natos occidentes, morti dabant, quos nondùm vita susceperat. Infelices puerperæ! ante parientes, quam parturientes; antè necci, quàm vitæ fœtus Acheronte abluendos edebant, at non in lucem; si oculos non dum apertos æternis tenebris obducendos dirus ensis eruebat.

Bis Neapolitanus Rex, bis ipsa Regina Sulmonem, vt animos componerent, se receperunt, ex vtraque parte matrimonio copulatos, quasi obsides faciẽtes; At vbi terga vertebant, illicò ira exardescens ad pejora prioribus excitabat facinora. Vir vxoris, vxor viri non brachijs, sed laqueo collum cingebat; non amore, sed dolore languebant. Non Cupidinis, sed insani furoris iaculis confodiebantur. Non Hymençi, sed Megeræ facibus domus ardebant; Non procreandæ prolis, sed progeniei extirpandę semina fouebantur; vndique Mars, vndique Mors exultare; Pax omninò exulare videbatur; adeò vt ipsa Monialium Clausura furor inuaderet, qui multis extinctis accensus, consanguineos cogeret è S Catharinæ Sulmonis abductas in Sanctorum Cosmæ, & Damiani transferre.

Castella Cerrani, Turris, & Ceruilioni nobilissimæ Merlinorum familiæ à fundamentis Quatrarij euerterunt; & Orzi Castellum, cuius Quatrarij Barones erant, igni à Merlinis absumptum deperijt.

Neapolis igitur Rex tantis malis modum impositurus, vtrique parti aqua, & igni Sulmone interdixit; itaque altera Merlinorum Anxanum, altera Quatrariorum Ortonem; nàm trigesimo ab Sulmone lapide exulaturi erant; se receperunt. Quamobrem factum est, vt oppida, quæ incolebant factiosis replentes mutuò certarent, & vtrumque oppidum non exigua mala perpessum sit; Sulmonenses verò semper Anxianis opem tulerunt; vtpotè quibus, & sanguine conjuncti essent, & ab Vrbium incunabulis (cum vnum, eundemque sui cognouissent Auctorem) semper amicitiam fouissent, & vsq; ad hæc tempora alter alteri subueniat.

Tandèm aliquando finem malis impositurus ille, qui petentibus, quam mundus dare non potest, pacem concedit; factionum capita de medio tollens, odia, calidæque rixæ sublata fuerunt, quæ annis quinquaginta duraverant.

Anno 1342. Ludouico Rege Hungariæ, Sulmo obsessus ab Hungaris fuit, quibus Sulmonenses armorum viribus obstiterunt multo vtrin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

vtrinque sanguine effuso; tandèm Hungaris Ciuitate potitis, vt furorem sedarent Sulmonenses magno auri pondere se redemerunt. Sulmone expugnato, reliqua oppida, & Castella in Regis deditionem venerunt. Qui Hungarorum aduentus in Reginam Ioannam, ob Regem Andræam morti datum, fuisse narratur.

Arctiore autèm obsidione, quàm anteà Sulmo cinctus est ab Hungaris ijsdem, cum in Reginam Ioannam missi fuissent à Rege Ludouico anno 1346. insontem turpemque Andreassi, Regis Fratris, mortem vindicaturi. Sulmonenses à Regina nunquam defecerunt, sanguinis, vitæque effusione fidem datam seruantes; sed quod mali ab Hungaris sustinuerunt, parum fuit; si quod Aquilani Sulmonensibus tunc temporis inimici, inferebant, consideremus; quippè qui vltionem repetebant de damnis, ignominijsque sibi superioribus annis à Sulmonensibus illatis.

Anno igitur 1345. Lallus Camponescus Aquilæ Comes, Soræ Dux, S. Agathæ Comes, & etiam Regni Quæstor, qui vulgò Camerlengus dicitur, creatus; vt iniurias in suos Ciues à Sulmonensibus illatas vindicaret; & se vlciscceretur pro eo, quod Sulmone aqua, & igni sibi interdictum esset, ob carceres effractos, & Curiales malè sauciatos; Sulmonis mœnia dura cingit obsidione, agros vastat; Hungaros, Aquilanosque suos, ad omne vindictæ genus compellit. Sulmonenses autem noctesque, diesque vigilijs diti acres, ac fortes viros sese præstantes, operam adeò strenuè nauarunt, vt quamquàm multò sanguine effuso; tamen vim vi repulerint, & omnes inimicorum æstus eluserint. Quodam autem die factum est, vt rumor Aquilam perlatus, dissipauerit Sulmonem fuisse captum; quamobrem Comes Hungarus, & Aquilani campanas festiuo sonitu pulsandas iusserunt; accidit autem, vt Campana Palatij, qua non alia magnitudine, pulcritudine, & sonitu præstantior, vix semel, & iterùm tintinnabulo icta, rimam egerit, & pro festiuo, raucum sonum ediderit; quod omnes Aquilani ægrè tulerunt, & ob tanti instrumenti, quod à multis illis fuerat inuisum, iacturam; & ob funestum augurium, quod fama comprobauit: siquidem vanus fuerat, quem de Sulmone oppugnato, rumorem dissipauerant; vndè cadere animi, & aduersa augurari cœperunt. Interim Sulmonenses semper Reginæ fideles, sperantes à Principe Tarentino, & Carolo Dyrrachino auxilium, idque differri videntes, longa obsidione coacti, tempori seruiendum esse censuerunt; & consilio inito, fœdus cum Hungaro inire decernunt: quod factum est, hoc pacto: vt si intra certum tempus subsidium non mitteretur, sese dedidissent; interim copias auerterent, & castra aliò transferrent. Hoc fœdere inito, Hungari Sulmonem exercitu cinctum, obsidione leuauerunt, Theaten oppugnaturi; quò famam

dissiparunt Sulmonem euersum ; Theatini igitur obsidione, & fama Sulmonis oppugnati deterriti, parum abfuit, quin se hosti dederent; Sulmonenses verò, qui tamdiù dilatum, nullum deinceps sperabant subsidium, quatuor millibus fortissimorum militum in vnum collectis, per abdita viarum Theaten se contulerunt, relictis, qui Valuæ vias custodirent. Siquidem vsque ab antiquis temporibus Peligni, Anxani, & Theatini Socij, & fœdere coniuncti fuerunt. Nuncio igitur ad Theatinos misso, qui certiores faceret, se velle cum hostibus, ex improuiso signa conferre, & cum pugnã iniuissent, præstò essent; de cætero vanum esse rumorem, qui de expugnato Sulmone ortus erat.

Hungaris igitur, & Aquilanis curis vacuis, & nihil, nisi prædam meditantibus, Sulmonenses inopinatò aduenientes tantam stragem intulerunt, quantam nunquàm hostes meditari potuerant; interim Theatini. Vrbe relicta, & ipsi sua signa contulerunt, sicque hostili exercitu partim trucidato, partim in fugam acto, præda, & spolijs onusti ad vrbem reuerterunt: quique Hungarorum per campos sese effudere palantes, ab Hostibus capti, qui Valuæ vias custodiebant obtruncati sunt ita, vt pauci ex Hungaris euaserint. Ex Aquilanis ducenti septuaginta capti (Lallo Camponesco à fuga incolumitati restituto) omnes naribus, auribusq; abscissis, vt pœnas darent de bonorum direptione, depopulatione prædiorum, locorumque vastatione, quæ Sulmonensibus intulerant, Aquilam remissi sunt.

At cum iterum Aquilani vindictam à Sulmonensibus repeterent, Regina Ioanna Sulmoni opem latura, cum equitatu venit, & Hungaros, Aquilanosque Aquilam vsque persecuta est, auxilio Ducis Dyrrachini, Sulmonensium fautoris; & eo prælio multi ex Hungaris, Aquilanisque trucidati sunt.

Regina verò cum equitatu, Neapolim reuersa, alijs Regni Prouincijs subsidium implorantibus, præstò futura. Ex improuiso, eodemque anno Aquilani vnà cum suis Hungaris, impetu adeò inopinato Sulmonem inuadunt, vt Ciuitas præsidio destituta, ne mense quidèm absoturo, fœdere inito Episcopo Hungaro Regis Hungariæ fratris, sed spurio, se dederit. Sulmone verò dedita; reliqua cùm castella, tùm oppida in deditionem venerunt.

Hęc autèm omnia non multò post tempore à Rege Neapolitano sedata fuerunt; cum multi vtrinque, eo jubente, matrimonium inierint, & sanguinis conjunctione, à sanguine effundendo manus abstinuerint.

Eodem anno 1345. pestilentiæ vis adeò sæuijt, vt nedum Sulmone, sed tota ferè Italia, vix decimus quisque incolumis euaserit; quinimò, & Europam ferè vniuersam pestis contagio attritam reliquit. Cuius mali causam in Iudæos reiecta; quippè, qui dicebantur

aquas

aquas veneno infeciſſe, innumeros ex eis de medio tollendos ſuaſit; itaùt Sulmone tantùm, vndecim, atque ſexcenti perierint. Vt autem ad Camponeſcum redeamus, cùm anno 1353. Lallus Tarenti Principem honoris cauſa cum multis ſuorum comitaretur, vbi in Campaniam venerunt, Princeps, de quo Lallus malè meritus erat, brachio tenuit, vltionem ſumpturus: tunc Eques Sulmonenſis, Principi carus, Lalli guttur pugione tranſegit, & equo deturbatum, humi ſtrauit, cuius heres ſolus filius ſuperſtes fuit Lallus, & ipſe hoc nomine à Patre ſecundus.

Anno 1361. inter Aquilanos, & Sulmonenſes magna excitata eſt contentio. Paulus enim Bazzanus Epiſcopus Aquilanus armata manu occupauit multa loca, Eccleſias, & Caſtella, quæ ad Epiſcopatum Sulmonenſem, Valuenſem dictum, pertinebant; & in Diæceſi Valuenſi adnumerabantur, videlicet Accianum, Antidoniam, Boffim, Bariſcianum, Bomminaſum, Campaſam, Caſtella Antidonium, Ardemgumque, Cærulam, Collempetrum, Caſtellum S. Mariæ, Fontecchium, Fagnanum, ſeù Ofanianum, Gonienum de Vallibus cum ſuis pertinentijs, & Villis, Laporanicam in Sinitio, Nauallim, Offenſemiam, Prætorum, Peltinum, S. Mariam de Ponte, cum ſuis pertinentijs, & Villis, Stephaniſcum, Sanctum Pium de Fontecchio, cum pertinentijs, & villis; quæ omnia, & alia loca à Paulo ex familia Bazzana Sulmonenſe per vim occupata fuerunt, pluriès indè exturbato Franciſco de Sangro Nobiliſſimo Sulmonenſe, tunc Epiſcopo Valuenſe, ſeù Sulmonenſe, vnde & originem, & natalia ducebat; quà de cauſa Primores Ciuium vnà cum Epiſcopo Auenionem in Galliam, vbi tunc Summus Pontifex reſidebat, ſe contulerunt; Cauſa igitur perſpecta multa Bazzano inhibita, & interdicta ſunt; quibus ille, & ſi cenſuris adſtrictus, obedientiam præſtare noluit, fretus (vt dici ſolet) inueſtitura, quam ab Antipapa, cui Regina Ioanna, hoc nomine prima multum fauebat, acceptam euulgabat. Cauſa hæc, annis octo, & quinquaginta, ſcilicèt ab Innocentio VI. vſque ad Innocentiũ VII, patria Sulmonenſem, agitata fuit.

Anno 1367. Sulmo cum ſuis finitimis, Marſorum Regio, & Aquilanorum; imò Aprutium fermè totum à Ioanne Acuto Anglo Britannorum Ducis filio, occupata, in illius Dominium venerunt; ſteteruntque quinque, & amplius menſibus. Quibus exactis Ioanna Neapolis Regina, magno auri pondere, reliquum Aprutium hoc onere leuauit, & Anglorum Acutum Ducem, ſuoſque Acutos futuros Marſorum Comitatu donauit; interim Ioannes Acutus Parmam ſe recepit, quò à Bernabo Viſconte vocabatur, vt opportunè multis malis occurrens imminentes tumultus cohiberet. Regina quoque, amicitia cum Acuto inita, à regione, quam ei dederat,

manus abstinuit; quinimò Ambrosium Viscontem præfati sororium, quem Sulmone captiuum abductum, penès se detinebat, habita Acuti ratione, & muneribus, & libertate donauit, eius sibi animum concilians.

Anno 821. non exigua Sulmonis pars ab Ortonensibus igni succensa, & diruta fuit. Cuius excidij causa, iurgium inter Anxanos, Ortonenseſque pro finibus dicitur; qui multa malorum populis pepererunt, & pariunt; fines quasi ironicè dicti, cum nullum faciant contentionum finem, tanta est hominum auiditas, vt semper inhiet alienis. Anxani igitur opem à Sulmonensibus petentes, lectam Iuuenum manum sibi Comitem iungunt; & cum aliquando Sulmonenses in Anxiani auxilium Anxianis operam suam strenuè commodassent, Ortonenses Sulmonem petentes Ciuitatem militibus vacuam, prædę & igni demandant. Quod Sulmonenses vindicaturi par pari referentes, iniuriam maxima vltione persequuntur.

Annis 1458. 1460. 1461. Sulmo copijs Iacobi Piccinini præclarissimi Ducis sub Ioanne Angioino, itemque Principis, eo tempore eiusdem Ciuitatis Aragonensibus fidelissimæ, pro quibus, nempè vt eis adhæreret, Sulmo longam obsidionem passus, agros vastari, plura loca dirui, multos ex suis perimi, & seipsum ad vltimum, penè excidium adductum cernere cogitur; cuius exemplum secuta cum vniuersa prouincia: tùm totum Neapolis Regnum intemeratam Aragonensibus fidem seruauerunt. Opem deindè laturus, cum multis copijs, ijsque strenuissimis venit Alexander Sforzius à Pio Secundo, & à Ferdinando Neapolis Rege missus, qui hostes in montes fugans, Sulmonem ab obsidione vindicauit. Anno verò 1460. iterùm Sulmo obsessus est à Ioanne Angioino, in Regno Neapolis, quæ prætendebat iura, ad tuendum veniente, & ab eodem Piccinino, sub quibus Ciuitas multa mala perpessa est, multum sanguinis fudit. Anno autem 1461. elapso, obsidionem famemque amplius sustinere non valens, omnique subuentione destitutus, fœdere inito Angioinis se dedidit; vbi Angioinum se munientem omnes Regni Barones, Comites, & Dñi, & præcipuè Regitoni Comites Celani, & Camponeschi Aquilani, Acuti Comites Marsorum, Caldori, & alij à Rege Alphonso Ferdinandi Aragonis Patre, dominio spoliati, prosecuti sunt.

Hæc sunt, quæ de Sulmone, ex antiquis monumentis hausimus.

Cæterùm hoc tempore vtitur felicitate non modica, incolis frequens, opibusque adauctis; eòque fortunatior, quod sub Burgheſiæ gentis, Pauli Quinti prosapiæ splendidissimæ Principatu suauissimè conquiescat.

Templa in ipsa Sulmone Ciuitate summis ædificijs extructa, piaque loca, ac Religiosorum Monasteria multa, inter cætera ad

duo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

duo millia passuum, ad montis Moroni radices situm nobile Sancti Spiritus Ordinis Cælestinorum Archicœnobium spectatur, in quo prima eius Ordinis iecit fundamenta Cælestinus Quintus, inter diuos relatus. Protulit Sulmo inter alios viros clarissimos Poetarum lumen Ouidium; Marcum Probum sui temporis Poetam satis celebrem; Franciscum Barbatum Iureconsultum eximium, Petrarchæ amicum, ad quem ipsius extant Epistolæ. Innocentium Septimum Pontificem Maximum; Cardinales duos, Ioannem, & Cosmatum melioratos eiusdem Pontificis Patris filios, nonnullosque Episcopos, Viroſque in omni genere præstantes.

De

De Valerienſibus, & Valeria Ciuitate.

CAP. XIII.

PElignis contermina erat Valeria Ciuitas in noſtro limite, quæ Prouinciam, dùm extabat, de ſuo nomine nobilitauit, & ruens Oppida excitauit, quæ noſtrum laborem complent. Ibi ſitam fuiſſe nominis affinitate, & Strabonis verbis, qui illam Carſeolis, & Albæ præponit, vbi nunc Vicouarum Oppidum eſt, dicamus oportet. Variam ab Antonino, & in tabula Itineraria dictam Cluerius ſuſpicatur; at illum longè ſatis aberrare, illius veſtigia, quæ propè ripam Fucini lacus luſtrantur, oſtendunt; & domus, quam Bonifacius IV. in Eccleſiam vertit, fidem aſtruit, vt M. Valerius Maximus, qui Valeriam viam direxit, à ſe excitatam, vtramque de ſuo nomine inſigniuerit.

Primùm enim cùm eſſet Cenſor, anno poſt tertium fœdus, cum Carthaginenſibus initum, qui fuit ab V.C. ſecundum Sigonij computationem CDXLIX. tractum viæ deſignando publico ære perfecit, de quo Liuius IX.

Eodemque anno Ædes ſalutis à C. Iunio Bubulco Cenſore locata eſt, quam Coſ. bello Samnitum vouerat, ab eodemque collega eius M. Valerio Maximo viæ per agros publica impenſa factæ:

Illius Valerij nepos, qui poſt decemuiralem inuidiam plebem in Patres incitatam legibus, & conditionibus ſuis mitigauit; qui, cùm ei ob Victoriam à Volſcis, Æquiſque in Alcido reportatam, negatus triumphus fuiſſet, ſine Senatus auctoritate triumphauit; vndè Maximi nomen adeptus fuit; nulli anteà, quàm Fabio tributum: & cum conſulatum gereret, & Sora ad Samnites defeciſſet, felici prælio recuperauit; vndè triumphum, qui à Liuio exciderat in tabulis capitulinis aſcriptum Ioannes Vincentius Ciarlante in memorijs Samnij refert.

M.VALERIVS.M.F.M.N.MAXIMVS
A.CDXXXXI COS.DE.SAMNITIBVS
SORANISQ.IDIBVS.SEXT

Vir quidem magiſtratibus, & bellicis facinoribus clarus, tantam in Vrbe ſibi comparauerat auctoritatem, vt cum Etruria Aretinorum ſeditionibus irritata, qui Licinium genus inter eos præpotens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

tens; diuitiarum solùm inuidia, armorum violentia depellere cępis-
sent, palàm etiam rebellioni locum dedissent; eoque tempore Mar-
sorum Populi deductione nouæ Coloniæ irritati, agrum vi tueban-
tur;& cum vtrorumque motus terrore Vrbem repleſſet, vnus ipſe
Dictator eligitur,& subactis Etruscis sic armis Marsos fatigauit, vt
ad minutissimas Ciuitates Pleſtiniam,& Miloniam reparare compu-
lerit, nec pacé postmodùm petentes, parte agri mulctatos, in fœdus
restituit;& si Liuius ad A. V.C.CDLI. sublcuationem Marsorum
reportet, & ante Consulatum L. Cornelij Scipionis, & G. R. Ful-
uij A.V.C.CDLIV.Carseolos coloniam deductam constet,eo anno
designatam, quo Marsi in arma ruerunt, nec antè perfectam, quàm
Dictator illa compresserit.In parte agri mulctata Dictator ad gran-
dia natus,Ciuitatem de suo nomine, vt viam anteà strauerat; colle-
ctis Marrubij, & Cerseniæ reliquijs, in designato loco adunauit, vt
familiæ suæ Auorum gloria claræ, triumphorum splendore decoræ;
Consulatibus Illustris, quos LXIX. gessit, & ex egregijs factis
Coruina, Potita, & Messala pronomine adaucta, publicæ viæ di-
rectione, & nouæ Ciuitatis ædificio memoriam æternari studuit.

Volaterranus Antropologia li. 20

Erant,& aliæ in Orbe eiusdem nominis Ciuitates,nempè in Hispa-
nia Tarraconensi, & in Corsica Insula,de quibus Ptolomæus lib. II.
tab.VII.Europæ,& in Pannonia inferiori,ad Danubij, & Drauui flu-
mina à Diocletiano Imperatore in propriæ filiæ memoriam Massi-
mino Herculeo nuptæ erectam; & cum nulla susceptа prole decef-
sisset Prouinciam, Ciuitatemque suo nomini sacrauit; ad quorum
differentiam, hæc nostra, Valeria Italiæ appellari meruit; & in tan-
tam rerum magnificentiam temporis cursu creuit, vt in noua Ita-
liæ partitione,Longobardorum Regum auctoritate, extenso limite,
& adiecto agro,Prouinciæ Principatum, Metropoli tanumq; hono-
rem obtinuerit; cuius fines Vibius Sequester in Catalogo Prouin-
ciarum Italiæ tales assignat.

Ammianus Marcellinus lib.9.Strabo.

Vibius.

Porrò XIII. Prouincia Valeriæ, cui, & Nursia annexa, inter
Vmbriam, & Campaniam, Picenumque consistit, quæ ab Orien-
te Samnitum Regionem attingit;huius pars occidua, quæ ab Vr-
be Romana initium capit, olim habebat Tuscorum populos, &
Tuscia dicta est;hæc habet Vrbes Tibur, Carseolos, Reate, For-
conium, & Amiternum, regionemque Marsorum, & eorum
Lacum, qui Fucinus appellatur. Marsorum quoque regionem
ideò intrà Valeriam Prouinciam æstimo computari; quia in Ca-
talogo Prouinciarum Italiæ, minimè ab antiquis descripta est,
Si quis autem hanc per se Prouinciam esse verò ratione proba-
uerit, huius ratio ab illis sententiæ modis omnibus tenenda
est.

Multò magis Sanctorum Monachorum frequentibus cœnobijs;

quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

quàm regijs prærogatiuis, & terrena ditione clara, quibus primùm monastica disciplina in occidentali Ecclesia reparata, sub sanctissimo Cænobiarcha Benedicto, proindè firmioribus præceptis regulata lege, dictis numerosa in Orbe creuit religio, & cælestis veluti illis Paranimphus in hac Prouincia S. Pater Equitius fuit, viam certo dogmate docens, dispersos in solitudine Monachos sub certa regulari norma in Abbatis præfectura congregauit; indè, & Valentianus, deuastato iam à sæua Longobardorum rabie Valeriano Monasterio, ad Romanum, in quo S. Gregorius Magnus regulari disciplina instruebatur, translatus Præsul extitit, vt ipse in Dialogis testatur. Vndè tot Viri sanctitate insignes, multis in Prouincia patratis miraculis cælestium præceptorum Satores, cum Monasticis institutis Christianam Religionem propagarunt; & Sanctarum virtutum splendore sic illuxerunt, vt certatim vndique Monasteria construerentur, quibus XXVII. circà lacum Fucinum solùm, Præpositus D. Mariæ de Luco ex Benedictinis Alumnis præfuisse, in Cassinensibus Chronicis narratur; vltrà alia eiusdem familiæ in eadem regione posita à nobis suis locis relata; in quorum locum, fatiscentibus illis, mendicantium ordines successerunt. Quæ à S. Equitio, vel ab illius Congregationis Viris erecta fuerunt, sic exciderunt, vt prætèr illud S. Laurentij in Pago, quod modò Pizzulum vocant, quæ Parochialis Ecclesia est, in quo crypta illius sepulchri veneratur, de nullo alio memoria extat; & quæ meritis Sanctorum Monachorum Deus Omnipotens in prouincia operatus est, in Chronicis Cassinensibus, & Sancti Gregorij dialogis recitantur.

Aul. Gell. lib. 17. ca. 16. & lb. 18. cap. 3.

Dictator verò noster, vt Vrbem, quam stabilierat muneribus, & prærogatiuis augeret, iura municipij indulsit, vniuersum illius statum ex omnibus propè rebus publicis sic temperauit, vt penè Romæ similis videretur; Publicis rebus Decurionum Collegium (qui Senatus loco erat) præfecit, & magistratum duorum Virorum, qui iurgia, & lites sedarent statuit; ex quibus municipia mores capiebant; vtrorum memoriam lapides in Ecclesia S. Benedicti ad nos transmiserunt.

Sigonius de antiq. iure Italiæ lib. 3. cap. 8.

D M S.
L. MINDIO
PRIMITIVO
DECVR MAR
QVI. VIXIT
ANNIS. XXII.
M. V. DIES. II.
TITIDIA
FAVENTINA
MATER
B. M. P.

D. M.
Q. GAVEDIO
VERO. PATR
II. VIR. I. D.
Q. PETEDIVS
DRAGOANCO
B. M. P.

Non

Non est quid faciat, quòd Decurio Marsorum, & non Valeriæ scribitur; cùm Ciuitas ipsa vtroque nomine, & Valeria, & Ciuitas Marsorum diuerso tempore sit dicta; sic Leo in Chronicis, cùm Ecclesias Cassinensium recenset; S. Paulus in Ciuitate Marsorum, & S. Ciprianus in gyro eiusdem Ciuitatis, dicit; & Ioanna II. huius Regni Serenissima Regina, dùm pro collatis in illam, Regnumque beneficijs Præclarissimo Principi Odoardo Columnæ Ducatus titulo nobilitatam in feudum assignauit, anno M. CCCC. XXXII. non alio nomine, quàm Marsia Ciuitas, in diplomate vtitur; in cuius præclarissimæ familiæ Proceribus, & si Ciuitatis dominium non conseruetur; ex ipso primo Duce titulus cum ditione perpetuatur; est enim ditio, hæc nostra nobilis patria, Lucus, Transaquæ, & Paternum, & ab ipso Odoardo ad Excellentissimum Dominum Marcum Antonium Aurei uelleris Militem, & Magnum Comestabilem, qui felicitèr Auorum suorum Principatum hæreditauit, duodecim numerantur, vt in stemmate.

Leo lib. 1. cap. 36.

Odoardus I.	Marcus Antonius V.	Carolus IX.
Iordanus II.	M. Antonius VI.	Federicus X.
Prosper III.	M. Antonius VII.	M. Antonius XI.
Ascanius IV.	Philippus VIII.	Laur. Onuphrius XII.

Gaudebat Ciuitas orientali aura lacus ad litora posita in ampla planitie, cuius mania Inuectus, seù Iuuenculus amnis abradebat; ambitus plusquàm sexies mille lares capiebat, ædificijs magnificentissimis ornata, vt rudeta demõstrant; inter quæ magni amphitheatri inconcussa, adhùc fundamenta, cum primis arcubus circa aream nondùm rempori cesserunt; area ipsa satis lata, ad quæcumque spectacula recipienda affabrè facta, à quo non longè maiorum sepulchrorum lapidei tumuli, ad instar pyramidum, extolluntur, lapidum incrustatura, & ornatu abiecti: quos modo *Li Murroni* appellant, quorum aliqui, etiam per tractum viæ Valeriæ iacent. Cætera autem monumenta vetustas absumpsit, præter memoriam aliquorum, quæ in incisis lapidibus ad nostra sunt tempora translata. Horum erat Septimio Seuero sacratum opus, vt in mutilata inscriptione in marmorea basi, quæ in gradibus aræ maioris Ecclesiæ S. Benedicti in hæc verba legitur.

IMP. CÆS. L. SEPTIMIO. SEVERO
AVG. ARABICO. ADIABENICO
OPTIMO. FORTISSIMO.

Et cum dedicatio abscissa sit, siuè ob illustratam nouis legionibus militiam, & Italicam nouam legionem addictam, siuè ob ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Sex. Aur. Vict.

quod beneficium ipsi municipio collatum ante Parthicum bellum, in gratiam Principis statuam ibidem erectam fuisse; Nam victis primò Arabicis, & Adiabenicis, & Parthis in deditionem acceptis à Parthico cognomine, à Senatu delato, abstinuit; nè gens, non dùm armis victa irritaretur; meritoque restauratoris Pantheonis ibidem memoria erecta, in quo qui illud à superstitione purgatum, veri Dei cultui restitueret oriturus erat.

Ante eiusdem Templi fores muliebre Colossum sua basi his literis notata, subsistentabatur.

ALFIDIA.MATER.AVGVSTI

Quænam fuerit, cuiusque Augusti Mater nullo studio (licèt eruditissimos in Vrbe antiquarios consuluerimus) inuenire hactenùs potuimus; est, & alteri mulieris illi nomine affini, operis dedicatio in S. Sabinæ templo in alio inscripto lapide, sic.

ALFIA.P.F.MARTA.....
MVLIEBRE.A.SOLO.....
EADEM.LAPIDE.VA.....
ORNAVIT.ABRVMAE.M.
FOCVLO.SEDES.POSVIT.

Reliqua profana ædificia solum occupat, in quo fundamenta, & rudeta, quæ sæpè aratro aperiuntur, passim iacent.

Quæ fors autem eam tulerit, an Longobardorũ furore, an Fucini violentia corruerit, nescitur; quique fuerit barbarus vastator, ea pietate in sacris ædibus vsus fuit, vt solùm illius rabies deplantationi omnium ædificiorum intenta, illis sic pepercerit, vt non læserit. Extat modò à SS. Bonifacio IV. indè ex Ioanne Medico Patre Oriundo, ante annos M.LII. templum Patriarchæ Benedicto sacratum, paterna olim ipsius Sanctissimi Pontificis domus, Cœnobiumque iuxta, ad Cistercienſium familię, cuius alumnus fuerat, receptaculum, proprio ære, & Auorum facultatibus ditatum, erexit, & deficientibus Monachis pariter defecit, templo superstite structura ex polito lapide non vulgari, cuius nomine paruus pagus, & vile piscatorum tugurium, vix decem familias continens appellatur.

Centum ferè passibus ab isto, honorificum, latumque aliud Sanctæ Sabinæ (non tàm generis nobilitate, quàm martyrio claræ) sacratũ extollitur, tribus aulis distinctum, quarũ maxima columnis ex quadrato lapide, super quibus hinc indè arcus curuantur, suffulcitur apsides, totaq ue ipsa polito vertitur saxo, ex quo facici structura pa-

paritèr componitur; Ostium ex vario pario, crebris animalium figuris interiectis adumbratum, in formam Iconis tribus ex vtrolibet latere columnis rotundis erectis, quarum excauata episstylia diuersarum specierum formas repræsentant, ouatumque substentatur supercilium, albo, mixtoque nigri coloris marmore; olim tamen Marsorum Episcoporum ad Gregorij XIII. vsque tempora cathedralis Sedes, & residentia, multò ante hæc derelicta, ruente Episcopali palatio; parùmque cum deceret Episcopos morari in agro, ex illius indulto, ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum translata, non despecta priori, quæ, & deuoto cultu veneratur, & pijs impensis substentatur. Ecclesia ipsa, & Piscatorum cansunculæ tantæ Ciuitatis, quæ amplæ Prouinciæ Metropolicam dignitatem, & supremi magistratus honorem sustinuit, pauperes reliquiæ sunt.

Duo autem hinc 2. M. P. ad ortum æstiuum antiqua loca in tabula itineraria designantur, Cerfinia, seù Cerfenia, & Mons Imeus, in Valeriæ viæ tractu: licèt neutrorum situm Cluuerius consequutus fuisse videatur, & in ambo aberrauit, sicut in Marrubio, quod vt Morreum assereret, tractum viæ Valeriæ disperdidit, per quê recta linea transierat, siquidem Montem *Imeum*, non ad lacus litora, sed infra Appennini radices *Incolæ* docent, & vulgari nomine *Monte Meo* appellant; & quod vltrà *Iuuenculi* ripam *III.* M. ab hinc P. Veneris Oppidum alia origine trahitur, & Cerfinia non in loco, quo Collis Armelus est, quod *Collemeum* Lucius Camarra appellat; sed parùm longè in tractu ipso viæ aliqua vestigia signantur, & vetus S. Felicitatis templum in fundamentis signatur, de quo in Bulla Paschalis *II.* ambo in tractu viæ ab Antonino, & tabula ipsa itineraria posita, non amplitudine, aut alia singularitate, sed transitu viæ nota, ex quorum ruinis Collis Armeli Oppidi principia aucta recensentur, nõ eo ipso, sed successutẽporis; siquidẽ dissipati, illa fatiscente, Ciues in septem pagos coiuerũt, ex quibus Cansanũ, Miglianum, Leo, & Imeum, quorum adhùc Ecclesiæ in locis ipsis signantur, & in præcitata Paschalis II. bulla S. Anatolia in Leone asseritur, cuius Pagi cæmenta noui ædificij, domus scilicet recreationis Piccolomineorum Ducum, in loco, qui hodiè Luna dicitur, materia fuerunt. Agerque in latifundium, & Viridarium cessit, pratis populorum virentium multiplicitate, & varij generis pomorum delactabile; & de Loreto in Chronicis Cassinensibus paritèr, quæ de Oretino lib. primo cap. XXXVI. & de Miliano dicemus infrà, ex quorum omnium casu Armele, in Oppidum Colle armele creuit, succesitque Cerfinia, parùm ab illa longè in Præbenda Parochiali translata, ibidem Ecclesia S. Felicitatis cum Collegio quatuor Canonicorum, cui Præpositus præest, & Sacramenta paucis laribus, qui illud complent, præbet; nihil in illo insi-

Cerfenia.

Mons Imeus.

Veneri

Collis Armeli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

gnæ, vel antiquum, præter sequentem inscriptionem.

D. M.
T.TIDIO.....
MO.QVI.VIX.A....
LXXII.MEN.III.
FIDIVS.FAVS.
NEPOTI.PIISS.
O.BENEMER.
P.

A Cerfinia ad Aternum, viam à Claudio directam lapis supra relatus testatur.

Et ad ripam Iuuenculi 2.M.P.à Valeria, Oppidulum ad radices Apennini in eleuato collis dorso ad prospectam Lacus Oppidolum Veneri anteà positum, à Venere Myrtea, vt ex Plinio iàm diximus nuncupatum, cui S.Syluestri Ecclesia successit, & cum Incolis montana displicere cæperint, antiquam sedem relinquentes, ad ripam amnis nouum excitarunt, & in aperto pago, qui non plures, quam viginti lares continet.

Plin. lib. 16.c.29.

Eodem itinere ad easdem radices, in eleuato colle ad prospectum paritèr lacus 3.M. P. à Venere ex duobus antiquis Vicis Sparnasij, & Collis Asinij vnum Oppidolum conflatum, & nominatum confusione, Speron d'Asino, dicitur, & Parochialium Ecclesiarum vnio insequuta paritèr fuit; vndè Ecclesia S.Mariæ, quæ alterius eorum erat S. Nicolai, in qua cura exercetur perpetuò incorporata,

Sparnasiũ Collis Asinij.

Speron d' Asino.

Eodem calculo milliarium procedendo per iuga Apennini Aschium paruum etiam; haùd multum, rigida Cæli inclementia, iucundum Oppidum iacet, nèc lætus ager, qui præter frumentum nihil aliud gignit, & in Ecclesia Sancti Syluestri, quæ ab Archipresbytero cum duobus Cappellanis regitur, vix centum lares congregat.

Aschium.

Ad Valeriam autem, vt cætera compleantur, redeamus oportet, quæ hostili, siuè igne absumpta, siuè alio rerum infortunio in caligine temporis inuoluto, ruit; Ciuesque sparsim per agros se recipientes, Vicos aliquos inhabitare cæperunt, qui sua fata sentientes, vix nomina ad nos transmiserunt. Horum vnus notior alio, Apinianicum, in quo Ecclesia S.Mariæ, quæ ruinam minatur, cum rimam ex parte fecerit; vetus tamen Monialium S. Claræ Monasterium ex Sixti IV. indulto intrà mænia in Ecclesia S. Institutricis translatum. M.P. à Piscina nunc ad olerum cultum recintum murorum seruit, quondàm de iuribus Monasterij S.Vincentij ad Vulturnum; illiusque

Apiniani cum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

que Abbas Ioannes, Marsicanis quibusdam bona occupantibus, quæstionem mouit, & à Petro Ticinensi Episcopo, Ottonis II. Archicancellarij, in præsentia Odorisij, & Raynaldi Marsorum Comitum, sententiam reportauit anno DCCCCLXXXI. quam ex Chronicis illius Monasterij transcriptam, Vghellius in serie Episcoporum reponit.

Alter Apamea dictus, eodem itinere à Piscina, ex Paulo Marso in Fastorum recensione, & parùm infrà Atranum, & Bozzanum alter erat, Milianum, seù Maglianum, & S. Antij, omniumque cum Piscina consortium vnicam efficiebat Vniuersitatem, vt in instrumento exemptionis à muneribus publicis Ioanni de Maso, & Petrucciæ eius coniugi; iam ab anno MCCCIII. concessç, plenè constat, cuius transumptum, ne crescat volumen, relinquimus. *Apamea Atranu Bozzanũ, Milianũ*

Piscina autem, quæ Villa in vita S. Berardi enunciatur, horum caput, reliquorum concursu in oppidum creuit, latis siquidem auspicijs, vt Episcoporum sedes, & Valeriæ in agri possessione, & Cathedræ locum occuparet; II. M. P. ab illa dissita in radicibus Apennini ad fauces collium, inter quos Iuuenculus amnis perfluit; Primorum Ciuium lares murorum recintu vallabantur; Arce in suprema parte ad tutelam, quæ iam penè tota corruit muniti; nouum tamen incrementum nobilioribus ædificijs, situs commoditate, & viarum magnificentia egregium, sed in aperto sinu, adhuc murorum custodia caret. *Piscina.*

Nomen Incolæ, vt vetustatis splendore Patriam exornent, ea ambitione, qua omnes feruntur, ad fabulosas Pauli Marsi eorum Ciuis narnias recurrentes, principia referunt; & ad instar aliorum à Marsia lydo ex Asia aduentante inditum, & à Pisino in Galatia Asiæ (quæ pòst Paphlagonia regio dicta est), Emporium victori relictum, in nouo suæ Prouinciæ dominio nomine, & re reparatum, seù à Pissinante Deorum Matre, cuius templum Conditor in memoriam eius, quod in Asia reliquerat, ibidem erexit; & cum Dea ipsa Angidistes etiam vocaretur; vnde Angitiæ Deæ in Marsis qui, & lucum illi sacrarunt Religio, quæ Romam vsque peruenit; siquidèm dùm Pœni Italiam vastabat, quam Annibal multis victorijs insolens premebat; tale ex oraculo responsum, Romanos à Cælestibus auxilia flagitantes reportasse, Liuius refert. Quicumque hostis Alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italia, vincique posse, si Mater Idea Pessinante Romam aduecta esset; quamobrem illius simulacrum à Rege postulantes, à Pisino Emporio inana superstitione in Vrbem translatum Ab vtroque igitur nouo Oppido denominationem Marsyam dedisse argumentantur; est tamen illi noh à Pissinante, aut à Pisino; sed ab aquarum stagnis Piscinæ, & Viuaria dictis, sic in antiquis Thermis, quò currebant in

vnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

vnum aquæ, & in magno Hierosolymitano templo, ex victimarum ablutione discurrentes in vnum, Probatica Piscina; Euangelica attestatione pronunciatur. Siquidem Valerienses (vt & ipsi Piscinates modò) ex Iuuenculo ad procliuiorem agri sinum aquas adunant, vt altilium aquatilium hyeme venationi incumbant; parùmque effossa humo stagna conficiunt, vt escis circà appositis, anates, aliasque aues alliciant, quas iacto rete non paruo numero capiunt. Vndè diruta Valeria, circà illa stagna aggregatum Oppidum nomen ante illi loco inditum retinuit; & ex inueterata nomenclatura Piscina dictum, cui propè cum Matthæus Collis Episcopus directa iam domo, iuncta S. Sabinæ templo, vt per incertos lares diù vagantium Episcoporum commoditati prospiceret, & in deserto agro, infelicis etiam lacus aura, parùm læto veterem instaurare minimè expedire, atque etiam in solitudine morari Episcopos non decere, nec plebi proficuum iudicaret; ex Pontificio indulto in serie Episcoporum relato, cum translatione Cathedræ Ciuitatis honorem, donec, Valeria resurgat, illi contulit; nouum à fundamentis Deiparæ Immaculatæ, ex niue dictæ, ex parua primùm Icone, haud vulgare templum ædificauit, porticum ante fores, faciemque ex polito lapide confecit, tribus in aulis distinctum; verùm solas laterales opere arcuato compleuit; mediam ipsam, vt laqueario superindueretur, successoribus adscripsit. Vndè Illustrissimus Dom. Ascanius de Gasperis modernus Episcopus, nobilis Verulanus, cui ad Episcopale munus, sic virtutes omnes assistunt, vt nihil sit, quod illi ad pastorale officium desiderari possit; Opus agressus ex inciso ligno nobili artificio, sic super induit, vt nec marmori cedat; organum ad modulationem, pastorale argenteum, & suppellectilia sacra addidit.

Et, vt ad Matthæum Collem redeamus, is propè Templum pro Episcoporum residentia ex primo lapide non amplũ sanè, sed aulis, & Officinis cõcinnè paratum Palatium extulit, & altiora parabat, ni conspiratione inimicorum, crimina falsò obiecta in Vrbe purgare coactus, Ecclesiam; & cum ipsa vitam desijsset. Vigilantissimus Pastor, cui Marsi quidquid boni habent, acceptum referre debent.

In nouo templo, veteres insident ad diuina decem Canonici; vna tantùm Archidiaconatus dignitas, eaque in Ecclesia perantiqua, Præfecturæ Præpositi insignita honore, vt in vita S. Berardi, quæ in Archidiaconatum transijt, ex cuius in Ecclesia numero Berardus anno MCCCLXX cathedram ipsam Episcopalem ascendit.

Eidem quoque Chori præsidatus in prima Diœcesana Synodo à Ioanne Baptista Milanesio celebrata, tribuitur; nec actibus capitularibus tamèn inseritur; nec voce fruitur, & nomine tantùm præest.

In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Inter moderna ædificia Minorum Conuentualium, incultum, sanè, nec ædificijs, nec prouentibus diues Cœnobium iacet; tempore Sancti Institutoris erectum, & in conformitate regulæ locus Marsicanus nuncupatur, ditius illi Oratorium S. Antonij de Padua in Ecclesia positum, cuius redditus in pauperum vsum à Sodalitij Confratribus(quorum est præfectura)erogantur; à quo non longè Anachoretarũ Magistro Ecclesiuncula surgit, Populi deuotione venerabilis, & iuxtà illam Clericorum Seminarium ab eodem Matthæo Colle simplicibus beneficiis dotatum, & erectum, sed ijs Aulicorum auiditate subtractis, pium Institutoris præpositum, adhùc sine mercede fraudatur, plorantque Clerici educationem,& ad Ecclesiastica munia profectum.

Inter septa murorum Monialium S. Claræ rudi ædificio, sed regulari obseruantia expolitum Monasterium extat; illius moniales Ioannis Pauli Cacciæ prædefuncti Episcopi ad normam regulæ, ad vitam communem(cum anteà priuato sumptu viuerent) redactæ, vt in rigore seraphicæ regulæ sororum in sancto proposito emolumenta crescerent.

In earum Ecclesia S. Maximi sub sæua Diocletiani persecutione martyrio coronati brachium veneratur, illiusque annua solemnitas III. Kal. Nouembris recolitur; passique in Apamea, vt in Sacro Romano Martyrologio asseritur, Vico vt diximus, ex quo Piscina creuit: diuersum putamus ab illo, quem Græci in Menologio XVIII Kal. Octobris ponunt,& ex eo loco Martyrij Eminentissimus Baronius in annotationibus(ad quem nostræ Apameæ notitia non deuenit)vnum eũ idé ponit, suspicatus non aliam adesse Apameam, quàm illam in Asia à Strabone lib. XII. Ptholom. in tab. IV. & V. Asiæ, & Liu. lib. 35. & 38. positam,& cum locum martyrij,& diem teneamus non hæsitandum; & si sororores deperdita acta deplorent quæ si extarent veritas eluceseeret.

Marsorum pietas, diruta Valeria,& deserta S. Sabinæ, Cthedrali Ecclesia S. Berardi eorum Episcopi, eius sacra ossa ne diù neglecta manerent, & venerabili fraudarentur obsequio, intra Piscinæ ambitum in sacrũ illi templũ transtulerunt, anno scilicet 1580. vt crebra deuotio venerationis homagium perfoluere posset, cuius natalitius dies III. Nouembris solemni celebritate veneratur; Inter sacra ædificia projectorum domus à S. Nicolai Monasterio in furca ferrati, translata, annectimus, sub præfectura vnius ex Presbyteris Congregationis S. Spiritus in Saxia de Vrbe, cruce signati; qui cum Abbatiali honore infantium educationem suscepit: præter hæc nil laude dignum; nec Ciuitatis ornatum, sed Oppidi formam retinet; licèt præclaris in omni scientiarum genere viris resplendeat; ex quibus ad apicem Episcopatus Iacobus ex Puccia familia ascendere meruit. Gau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Gaudet iucundo lacus prospectu, & ad æstiuum ortum colles adiacentes fecundis vitibus vestiuntur; vndè grata admodùm vina promunt; reliquus ager in planitiem ad aquas tendens, in latifundijs diuisus Cererę quamplurima, leguminum, & frugum copia lætatur, irrigatione Iuuenculi fæcundatus. Poma ex omni genere maturat, grataque vicinis commodat, ex quo nulla paupertate premitur. Incolæ sine fastu, sed comitali vrbanitate, in hospites benefici; vndè in opere, plusquàm verborum apparatu, adest illis Ciuilis politia.

Carritum.

In transcursu Iuuenculi M.P.à Ripa ad sinistram, & II. M. P. à Piscina, Carritum incultum, asperumque Oppidum in minùs culturæ apto colle insidet, Diœcesis terminus à Paschali II. adscriptus; nulla alia mentione dignum, quàm Anicij de Carrito fortis militis, ni perduellionis crimine dānaretur, qui partes Ludouici II. Andegauēsis sectatus, à Ioanna II. Ladislai sorore, anno M. CCCC. XIIX. bonorū, & vitæ proscriptionē passus, vnà cum Hērico de Henricis, & filijs, Antonio Colella, Antonio de Raymundo, & Raynaldo Pauluccio, dicto *lancia longa*, eorum pariter memoria damnata, suam gloriam fædo rebellionis crimine aduſſit, miserèque exul cum propria substantia patrium solum amisit; in hoc vno laudandus quod Patriæ, nulla alia re insignitæ, proprio facinore nomen dilatauit.

Cyrillus in Ann. Aquilæ lib. v.

Pandulphus Colēnuccius in comp. lib. v.

Ex aduersa fluminis ripa deprimuntur iuga montium in planam vallem IV. M.P. longitudine protensam: & D. Latitudine, per quam placidus serpit, verticibus supereminētiū Mōtiū vallatā, vberi gleba fæcundam, vndè oppidum ex latere surgens in parum eleuato terræ cumulo II. M.P. à Carrito, & III. M. P. à Piscina dissitum, nomen Hortona recepit; vetustis enim temporibus, *Villa magna* ex antiquato more loquendi. Hortum dictu m, cum qui arma capere possent, ibi orirentur, ex Festi testimonio; quod si etymon spectetur sine aspiratione pronunciandum; licèt receptus à doctioribus vsus fecerit, vt aspiretur ad differentiam fortassis participij Ortus, vel nominis quartæ inflexionis. Magnæ autem ex Magnatum, Principumque electione, qui rurales domos ad animorum recreationem, & molestas Ciuium curas sedandas extructas Villę dici consueuerunt; cuius in prœeminenti cacumine parùm ab Oppido longè in formam arcis vestigia lustrantur, cuiusnam Principis fuerit, incompertum, non solùm habemus, sed nec vlla priscorum ædificiorum memoria monemur. A nobilibus Valerienſibus, qui ad delicias destinauerunt agrum ad instàr Principum denominari fertur; signaturque modò via, quæ *delle Carrette* dicitur, quà ad Ciuitatem frugibus, pomisque onusti currus ducebantur; signata adhuc illorum vestigijs rotarum. Moderno autem tempore, ex ruinis Casoli, Co-

Hortuna.

dar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

dardi, Fonticulæ, Fundi magni, Pagorum excitatum, nulla Geographorum cura notatum; cuius Ecclesia denominationem priscam ad hæc tempora transmittit; siquidèm in libro visitationis Matthæi collis MDCVI. S. Agnes in Villa magna notatur; & in Bulla Paschalis II. S. Feliciani Ecclesia paritèr in Villa magna scribitur; illiusque ager pari nominis prærogatiua gaudebat; Fundus magnus dictus, de quo Leo in Chron. lib. 1. cap. xxxvi. ex Ludouici Pij Imperatoris largitate Monasterio S. Angeli in Barregio S. Mariæ in fundo magno Ecclesia peruenit, & in eodem libro visitationis S. Ioannis Parochialis Ecclesia in fundo magno dicitur.

Non incultum, nèc sanè rude, & si Incolæ pecoribus, & agriculturæ curam plurimam præstent; cùm montana grata Ouibus pascua, & vallis amænitas rei frumentariæ industriosam operam nauandi ocium parent; cuius Ecclesiæ S. Ioanni dicatæ, Præpositiq; titulo ornatæ, quinque Canonici Collegium implent.

Relicta fluminis ripa in tractu viæ, quæ Sulmonem ducit V. M. P. à Piscina inter iuga Apennini ad Aternum vergens Cucullum Oppidum insidet, quod ex nominis affinitate ad Cuculum, quod Strabo via Valeria reponit, accommodari posset; si verba ipsius arriderent; nam, & post Ciuitates dicit, cum elongetur ab Alba vltimo loco posita per X. & amplius M. P. *Cucullum*

Alia igitur ratione nomen illi inditum diximus, nec latum Oppidum, nec læta aura fruitur in montuosa, & aspera regione, cui Aquilo plurimùm obest, prohibetque vitium propagationem, & arua vltrà Cererem, vix aliquid producunt. Est tamen S. Dominici Ordinis Cistercienfis Abbatis, singulari prærogatiua munitũ, quod intrà illius limites serpẽs, aut alterius generis venenata animalia, nec sistunt, nec viuunt. Fertur enim, quod cum eum Christiani nominis hostes persequerentur, qui à Monasterio in prato cardoso ad Villam de lacu expulerant. Sanctus Vir fugiens in bubulcum, qui fabas eo tempore in agro Oppidi serebat, incidit; illumque admonuit, vt quibus, non longè homines armati progressuri essent, si de transitu eius ab illis percontari contingeret, dum fabas terræ dabat pertransisse responderet; ità planè non longè accidit, vt bubulcus armatis illis, vt præceptum erat, responderit; at illi retroaspicientes in iugeribus ab illo satis, adultas fabas, flore parturiẽtes insurgere extemplò viderunt; sic Deus illorum peruersas mentes insolito miraculo admonuit, vt à persecutione desisterent. Interim Venerabilis Vir dùm Oppidum intrat, frequens ei turba, plorans obuiàm fit, rabidum lupum insequens, qui infantulum raptum portans, vicinam Syluam petebat; quamobrem miseratus parentum lacrymas, rabidam feram acciuit, illique per Deum præcepit, vt prædam dimitteret; statimque lupus, feritatis oblitus, sine lasione ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

aliqua, puerulum parentibus reddidit; ex quorum ostentatione signorum, quali vitæ meritò esset, illi Incolę argumenta sumentes, illum Oppidum ingredientem enixè rogare cæperunt, vt aliquid de suo discedens relinqueret, quo præsidio ab infectorum animalium molestijs, quorum frequentibus incursibus offensiones, damnaq; crebra incurrerant, tuti essent; at ille manu ad os allata molarẽ dentem extrahens, deindè ferrum mulæ, vtraque illis benignè donauit; qui dens in Icone illi dicata in Ecclesia S. Egidij Abbatis, loco Parochiali, in deaurato ligneo tabernaculo, digna veneratione asseruantur; ad quem vndique rabidi canis morsu, aliorumque venenatorum dente offensi deuotè recurrunt, & tanti Viri meritis sospitatem accipiunt; & bruta ignito illo ferro impressa furorem non timent, & si qui illis est abscedit; & crebra miraculorum coruscatione, populorum concursu, vndique deuotione frequentatur; cuius vitam à Cardinali Alberico conscriptam, nuperrimè Ludouicus Iacobellus erudito calamo, nostroque idiomate promulgauit, de quo Leo in chronic. & Eminentissimus Baronius. Accessit ad huius Oppidi decorem Religiosissimus Vir D. Ioannes à Cuculo ex Cælestinorum primoribus, iterùm ad totius Ordinis Generalem præfecturam anno MCCXCIX. ob regularis disciplinæ frequens studium prouectus, & ob egregias animi dotes Thomæ de Ocra S. R. E. Eminentissimo Cardinali apprimè carus, dignus, cui supremæ suæ voluntatis executionem confideret.

Leo in Chron. li. 3. cap. 60.

Huius ager, fines nostros præcludens, vlteriorem vagationem prohibet; ad Cerfiniam igitur, & viam à Valerio, & Claudio signatam reuertimur, & à Colle armeli Oppido per suauem Apennini dorsi ascensum III. transactis P. in rimosum, amplumque olim Cælestinorum Patrum Monasterium, iàm diù derelictum, & expositorum infantium, vt diximus congregationi addictum inciditur in Ecclesiam S. Episcopo Nicolao sacratam, tenaci cæmento, & polito lapide confectam: asperam nimis cæli temperiem in causam derelictionis adducimus, cum iuga supereminentium montium humilientur tantispèr in vallem, valido Aquilonis flatui, & continuæ tempestati subiectam, hyeme præcipuè, cùm niues ex amplo iugo conglomerantur in vnum, ea congerie, vt summitatem montis penè adæquent, Ecclesiamque aliquandò superinduant, homines, & iumenta ad vnum aduoluẽtes, & cessante hyeme ventorum turbo aliquandò timetur. Non longè in angustiorem aditum, Furca ferrati, *Forca di caruso* dicta, in qua olim arcus Augustæ, de quo in vita S. Ruphini Episcopi in lectionario Pistorienfi lectione 1. & XI.

A Piceni Prouincia Romã veniens cùm per Valeriæ regionis viã transitum faceret. Hic itaque cum in Marsorum fines venisset, ad arcum Augustę, qui locus à Romana Vrbe P. M. LXXV. distare dicitur.

Nec

Nec immutatum nomen æstimij libri Oppidi Galliani, & Castri veteris, quorum est territorium exhibent; cum qui circa fundi sunt, ad Arcum scribantur, numerus milliarium respondet, licèt in tabula itineraria assignatus longiora signet, cùm à Romana Cerfiniæ LXXVIII. notentur, à quo si III. addantur LXXXI. conficiet, & facilis in tabula error; cui autem Augustæ sacratus, incompertum habemus, cum sic ruerit, vt nulla appareant vestigia: attamen lapis in oppido Castriueteris in domo familiæ de Macrinis appositus Liuiæ Augustæ fuisse dicatum, in non dubiâ suspicionem nos adducit, qui sub marmoreum fœminæ caput, talem notat inscriptionem.

LIVIÆ. DRVSI. F
AVGVSTI
MATRI. CÆSARIS. ET
DRVSI. GERMANICI
SVPERÆQVANI. PVBLICI

Est enim, vt olim locus, agri Marsorum terminus, ex quo sinistrorsùm à Valeria Via ad Vallem, quæ (corrupto vocabulo) subreco dicitur aditus patet. Vndè superæquani de Liuia benemeriti in aperto, & frequentato loco, intrà tamen eorum fines Arcum illi sacrarunt, quo deleto, & rudetis in proximũ Oppidũ asportatis, nomen fundi ascriptum remansit; ex quo errore Flauius Blondus, apertis tabulis patet, Superęquanos vltrà Sulmonem in plano quinque millium super altissimos montes ponens.

Fuit ea planities aliquot habitata Vicis, quod extantes ruinæ ostendunt, & Plin. eos populos superæquanos Pelignos appellat.

Etsi Plinij verba, quibus innititur, contrarium probent, licèt populos enumeret, non loca demonstret; & in ordine numerationis superæquanos Corfinienfibus, & Sulmonensibus confines ponit, & cùm Corfinienses infra Sulmonem sint positi; si affines non vltrà superæquani, prout reuera sunt, hæc ille:

Pelignorum Corfinienses, superæquani Sulmonenses.

Cui, & ratio contradicit: superęquani n. dici non possent, si locũ ab eo signatum incoluissent; sed super-Peligni, aut super-Sulmonenses; etenim respectu Romę, ex qua Orbem ex Augusti diuisione Plinius inscribere cæpit; illi erant superæquani dicendi, qui Æquis contermini vltrà eos incolunt; patet quidem Æquorũ fines altissimos montes à Valle ista dirimere, eiusque rei certior testis, lapis in Ecclesia S. Mariæ Consolationis in Oppido Secenarij in istamet Valle, qui sic se habet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

L.VIBIVS.SEVERVS.ÆDILIS.IIII.VIR.QQ.
SPLENDIDVS.EQ.ROMANVS.CIVITATIS.SVPER
EQVANORVM.ITEM.PATRONVS.CIVITATIS
ANXATIVM.FRENTANORVM.ET.PELTVINA
TIVM.VESTIN.HIC.OB HONOREM.ÆDILITATIS
L.VIBII.FILII.SVI.EQ.R.AG.DEAM PELINAM
PRIMVS.HVIC.LOCO.VENATIONE.EDIDIT
DEINCEPS.LVDOS.SOLEMNES.L.VIBIVS.NE-
POS.FILIVS.MED.IIII.VIR.ID.EQ.R.PATRO-
NVS.CIVITATIS.OB. . . . . .
NOMEN.FRATRIS.SVI.TITVLVM.PVBLICE
DICAVIT.AVRELIANO.AVG.ET.BASSO.II.
COS.XVI.KAL.IVN.

Cuius superæquanorum Ciuitatis longa murorum serie apud Castrum vetus memoria exiſtit; nomenque illi communi Incolarum metrana adscriptum; quæ vt Romanorum Colonia in libro Balbi de Agrimensoribus fuisse dicitur.

Prouincia Valeriæ Coloniæ superæquanæ, ager eius veteranis est assignatus; sed posteà Seuerus, & Antoninus, & Commodus aliqua priuatis concesserunt.

Expugnata à Papirio & à Coruilio Coss. A.V.C.CDLIX. post Amiterni direptionem fertur, licet nomen non consentiat, cùm à Liuio Duroniam expugnasse Papirius dicatur; minùsque quam collega hominum prædam, sed plures occidisse commemoret; potiùs tamen illam cum Massonio suspicamur, quam Ioannes Villanus tempore Caroli Magni inter Sulmonẽ, & Aquilã, Lacemoniam dictã dirutam affirmat; & si minùs nomen adaptetur; illa tamèn, aut alia recentiori bellorum quassatione solo æquata, cum quæ extant murorum vestigia non vetustiori tempore ruinam passam indicant, inconcussa enim multa ædificia permanent, quæ perijssent, si longo ævo assignentur; Pro certo est, ex Balbi assertione post Papirij vastationem vixisse, cum illam ad Commodi tempora conducat, vndè vt incertus apud auctores locus, sic casus describitur. Vallis ipsa, quæ ex montium inflexu post arcum Augustæ principium sumit III.M.P. in longitudinem se extendit, ad planum Macrani, in quo Ciuitatem ipsam positam rudera monstrant, vsque ad Oppidum, Castrum vetus, per cuius agrum Aternum trascurrens in flexo cursu per aliam Vallem Populi oppido prætendit, cuius aquarum vbertate, vt solum fæcundaretur, & Ciuitas affluentia lætaretur, Corfinienses effosso monte M. P. spatio canalem absoluerunt indito titulo, qui in Ecclesia S. Ioannis ad domum Baronis de Petro Paulis legitur.

RES-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

RESPVBLICA. POPVLVSQ.
CORFINIENSIENSIS. FORMAM
AQVÆDVCTVS. VETVSTATE
CORRVPTAM. D.D. REFECIT

Qui affluens modò, non longè ab Eremo S. Nicolai, Rodianorum campos irrigans, glebas aliàs ariditate infœcundas ditat, & vulgaritèr *la forma di Raiano* dicitur; & antiquato iam censu Rodianenſes à Caſtroueterenſibus recognoſcebant, annuo fructuum penſo XXVIII. Auguſti ſoluto.

Diuerſus aquæductus iſte ab alio, quem retulimus, ille ex Sinizzi laculo, non longè hodie à S. Demetrij Vniuerſitate, ad eiuſdem Ciuitatis delicias deductus, ætate lapſus, aquas iam ſuo alueo in Æternum influit.

Caſtrum vetus moderno tempore oppidum excitatum, paruum, ſed ſplendore Incolarum dignum, cui non minimum decorem Fuluius de Petropaulis Iuriſconſultus ſuo æuo celeberrimus attulit; & ſi quæ in legũ enodandis difficultatibus & in vſibus feudorũ commentaria edidit in lucẽ prodijſſent, multò maiorẽ; Vetuſtum in illo Minorum Conuentualium Cœnobium Seraphici Inſtitutoris tempore fundatum, in quo Rogerij Celani Comitis in vna Cappella corpus reconditum, veneratur in comitiali morbo affectos, miraculorum gratia elucens, cuius dies obitus in peruetuſto Conuentus codice; in hæc verba notatur. *Caſtrum vetus.*

Tertio Kal. Martij, anno ſecundo MCCCLXXXVII. obijt Magnificus Vir Rogerius Celani Comes, indelendæ memoriæ, in Caſtro Galiani, decimæ inditionis, luna octaua, ſiſtente in ſigno cancri, pauliſpèr poſt horam nonã in die Mercurij.

Tractus Viæ Valeriæ per arcum ſignatum tranſiens Stabulæ protendebat, quod cum memoria totum perijt; creditur tamèn, eo in loco ſitum fuiſſe, quo nunc Gordianum Siculum eſt, & aliquã etiam vltrà milliarium numerum, antiquitatis veſtigia ſuadent; inſpicitur hodiè in Eccleſia S. Nicolai in platea Oppidi C. Rutilij, loci Patroni, titulus his verbis notatus. *Gordianũ Siculum.*

C. RVTILIO. C. F. PAL. GALLICO. ORDO
AVGVSTAL. PATRONO. OB. MERITA
PATRIS. ET IPSIVS.

Paruum eſt, illudq; in aſpera regione, oppidum infrà iuga montium poſitum; ſed S. Virginis Gemmæ prætioſi corporis repoſitione inſignitum, ignobili natali ortæ, ſed vitæ ſplendore, & miraculorum gloria claræ, quod in Eccleſia S. Ioannis requieſcens, pio cultu à fidelibus veneratur.

Vtrùm

Rodianũ. Vtrùm Siculum dicatur, à primis Regionis habitatoribus, an ab alio, neſcitur; ſic origine antiquum, & arte impolitum, vt rerum geſtarum parùm memoria cognitum; ex quo III. M. P. eſt Rodianum, ex reliquijs Corfinij excitatum in Apennini radicibus, à fluminis corroſione, quod perenni cursu terram abrodit, dictum; quod & ad nos minimè pertinere dignoſcitur. Ex ruinis tamen Macranæ, ſuperæquanorum Ciuitatis in ipſa Valle aliqua Oppidula excitata, quorum primatum, & rerum politia, & inhabitantium copia, & ædificiorum ornatu Gallianum tenet. In quo Comites Celanenſes ad inſtar fortilitij domum extruxerunt, in quo Caſtello, Rogerij *Gallianũ.* Mater, & Leonelli ab Acclozamora vxor ab ingrato filio obſidionem tamdiù ſuſtulit, donec deiectis propugnaculis, in illius, & Piccinini Ducis deditionem venit; Antiquo autem Monialium *Secenara.* S. Claræ Monaſterio nobilitatur. Huic M. P. proximum Secenara aliud Oppidolum, & poſtremum *Caſtel d'Hieri*, ad ripam Aterni poſitum, quo Prouinciæ Marſorum limites, ex Vibij aſſertione, qui Aternum per Marſos diſcurrere dicit, Cluuerius aſſignat; Noſque paritèr huic noſtro labori finem ponimus ad Dei, Immaculatæque Virginis Matris, & SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli gloriam, & honorem.

HISTORIÆ MARSORVM

F I N I S.

MAR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

MARSORVM EPISCOPORVM CATALOGVS.

Dū ſeriem Epiſcoporū contexere in animo fuit, quam licèt nimis obſtruſam indigeſtam, & cōfuſam; inuenerimus, eam tamen, Deo adiuuante, & ordine digeſſimus, & amico noſtro D. Ferdinando Vghellio cōmodauimus, qui Italiæ totius ſacrorum Præſulum, & memoriam, ac egregia facta, iàm aboleta, in antiquum ſplendorem reſtituta perſoluit; & viciſſim eius in Priſcorum monumētis perſcrutandis ſolertia, huic noſtro diſpoſito ſermoni, magna acceſſio facta eſt; eamquè modò locupletatam, nouiſquè acceſſionibus auctam, nè quid Marſi deſiderare poſſent, vt denuò in lucem prodat, conſultiùs iudicauimus.

Quique primus Sacrorum Antiſtes Chriſti fidem, iuraque noſtris dederit, haud facilis inueſtigationis, ob deperdita Eccleſiæ acta, negotium erit; Cùm enim poſt Valeriæ excidium incertam ſedem, & vbi ſibi libuerit, Epiſcopi pedem fixerint, quæ ad hiſtoricam veritatem monumenta prodeſſe poterant, non exiguum detrimentum ſuſtulerunt; vixque hodie, quæ modernis temporibus res reſolutas continent, in Archiuio ipſius reſeruntur. *Romanū Martyrologiū 28. Aprilis.*

Fidem igitur Chriſti, ipſa naſcente Eccleſia, edoctos, tùm Principis Apoſtolorum vigilantia, quæ loca vicina Vrbi non deſeruit, tùm multa alia ſuadent. *Baron. in Annal. to. 1. An. XLVI.*

Siquidèm Princeps ipſe Apoſtolorum, Epiſcopum Æquicolis Chriſti doctrinam diſſeminaturum S. Marcum Galileum deſtinauit, ex Romano Martyrologio die XXVIII. Aprilis, ſub anno Domini XLVI. quibus iàm diù Epiſcopalis ditio, cum noſtratibus communis fuit, ex Paſchalis II. diplomatis atteſtatione: In quo habetur: *Diodor. Sicul. 16. XIV.*

Tuis igitur, frater in Chriſto cariſſime, precibus annuentes, ad perpetuam S. Matris Eccleſiæ pacem, & ſtabilitatem, præſentis decreti ſtabilitate ſancimus, vt vniuerſos Parochiæ fines, ſicut à tuis Anteceſſoribus vſque hodie poſſeſſæ ſunt, ità omninò tàm tibi, quàm ſucceſſoribus in perpetuum conſeruentur, & forſitan etiam laicalis, ſiquidèm Carſeolanos, Diœceſis continet, quos inter æqui- *C. Sigonius lib. 1 cap. 10. Antiq. Ital.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

colas Diodorus numerat, qui cum commixti fuerint inter alios populos, non facilè discernuntur, sic Volater. lib. VI.

Æqui enim qui fuerint populi non facilè distinguuntur, commixti alioquin Latinis, & Volscis.

Et nostratibus etiam, ex Geographorum descriptione, & iuxtà fines à Cluuerio signatos.

C. Vrbes, & C. in illis 80. distin.

Et si territorium ijs temporibus Episcopis certis limitibus distinctum non assignabatur, quamquam à Beato Petro ad destinatam Vrbem mitterentur, ad instar gentilium Flamines, & Primi flamines, ab illis tamen aliò transire, nisi ingruente persequutione, absque Sedis Apostolicæ auctoritate nefas erat; quod posteà S. Dionysius Papa anno CCLXVI. immutauit, vnicuiq; proprium assignans, & in Diœcesim diuidens.

C. sicut alterius 7. q. 1.

Constat siquidèm, Æquicolorum aliquam partem à veteribus, moderniſq: Marsis addictos, & si S. Marcus eorũ Episcopus fuerit, igitur, & Marsorum, quorum agri simul certa censura complexi, sub vna denominatione, deleta priori, communi existimatione appellantur; Et cum S. Ruphinus antè distinctionem territorij Episcopus præfuerit, & pariter S. Marcus eosdem populos, quos vna complectebatur, determinata antiquitus iurisdictio, ad fidem Christi vocasse pro certo habendus est; ab illo igitur exordium narrationis sumemus.

C. Ecclesias 13 q. 1.

I.

Anno 46. S. MARCVS Galilæus, cum Petrus Apostolorum Coryphæus ex Antiochia Neapolim appulisset, Romam profecturus, iter agens, Atinam peruenit, & à Palladio hospitio exceptus, Marcum peregrè agentem inuenit, & cum eiusdem nationis esse cõperisset, in fide Christi delibutum baptizauit, secumque Romam adduxit, postmodùm ordinatum Episcopum ad eamdem Ciuitatem remisit, ibique deletis Iani, Dianæq; simulacris, & Palladium in fide instructum, ab eodem Principe ad Æquicolas Euangelium prædicaturus Episcopus mittitur: fidei lacte Æquicolas ipsos, Marsosque potauit; Atinam indè reuersus templum lacus, propè domum Palladij, Deo vero consecrauit; Aram, & simulacrum comminuens. Ad Maximum Campaniæ Præsidem sub Domitiani persequutione delatus, ad quæstionem etiam adductus, cum Christum verum Deum prædicare non destitisset, fame, carceris squalore, igne, verberibus afflictus, in amphitheatrum adductus, clauis in capite infixis, abscissa demùm ceruice, Martyr ad Dominum euolauit, anno post Christum natum XLVI. vt fusiùs in eius actis narrabimus.

II.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

II.

S. RVPHINVS Amasiæ Episcopus, ex Cappadocia Romam aduenies, immanem Maximini persequutionem fugiens, cum Andream Prouinciæ præfatæ Proconsulem, à quo multa tormenta sustinuerat, & quem ad fidem conuerterat, suæ peregrinationis socium adhibuit. A S. Fabiano Papa, qui tùnc Petri Cathedram regebat, ad Marsorum Ecclesiam translatus, legationem postmodùm totius Marchiæ Anconitanæ nactus, Marsorum Ecclesiam deserens, Assisij Martyr occubuit, vt vberiùs in eius, & S. Cæsidij vita, quam vulgari sermone edidimus, & apud Ludouicum Sabinum de Sanctis Vmbriæ est videre. 237.

Dùm legati munere S. Ruphinus fungebatur, Ecclesiam istam S. Cæsidio eius filio commendatam reliquit; & fuit circà annum Domini CCXXXVII.

Ab isto tempore ad sequentia, quos Marsi receperunt Episcopos, exciderunt; nec vtique hanc sedem proprio rectore caruisse credendum est; nec indefessa Summorum Pontificum vigilantia, tàm proxima loca cultoribus deserta patiebatur, qui ab extremis Orbis terræ partibus, gentes conuocare conabantur.

III.

IOANNES Marsicanus Episcopus legitur in sententia Vigilij Papæ contrà Theodorũ Cæsarienſem ad annum CCCCCLV. ex Carolo de Carolo Abbate Fulienſi in Geograph a Sacra, seù notitia Episcoporum Ecclesiæ Vniuersalis, relato à Baro. tom. 5. an. 551. nu. 11. & in Concilio Constantinopolitano sub eodem Vigilio an. 553. idem Baro n. CCXIII. 555.

IV.

TVDERISIVS Episcopus Marsiensis subscripsit concilium sub Leone IV. Pontifice, Anno DCCCLIII. ex eodem Carolo, & ex Eminentissimo Baro. an 853 in subscriptione sententiæ à S. Synodo latæ contrà Anastasium Presbyterum S. R. E. Cardinalem, quem excommunicatum, & honore spoliatum damnarunt. 853.

V.

ROTTARIS Episcopus Marsorum anno DCCCCLXIIX. testis fuit in sententia ab Ottone Imperatore lata, ad fauorem 968.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Ecclesiæ S. Mariæ in Apiniacis ex lib. 4. Chronic. S. Vincentij ad Vulturnum; idemque paritèr subscriptus reperitur in priuilegio Ioannis XIII. Ecclesiæ Beneuentanæ, anno DCCCCLXIV. proùt refert Vgheilius. Locus iste Apiniacis, erat vnum ex pagis, ex quibus Piscina, modò Episcoporum Sedes, habitatores recepit; sed solo æquato, restant solùm præfatæ Ecclesiæ vestigia, mille ferè passus à Piscina, in cuius parietibus sequentem in lapide inscriptionem inuenimus, quam ad fidem antiquitatis loci adducimus.

D. M. S.
T. ALLIO. DE L
FICO. MAM
MIA. SECVN
DILLIA. CON
INCOMPARA
BILI. CVM QVO
VIXIT. ANN. XVIII.
B. M. P.

VI.

ALBERICVS Berardi III. Marsorum Comitis filius, ad hanc Ecclesiam aduectus anno DCCCCLXX. Ab Octone III. Imperatore, Monasterium S. Angeli in Barregio pro toto tempore vitæ suæ obtinuit, quod posteà Cassinensi Cœnobio restituit: Leo. in Chronic. Cossi. lib 11. cap. 14. & de quo etiam refert cap. 16. Quòd cum intrusisset in Episcopatum Quinisium filium, quem ex iniquitate genuerat, Abbatiam Cassinensem occupare, illiusquè possessionem facilè nancisci speraret, addito auaritiæ, & ambitionis æstu, quo efferuebat, maiore facinore, ascitis ideò scelestis hominibus, illisque muneribus allectis, oculos Abbati erui curauit, quod cum insidijs patratum esset, Omnipotenti de tanto scelere rationem redditurus, eademque hora, eodemque tempore, quo misero Abbati oculi fuerunt euulsi, scelestem animam in vltionis pœnam emisit. Hic etiam interfuit sententiæ latæ à Petro Sicinense Episcopo, Hubertoque Terdonensi in gratiam Abbatis S. Vincentij in Vulturno, pro rebus spectantibus ad præfatam Ecclesiam S. Mariæ in Apiniacis, quæ de pertinentijs ipsius Monasterij erat, & ad tertium placitum aliquibus hominibus Marsicanis concessæ, eoque terminato, cum minimè à possessione recedere contenderent; Abbas Ioannes cum Franco Aduocato suo, quæstionem cum illis habuit, & inuestituram rerum, & Monasterij à præfatis Iudicibus impetrauit. In præsentia præfati Episcopi, & aliorum testium,

970.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

ſtium; cuius iudiciũ vltrà prædictos Epiſcopos exercuerunt Raynaldus, & Odoriſius germani fratres Marſorum Comites, anno DCCCLXXXI. eamq; ſententiam ex Chronic. *S.* Vincentij præfati tranſcriptam, Vghellius retulitt.

VII.

QVINISIVS, præfati Alberici ſpurius, in Epiſcopatũ intruſus, patri ſucceſſit, anno DCCCCXCIV. Quæſtionem Caſſinenſi Monaſterio pro Eccleſia *S.* Angeli in Barregio mouit, & à Monachis in placito Marſorum Comitum, conuentus, atque conuictus tacere coactus eſt. Chronic. Caſſin. lib. II. cap. 16. 994.

VIII.

PANDVLPHVS poſt Quiniſium Epiſcopus effectus, ſed quo anno non facilè colligitur, cum Romana Eccleſia turbinibus quateretur, ad Petri Cathedram Tyrannide Alberici Tuſculani Comitis, aſſumpto Theophilato eius filio, puero annorum duodecim, Benedicto IX. nuncupato, cuius vita, moreſque ad iuuenilem ætatem accommodati, & violentam, & Simoniacam ad Papatum intruſionem, vniuerſam conturbauit Eccleſiam; & cum vndecim ferè annos magno fidelium ſcandalo, vitam voluptatibus deditam in Sacra Sede duxiſſet, à Pontificatu tandèm eiectus; Cum ſe contrà duos alios Pſeudo-Pontifices tueretur, in gratiam potentium, qui eius partes ſectabantur, vt magis ſibi amicos conciliaret, multa non concedenda conceſſit, inter quæ diuiſio Epiſcopatus Marſorum fuit. 1057.

Etenim Marſorum Comites, & ditionis viribus, & ſanguinis nobilitate potentes, & Pontifici ſanguine coniuncti, pari tyrannidis, & ambitionis æſtu laborantes, cum per mortem Alberici, & Quiniſij continuatum Epiſcopatum ab illorum domo eripi viderent, ægroque animo Pandulphi electionem, quam irritam facere non poterant, ferrent; vt ſaltèm partem ditionis Epiſcopalis per facinus retinerent, Pontificem, & Diœceſim ſcinderet, & Actium ſeù Atthonem eorum conſanguineum Epiſcopum conſecraret induxerunt, eorumq; petitioni Pontifex acquieſcens, nouo Epiſcopo, S. Mariam in Cellis in Cathedralem erectam Vallem de Nerſa, & Carſeolanorum regionem, in ditionem Epiſcopalem aſſignauit.

Quam diuiſionẽ ſic factã, Romana Eccleſia ſchiſmate, & diuerſis cladibus vexata, rerum viciſſitudini cedens, aliquandiù toleraut, donèc in generali Concilio, Florentiæ habito, ſub Victore II. Anno MLVII. non ſolùm Antipaparum actibus deletis, ſed & alijs eatem-

tempeſtate exortis malis, Patrum, qui in Concilio præerant, vigilantia ſedatis, morbo huic etiam occurrere placuit, Diœceſimque vnam, vnumq; Epiſcopum declararunt, & in gremio Conſtantinianæ Baſilicæ aggregarunt; quo præeminentia ipſius Eccleſiæ ſatis declaratur, cum à ſuo principio, nulli alij, quàm Romano Pontifici paruerit, ſemperque exempta ab alieno Imperio, vti Vrbiuicaria, eiuſque Antiſtes inter Papæ ſuffraganeos numeratur, vt ex antiquo Rituali Romano refert Baron. an. MLVII. n. IX Erant enim tùnc, ſicut Patriarchalibus Eccleſijs, numerus purpuratorum deſtinatus, ſic & Papæ Collaterales, & ſuffraganei Epiſcopi, qui in Comitijs, & Synodis vocati vota darent.

In ea Synodo ambo, qui tùnc erant Marſorum Epiſcopi nomen retinebant, in quæſtionem adducti, & quiſque ſuam Eccleſiam tueri conatus, diſcuſſis eorum Iuribus, diuiſionem irritam, & aduerſantem Sacrorum Canonum decretis iudicatum. Actij iura ex corrupto principio exorta, nullo Canonico ſuffragio tueri poſſe, eumque occupatorem intruſum in partem Diœceſis declararunt: in vniuerſam legitimum poſſeſſorem, & Canonicum Antiſtitem Pandulphum decreti ſtabilitate firmarunt; & vt tranquillitati, & quieti Eccleſiæ conſuleretur, Actio ſic abdicato, Theatinam Eccleſiam aſſignarunt; quod cum Victor morte præuentus adimplere minimè potuerit, Stephanus eius ſucceſſor decretali perpetuò remanſura Epiſtola firmauit, quam ex Archiuio Marſorum deſumptam hic offerimus.

STEPHANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilecto confratri, & Coepiſcopo Pãdulpho, cæteriſq; ſucceſſoribus Epiſcopis, in S. Marſicana Eccleſia Canonicè promouẽdis, in perpetuum. In ſpecula Sanctæ, & Vniuerſalis Eccleſiæ, adhùc peregrinantis, quantò cæteris eminentiores apparemus, tantò vehementiùs concurrere viciſſitudinibus indè debemus; ſicùt enim luna menſtruo curſu deficit, & perficit, ſic in Eccleſia militanti, temporalibus ſubiecta, continuas altercationes valdè defectus, & profectus incurrit, cuius defectui, vel diminutioni, ſicut neceſsè eſt, vt compatiamur, ſic proculdubiò expedit, vt profectui, vel plenitudini congratulemur; quapropter vnam Marſicanam Eccleſiam inteſtino, & diuturno malo, & pluſquàm ciuili diſcordia ſecularium hominum miſerabiliter diſciſſam, & in duos Epiſcopatus contrà Sanctorum Patrum Canones à Theophilato dicto Papa diuiſam, & poſteà permiſſu magis, quam conſenſu; neceſſitate, quàm vtilitate, à Sanctiſſimo Prædeceſſore noſtro Leone, ſicut inuenta fuit omiſſam, tandemq; ſub beatæ memoriæ Prędeceſſore noſtro Victore iudicio generalis Concilij per Diuinam gratiam in gremio Baſilicæ Conſtantinianæ aggregati quartodecimo Kalendas

Iendas Maij, Indictione Decima, diuisionem illam vnius Diœcesis, in duas partes euacuatam, & abdicatam, atque in antiquam sui statvs vnionem, reformatam, & in perpetuùm ipsam, sicut iustum fuit, Diœcesim vnam vni Episcopo decretam, indè interuentu totius Sanctæ Synodi Episcopo attento, qui tunc partem Marsicanæ Diœcesis iniustè occupabat, in Theatinam Ciuitatem sublato; per huius nostri priuilegij decretalem paginam, deinceps tibi beatissime, & confrater, & Coepiscope Pandulphe, & successoribus tuis in perpetuùm concedimus, & secundum quod tibi synodaliter, sicut superiùs dictum fuit, iudicatum est, firmum Marsicanum Episcopatum cum omni sua integritate, & pertinentia, inter ea, quæ nominatim Ecclesiæ Sanctæ Sabinæ antiquæ Ciuitatis Marsorum, ad Episcopalem sedem largimur, atque decernimus: nec non, & reliquas Ecclesias totius Marsicanæ Diœcesis, cum pertinentijs, decimis, & oblationibus earum, tàm pro viuis, quàm etiam pro defunctis, secundum quod Sancti Canones decreuere: pariterque Ecclesiam Dominæ nostræ Sanctæ Dei Genitricis, & perpetuæ Virginis Mariæ in Carseolo, cum decimis, & oblationibus, imò cum omnibus sibi adiacentibus Ecclesijs; & rebus iustè sibi pertinentibus, tàm in Castro Tupho, & Scalellis, quàm. . . . . & alto Sanctæ Mariæ, & Ciuitellæ, & Pomperano, vsque ad Capistrellum, & in tota valle Nersacendæ. Insuper auctoritate Apostolica sancimus, vt quandocumque expedierit, Ordinationes Clericorum, & Consecrationem Altarium, ibidem facias, & in Monasterijs, quod tui Iuris est, vt Sancti Canones censuerunt, & reliqua omnia, quæ ad Episcopum pertinent, sine cuiusquam contradictione expleas; scilicèt intrà iustos terminos totius Parochiæ Marsicanæ, tàm illius partis, quàm anteà obtinebas, siuè & alterius quam tibi iniustè Episcopi inuaserunt.

Hinc Apostolicæ Sedis auctoritate subnixus, potestatis, & confirmationis Priuilegium indissolubiliter statuentes interdicimus, sub Diuini etiam contestatione Iudicij, & Anathematis interpositione, vt nullus vnquàm successorum nostrorum Pontificum, vel quilibet publicarum actionum administrator, seù alia quælibet, vel quantumlibet magna, paruaque persona audeat, vel præsumat contrà huius nostræ confirmationis priuilegium agere, aut inde quidpiam alienare, auferre, aut minuere, sed potiùs firmum, ac stabile in perpetuum sit, sicut à nobis concessum, & confirmatum est; si quis autem, quod non optamus, temerario ausu hoc nostræ Apostolicæ Sedis statutum in quopiam alienare, vel infringere præsumpserit, & contradictor illius extiterit, auctoritate Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, & Apostolorum Principis, vinculo Anathematis nuncupatus, à Regno Dei segregatus, & Diabolo, & Angelis

gelis eius, nisi fortè resipiscens, indissolubilitèr aggregetur. Qui verò pro respectu obseruator, & defensor huius concessionis, & confirmationis extiterit, potestate Sanctæ Dei Genitricis, & semper Virginis Mariæ, & Beati Petri Apostolorum Principis, & precibus Beatæ Sabinæ Martyris, & omnium Sanctorum, & Cœlestium multitudinis Angelorum, gloriam à iusto Iudice Domino nostro Iesu Christo, vitamq; æternam percipere mereatur in sæcula sæculorum Amen. Scriptum per manus Notarij, & Scriniarij Sanctæ Romanæ Apostolicæ Sedis in mense Decembri; Indictione vndecima.



DAtum in Castro Casino, quinto Idus Decembris, per manus Numberti Sanctæ Ecclesiæ Syluæ Candidæ Episcopi, & Bibliothecarij Sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Sedis, anno Primo Domini Papæ Stephani Noni, Indictione vndecima.

1059. Hic vir nobilis, & diues appellatur in Chronicis antiquis Cassinensibus lib. 11. cap. 99. qui obtulisse narratur Diuo Benedicto planetam cum Pluuiali diaspro cum aurophrygio, & Altaris Pallium purpureum cum gemmis, Thuribula argentea duo, Calicem argenteum cum Patena, aquamanilia duo, & alia quam plurima. Interfuit Concilio, Romæ celebrato, sub Nicolao II. Anno MLIX, & de eo habetur mentio in vita S. Berardi, & transtulit corpora Sanctorum Simplicij, Constantij, & Victoriani in Ecclesiã Sancti Ioannis de Celano, vt lapis testatur.

Hic requiescunt corpora Sanctorum Simplicij, Constantij, & Victoriani, recondita tempore Pandulphi Episcopi.

Hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Protraxit vitam vſque ad Pontificatum *V*rbani II., ſub quo, fato ceſſit; extant carmina Alphani Archiepiſcopi *S*alernitani de laudibus *S*anctæ *S*abinæ Martyris ad ipſum directa. Hic idem Alphanus ſcripſit etiam heroico metro Acta *SS*. duodecim Fratrum Martyrum, quæ habentur in Surij tomo 7.

IX.

ACTIV*S* ex Comitibus Marſorum oriundus, (de quo diximus) in Epiſcopatus partem intruſus, & Sacræ *S*ynodi decreto ſpoliatus, ad Eccleſiam Theatinam translatus, anno MLVI. & quem ex anni translationis argumento, Anteceſſorem Pandulphi Vghellius facit; vir aliòquin, & generis nobilitate, & virtutibus laudabilis, cum vix annum XXXIIX. expleſſet, communem vitæ curſum finiuit, & in Eccleſia Caſſinenſi tumulatus, vt ſequens inſcriptio ſepulchralis ex præfato Alphano indicat. *Victoris III. Papæ Dialog. lib. 2. pag. 10. & ex Annal. B*

Præſulis Atthonis tumulaſti membra Caſino, 1056.
Marſia cui tribuit iuſta priora tuis.
Iſtius vndè domo, manauit origo parentum,
Regibus à Gallis linea ducta docet.
Principibus Marſis ſatus eſt de ſtirpe Quiritum,
Mane cum Sedis Thetis honore dedit.
Iſta etenim Genitrix operum tibi Virgo locauit,
Monſtrat, vt Eccleſiæ iura, laborquè ſuæ.
Vnus amicorum quàlis cum vtiliores,
Marſia, vel Thetis nouit habere, fuit.
Ante dies ſeptem, quo Sol in piſcibus eſſet,
Annos triginta natus, & octo fuit.

Ad quem ſequentem odam inſcripſit nominatus Alphanus, quam cum Epithaphio in fine Tomi ſecundi Italiæ Sacræ Vghellius refert.

Ad Atthonem Epiſcopum Theatinum.

Multa promittis tibi, quæ nocere
Ritè debebunt, neque te ſolutus
Proteget riſus, nec honor iuuabit
Præſulis, Attho.
Sacra mendacem canonum ſtatuta
Præſulem damnant, vetat atque Vulgus
Legis in contractibus approbando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Dicere quicquam.
De tuo lectas grege ſpontè vocans,
Sex mihi mirabile ferre munus
Tùnc inauditum, quod erat Caſino
Teſte, dediſti.
Nàmquè ſex harum velut intimatas,
Prima cum Nino Babilonis altos
Condidit muros, Catachyſmus illos
Senſit in arca.
Omnium linguis auium ſecunda
Te loqui planè docuit, Beatus
Si tuis ſcires, modò ſic latina
Reddere verba.
Artium ſeptem ſtudijs, & omni
Penè doctrina fuerat perita;
Teque Timeum ſocio Platonis
Tertia ſcripſit.
Quarta, qua fœlix recrearis, auram
Semper à cauda tibi ſufflat aptam,
Nec tuis Cœlum, niſi te leuarit
Carnibus, ibis.
Semi-veſtitum genuit Cuculla,
Quinta cauſarum comitem tuarum.
Pontium, cum quo ſine fine mendax
Totus haberis.
Febribus te ſexta tuetur acris
Floribus lætis ſpeciebus herbis.
His tuo fuit ſtomacho ſalubris
Potio Tucci.
Si potes, noli, mihi Præſul Attho
Vltrò mentiri, cole ſic, amicum
Vt decet fidum, tibi mox nec vlla
Cura nocebit.

X.

1078. LVMINOSVS Epiſcopus Marſorum ſubſcripſit Conciliũ Lateranenſe ſub Martino II. anno MLXXIIX. ex Carolo à S. Carolo.

XI.

ANDREAS Marſorum Epiſcopus, teſtis in donatione teni-
menti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

menti domorum terræ Transaquarum, factæ per Berardum Comi- 1098.
tem Ecclesiæ SS. Cæsidij, & Ruphini anno MXCIIX. cuius co-
piam Vghellio commodatam, hic etiam referre iudicauimus.

In nomine Dei Summi, & Æterni Amen. Anni Dominicæ In-
carnationis sunt mille nonaginta sex, ex indictione qnarta, mense
Iunij, die octauo. Ego Berardus Marsorum Comes, cum Gemma 1096.
matre mea, nostra bona, & spontanea voluntate pro redemptione
animæ nostræ, parentumq; nostrorum ex nùnc, & in perpetuùm
donamus, offerimus, & tradimus ad Ecclesiam Sancti Cęsidij, quæ
sita est in Castro, quod dicitur Transaquæ; hoc est circuitum, &
omnes terras, & singulas possessiones, annuos redditus, & debita,
quæ nobis facere tenentur omnes, & singuli, qui domos, hortos,
& tenimenta tenent intus circuitus dicti Castelli de Transaquis,
pro quibus omnibus domibus, hortis, & tenimentis singuli in
dicto Castello possessores, nostris progenitoribus, & nostræ Curiæ
tenebantur. Qui à nobis, & nostris prædecessoribus, possidentes
dictarum domorum, & tenimentorum ità, & semper sub certa
pensione tenuerunt, & habuerunt tanquàm propria nostra, prædi-
ctas domos, hortos, & tenimenta, ac cum omnibus vijs, & plateis
publicis dicti Castelli, ac omnibus ædificijs ædificatis, & vbiquè
indè ædificandis in Castro Transaquæ. Et à prædicta Ecclesia, nul-
lam de possessionibus facimus liberam, nisi Palatium, & habita-
tionem nostram propè portam ipsius Castelli, qua porta ascendi-
mus ad Roccas nostras; & habitationes Guffoni Sarraceni militis,
& Magistri nostri. Et sicut superiùs legitur omnia præmissa inte-
gra à præsenti die hæreditario iure firmissimè tenenda, & perpetuò
possedenda obtulimus in Canonicam Ecclesiæ præfatæ; nec alium
præter dictam Ecclesiam, & ipsius Clerum de prædictis domibus,
& tenimentis in superiorem recognoscant; etiam in iuribus con-
cessionum prædictarum rerum donatarum. Et nos pro nobis, &
hæredibus nostris omnia prædicta defendere promittimus ab omni
persona, omni tempore in perpetuùm, sicut superiùs actum est. No-
stram habitationẽ, & habitationem prædicti Guffoni militis, & Ma-
gistri nostri, proùt sitæ sunt, liberas, & frãcas reseruamus. Et si nos,
nostriq; hæredes, aliqua, vel parua persona litigium in præmissis
fecerimus, in iram incurramus Dei; & si quis, in hoc, quod superiùs
legitur minuere, vel subtrahere aliquid præsumpserit; vel venire
contrà voluerit, cum Iustis non scribatur, sed nomen suum deleа-
tur de libro vitæ, & cum Iuda, & Pilato, & Caifa in Inferno, ex-
communicationis, & Anathematis vinculo damnetur; Et præfatæ
Ecclesiæ insuper libras auri trecentas componat; & præsens cau-
tela in posterum firma permaneat in æternum. Ego autem prædi-
ctus Berardus Comes, & prædicta Gemma mater mea, ità cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

domino Andrea *V*enerabili Episcopo Marsicano, & cum Thadæo Presbytero Abbate prædictæ Ecclesiæ *S*. Cæsidij Martyris, & Canonicis de Canonica dictæ Ecclesiæ, videlicèt D. Angelo Ioannis Presbytero. D. Petro Riccardi Presbytero. Iacobo de Carmonis Presbytero. Elia Pandulphi Diacono, *S*tephano *S*acristano,& alijs iudicibus nostris subscriptis, videlicèt D. Guffone *S*arraceno; D. Massaro de Rocca de Castello Transaquis; D. Gentile de Alba; D. Henrico de Foris; D. Gisiuo de Agello; D. Odorisio, & D. Pandulpho de Celano nostris Magistris, & Consiliarijs prædictam Excommunicationem de nostra voluntate sacrauimus, & celebrauimus in dicto Castello de Transaquis ante Altare dicti Martyris Cæsidij, vt omnes in præmissis contra facientes, vt suprà damnentur, & Excommunicentur, & responsum ab omnibus, fiat, fiat, Amen. Et hoc insuper actum est inscriptum à me Philippo de Alba Notario, mihi Berardo Comite, & Gemma Comitissa iubentibus, & rogantibus,mense, & Indictione prædictis.

*S*ignum ✠ manu de me supradicto Comite Berardo, qui hanc cautelam fieri præcepi, & rogaui.

✠ *S*ignum manu de supradicto Guffone, qui interfuit.
✠ *S*ignum manu de supradicto Massaro, qui interfuit.
✠ *S*ignum manu de supradicto Gentile, qui interfuit.
✠ *S*ignum manu de supradicto Henrico, qui interfuit.
✠ *S*ignum manu de supradicto Gisino, qui interfuit.
✠ *S*ignum manu de supradicto Pandulpho, qui interfuit.
✠ *S*ignum manu de supradicto Odorisio, qui interfuit.

Ego Philippus Notarius rogatu, & præcepto, à supradicto Comite Berardo, & Gemma Comitissa scripsi, & compilaui. Locus ✠ signi.

XII.

Tomasso Costo in additionibus ad Pãdulphum Colẽnuc. in histor. R. Neap. lib. 1. fol. 69.

*S*IGINVLPHVS, ex nobili prosapia, inter Marsos natus, post Andream, Episcopatum inuasit, à Guiperto Antipapa [qui in Alba nostrorum Ciuitate, fretus potentia Riccardi Comitis Capuæ aliquandiù se tutauit] ordinatus Episcopus, & contrà Canonum decreta Ecclesiam administrauit, & Iura Episcopalia, reluctante *S*. R. Ecclesia exercere per decem, & septem annos ausus fuit, suorum affinium, & Clericorum, quos ordinauerat, iuribus subnixus, *S*chismaticus, & si in reliquo encomijs miræ religionis, & abstinentiæ in vita *S*. Berardi laudatur; ab eoque *S*ancto, tertio postquàm susceperat anno Episcopale munus, à sede eiectus; Si quidèm cum, nisi post mortem Andreæ, quem vixisse constat anno

1096. MXCVI. in Episcopatu se intrusérit, & decem, & septem annos reti-

retinuerit, illius electio ad annum MCXIII. refertur; quo tempore S. Episcopus Berardus Tyrannorum, & fautorum Pseudi-Episcopi vires fregerat, & quietem suæ Ecclesiæ restituerit, ad quam assumptus fuit anno MCIX.

XIII.

S. BERARDVS Berardi XXIV. Marsorum Comitis filius. Diaconus Cardinalis Tituli S. Angeli in foro piscium, & Presbyter Tituli S. Grisogoni, & Marsorum Episcopus à Paschali II. confirmatus, multa pro Clericorum reformatione, & iuribus Ecclesiæ tuendis passus; bonis operibus, & miraculis clarus ad Cœlum migrauit, tertio Nonas Nouembris MCXXX. in Cathedrali S. Sabinæ Martyris sepultus; postmodùm ad Ecclesiam eius nomini dicatam, intrà mœnia Piscinæ translatus, honore Sanctorum veneratur; Cuius vitam, & miraculorum insignia Ioannes Signinus Canonicus Marsicanus, & posteà Episcopus scripsit, ab Archiuio Cathedralis nobis impartitam, quam prælo mandauimus, & quæ ab Anonymo, parùm accuratè scripta, refertur à Ciacconio in vita Paschalis II.

Confirmationem iurium Episcopalium in ditione Marsorum ab eodem Pontifice obtinuit; cuius diploma, cum multis alijs à nobis impartitis Vghellius edidit.

PASCHALIS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Berardo Marsicanæ Ecclesiæ Episcopo, eiusq; successoribus Canonicè substituendis in perpetuùm.

Sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitimè desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, frater in Christo carissime, precibus annuentes, ad perpetuam S. Matris Ecclesiæ pacem, & stabilitatem, præsentis decreti stabilitate sancimus, vt vniuersos Parochiæ tuæ fines, sicut à tuis Antecessoribus vsque hodie possessæ sunt; ità omninò, tàm tibi, quàm tuis successoribus in perpetuùm cõseruentur. Qui videlicèt fines à Furca Ferrati, decurrunt in caput Carriti; indè per viam de Merso in portellam de valla putrida, per terram de Feresca, per Argatonem, per serram de Canno, per serram Formellæ; indè ad Molinum veterem, indè ad furcam Aceræ, per serram de Viuo, per serram de Troia, indè ad Pesculum Canalis; indè ad Pinnam Imperatoris, per serram de Ceruara, indè ad S. Britium per furcam de Auricula; indè ad Arcum S. Georgij per flumen Sisaræ, per Turres de Ofrano, per Scalellas, per Tusum fluuij Remandi, per Trepontum; indè ad Vulpem mortuam, per Buccam de Teba, per campum de Pezza, per Riuum Gambarorum, per serram de Candida,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

dida, per Venerinum, & redeunt ad furcam Ferrati; Intrà quos fines, quæcumque Oppida, Quæcumque Villæ, Quæcumque Plebes, Quæcumque Eccleſiæ ſitæ ſunt, aut in poſterum fuerint, ſub tua, & tuorum Catholicorum ſucceſſorum Epiſcopali prouidentia, & diſpoſitione permaneant, & ex eis omnibus Epiſcopalia vobis Iura ſoluant, tàm in Clericorum Ordinationibus, & Eccleſiarum Conſecrationibus, quàm in redditu decimarum, & oblationum; ſiuè in correctionibus delinquentium. Sanè illam Monachorum prauam præſumptionem, quæ partim Epiſcoporum abſentia, partim eorum peruicacia, in Marſorum finibus inoleuit, omnimodò inhibemus, vt nec Baptiſma vlteriùs in Monaſterijs faciant; nec ad infirmorum vnctiones clauſtris ſuis progredi audeant; nec ad pœnitentiam iniungendam populares perſonas admittant, nec ab Epiſcopo excommunicatos ad communionem; nec interdictos ad officia Sacra ſuſcipiant.

Porrò Eccleſiam Beatæ Sabinæ Martyris Matricem ſemper heberi, ſicut hactenùs habita eſt, & illic Epiſcopalem Sedem permanere decernimus; & in eius poſſeſſione, & Iuriſdictione Eccleſiæ cum prædijs ſuis, quæ præteritis tẽporibus poſſeſſa ſunt, etiam in futurũ perpetuis temporibus quietè, liberè, integrèq; ſeruentur; id eſt S. Pauli ad Peſculũ Serulæ, S. Mariæ in Campometio, S. Nicolai ad fontẽ Reginæ, S. Quintini in Vico, S. Martini in Agne, S. Martini in Bettorrica, S. Archangeli ſuper Meſulam, S. Mariæ in Ortucula, S. Mariæ, & S. Petri in Venere, S. Fœlicis in Vado albonis, S. Angeli in Paraſepi, S. Quinci in . . . . . S. Ruphini in Ferrati, S. Valentini, & S. Petri in Apinianicis, S. Marci in Geno, S. Martini in Feliciano, S. Petri in Cancarano, S. Ioannis in Pantoma, S. Marcelli, & S. Angeli in Arcu, S. Mariæ in Palude, S. Anatoliæ de Leone, S. Felicitatis in Cierferno, S. Laurentij in Prætorio, S. Feliciani in Villa Magna, S. Mariæ in Auenoſo, S. Viti in Ozano, S. Chriſtophori in Supezzano, S. Georgij in Peſula, S. Ioannis ad caput aquæ cum titulis ſuis, S. Petiti ad Caſtellum, S. Fœlicis in Porciano, S. Laurentij in Curia, S. Cæſidij cum titulis ſuis, S. Vincentij in forma cum titulis ſuis, S. Andreæ in Aueiano, S. Mariæ in Vico, S. Petri in Capiſtrelle, S. Petri, & S. Mariæ in Albe, S. Marci in Malla, S. Martini in Valle cum titulis ſuis, S. Ioannis in Marano, S. Fœlicis in Monticello, S. Mariæ in Eloreto cum titulis ſuis, S. Nicolai in Erſe, S. Mariæ in furca, S. Eraſmi cum titulis ſuis, S. Andreæ in Ceſellato, S. Maximi in Cerro, S. Victoriæ in Cellis, S. Mariæ in Carſeolo cum titulis ſuis.

Prætereà quæcumq; poſſeſſiones, quæcumq; prædia ad eandem Eccleſiam legitimè pertinere noſcuntur; aut in futurum largiente Domino quibuslibet iuſtis modis, vel contractibus poterit adipiſci,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

piſci, firma tibi, tuiſq: ſucceſſoribus, & illibata permaneant decernimus ; Ergò nulli omninò hominum liceat tuam Eccleſiam perturbare, aut poſſeſſiones eius auferre, vel ablatas retinere, vel iniuſtè datas ſuis vſibus, vendicare, minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſeruentur, tàm tuis, quàm Clericorum, & Pauperum vſibus profutura. Si quis igitur in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vice-Comes, Iudex, Caſtaldius, aut Eccleſiaſtica quælibet, ſeculariſuè perſona hanc noſtrã Conſtitutionis paginam ſciens contrà eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertiouè monita, ſi non ſatisfecerit, congruè emendauerit, poteſtatis, honoriſq; dignitate careat, reumq; ſe Diuino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat; & à Sacratiſſimo Corpore, & ſanguine Dei, & Domini N. I. Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vultioni ſubiaceat; cunctis Eccleſiæ iura ſua ſeruantibus ſit pax Domini N. I. Chriſti, quatenùs, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem prẹmia Æterni Patris maneant. Amen, Amen. Scriptum per manum Gerualij ſcriptoris Regionarij, & Notarij Sacri Palatij.



Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. ss.
Ego Riccardus Albanenſis Epiſcopus. ss.
Ego F. Leo Oſtienſ. Epiſcopus. ss.
Ego Cono Prænestin. Eccleſiæ Epiſcopus. ss.
Ego Romanus Cardinalis Eccleſ S. Priſcæ. ss.
Ego Benedictus Cardinalis tr. S Eudoxij. ss.
Ego Card. Raynerius SS. Marcellini, & Petri. ss.
Ego Conradus S. Pudentianæ Card. ss.

Datum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Datum Laterani per manum Ioannis S. R E. Bibliothecarij Cardinalis, V. Kalen. Martij, Indictione VII. Incarnationis Dominicæ, Anno M CXV. Pontificatus quoque Domini Papæ Paschalis II. Anno XV.

In cuius etiam gratia Crescentius Marsorum Comes, & donata à Berardo confirmauit, & quàm plura alia præfatæ Ecclesiæ, donauit, vt ex cartula donationis in Archiuio eiusdem Ecclesiæ, quam paritèr à me impartitam Vghellius edidit; & quam hìc transcribere volumus, vt quam reximus, Ecclesiæ iura non pereant

In nomine Summi, & Æterni Dei, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo, centesimo, vigesimo, Indictione XIII. Anno primo Domini Papæ Calisti, vndecimoq; Domini Berardi Marsicani Episcopi. Ego Crescentius Marsorum Comes, filius b. m. Berardi Comitis Marsicanorum, rogatus à Landulpho filio Egidij, & nostris fidelibus; ac pro redemptione, & amore Dei, & SS. Martyrum Cæsidij, & Rufini, & redemptione mea, & meorum parentum, & pro anima Federici fratris mei, de mea hæreditate, & pertinentia dicti mei Comitatus; scilicèt in Transaquana Terra domus de cultu in plano, & in monte spatium terræ ad solatium Clericorum dictæ Ecclesiæ S. Cæsidij Deo seruientium, medietatem vallis, quæ dicitur Formentinus, cum Castaneis ibidem habentibus, & omnibus arboribus, ibi existentibus, vt per medium dictæ vallis à capite vsque descendendo per montem herbosum, vsque Grottas, quæ dicitur Centopezza; descendendo per vallem de Candelis, & vsq; ad planitiem, & insuper de nostra spontanea voluntate pro nobis, & nostris hæredibus in perpetuùm confirmamus, roboramus, & acceptamus, & de nouo damus, & tradimus prædictæ Ecclesiæ totum circuitum Castri Transaquarum, cum Cortilijs in circuitu adiacentibus, & redditibus debitis, & pensionibus domorum, & hortalium, tenimentorum, vel spatiorum, pro quibus singuli possidentes in Castello Transaquano, prædicto nostro progenitori, & Curiæ singulis præteritis temporibus, pro qualibet domo, possessione, vel horto soluebant, & soluere tenebantur; & nullus à solutione, & tributo pro domibus, spatijs, quæ intus in dicto Castello possidentur, & fructus habentur, tanquàm propriorum nostrorum Iurium, in quibus præstatione libera francamus nostram habitationem, & Domini Pandulphi Sarraceni militis, & Collateralis nostri, quæ sunt propè portam Turris, & Palatij nostri, in quibus domibus, hortis, & spatijs in circuitu Castelli prædicti nulli alteri, quàm Canonicę præfatæ Ecclesiæ debeantur, & secundum donationem præfati D. Berardi Comitis, & genitoris nostri, de domibus ædificatis, & ædificandis, hortis, & spatijs in circuitu prædicto præfatæ Ecclesiæ meram donationem habeat, & promittimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

timus vobis, pro nobis, & hæredibus noſtris in perpetuùm prædicta omnia omni tempore, & in futurum ſub fide, & obligatione noſtræ donationis, & noſtrorum bonorum, & hæredum noſtrorum, omnia prædicta defendere, & legitimè dictæ Eccleſiæ gubernare, itaùt præfata Eccleſia ex nùnc prædicta omnia, hæreditario Iure in æternum liberè poſſideat, ſine contradictione aliqua. Et ſi quis de hoc Iure, quod eſt præfatæ Eccleſiæ per noſtrum prædictum genitorem, & Nos donatum, vt ſuperiùs legitur minuere, & occupare, vel ſubtrahere præſumpſerit, tanquàm de rebus Sacris, vel connexis dictæ Sanctæ Eccleſiæ, tanquàm Sacrilegus, & Excommunicatus Diuino Iudicio damnetur. Et ſi nos, noſtriq; hæredes, in aliquo magna, vel parua perſona, amore, vel odio, vel quouis modo aliquo contrà Iura dictæ Eccleſiæ litigia, & contrà inferre procurauerimus cum ſingulis, qui contrà Iura præfatæ Eccleſiæ; & iura ipſius præſidium aliquod, & conſilium præſtaret, in iram Dei incurramus; & ſinguli contrà hoc quomodolibet tentantes, Excommunicati ſint, & cum Iuda, & Caipha, & Anna, & Pilato damnentur, & cum Iuſtis non ſcribantur; inſuper libras trecentas componant præfatæ Eccleſiæ. Ego Creſcentius Marſicanorum Comes filius b. m. Berardi Marſicanorum Comitis, præſente D. Berardo Epiſcopo Marſicano, & Virgone Aprutij legato Apoſtolico, D. Ioanne Abbate præfatæ Eccleſiæ, & Canonicis ſingulis tùnc reſidentibus in dicta Eccleſia, & noſtris militibus, videlicèt D. Pandulpho de Vallata, D. Ioanne de Fons, D. Landulpho Sarraceno de Tranſaquis, D. Simone de Agello, & D. Riccardo de Albe militibus, & Conſiliarijs, & Collateralibus noſtris omnibus, prædictam Excommunicationem ſacratam à Nobis, & prædicto D. Epiſcopo, & Apoſtolico legato ante maius Altare dictæ Eccleſiæ S. Cæſidij, & reſponſum ab omnibus fuit, Amen. Et hanc Cartulam, quàm obtulit de præmiſſis omnibus præfatus Comes inueſtiuit; & hoc actum, & ſcriptum in Tranſaquis à me Ruberto de Celano Notario, & Scriptore, mihi prædicto D. Creſcentio Comite iubente, & rogante, Anno, menſe, & die, Indictione prædictis, & meum ſignum conſuetum proprium feci. Signum ✠ Ruberti

✠ Signum manu præfati Domini Creſcentij Comitis.

✠ Signum manu D. Berardi Marſicanorum Epiſcopi.

✠ Signum manu D. Pandulphi, qui præmiſſis fuit preſens.

✠ Signum manu D. Ioannis de Fons, qui ad omnia præmiſſa fuit præſens.

✠ Signum manu D. Pandulphi, qui ſuprà ad omnia prædicta præſens fuit.

✠ Signum manu D. Simons, qui ad præmiſſa fuit præſens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

✠ Signum manu D. Riccardi, qui ad prædicta omnia fuit rogatus.

XIV.

1153. FR. B. Marsorum Episcopus, cui Anastasius Papa mandauit, nè molestiam inferret Abbati Cassinensi in exercitio suæ Iurisdictionis in Oppidis, quæ tenebat in Diœcesi Marsorum; decretum Anastasij; seruatur in Archiuio Cassinensi, & fuit de anno M. C. LIII.

XV.

1156. BENEDICTVS Marsorum Episcopus interfuit dedicationi Ecclesiæ S. Victoriæ Virginis in Diœcesi Reatina in Tribulana regione, cum Anselmo Fulginate Episcopo; & Berardo Fanonensi; ex Octaua S. Michaelis Archangeli anno M C.LVI. vt ex inscriptione per Vghellium relata, in serie Reatinorum Episcoporum fol. CXI.

XVI.

1170. IOANNES Signinus ex Canonico Episcopus effectus, qui rogatu Ioannis Furate scripsit vitam S. Episcopi Berardi, vt ipsemet testatur, & agnouimus; additor miraculorum. Hic cùm opprimerentur iura suæ Ecclesiæ ab Oddone Celani Comite, Panormum petijt, & à Rege Gulielmo, causam Archiepiscopo Panormitano demandari procurauit, circà annum M.C.LXX.

VVII.

1178. BENEDICTVS Marsorum Episcopus sententiam contrà prefatum Comitem reportauit anno M. C. LXXIIX; quæ penès nos conseruatur, & est tenoris sequentis.

✠ Anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXVIII. mense Ianuarij. Indictione VII. Regni verò Domini nostri Gulielmi Dei gratia gloriosissimi Regis Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno VIII. felicitèr, Amen.

Nos Gual. Dei gratia Panormitanus Archiepiscopus, & Domini Regis familiaris, & Matthæus Domini Regis etiam Cancellarius, & Bartholomæus Dei, & Regia gratia Agrigentinus Episcopus, & Domini Regis familiaris, per hoc presens scriptum declaramus, quòd Venerabiles Episcopi Ioannes Signinus, & Benedi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

nedictus Marsorum, cum quibusdam Canonicis suis, Panormum veni-
entes, querimoniam coram nobis deposuerunt, dicentes: quòd
Oddo de Celano innumeris grauaminibus, insuetis directionibus,
exactionibus multis Ecclesiam S. Sabinæ, homines suos, & Ec-
clesiæ Sanctæ subditos molestabat, & iugi persequutione vexabat.
Oddo verò in nostra præsentia constitutus, iussu nostro, in omni-
bus obiectionibus sibi, respondit dicens: quod Ecclesiam Marsi-
canam, Ecclesiasque sibi subditas nunquàm in aliquo vexabat, &
homines in nulla directione compressit; præterquam de eo, quod
ab eadem Ecclesia percipere solebat, & sibi de Iure opinabatur
deberi; Contrà hoc verò, præfati Venerabiles Episcopi cum omni
instantia allegabant, dicentes: quòd Ecclesia Marsicana nullis con-
ditionibus, nullis petitionibus vnquàm fuisset obnoxia; cum ea de
Iure communi, & consuetudine longa suis titulis propria libertate
gauderet; cumq; hinc indè multæ altercationes habentur, ambæ
partes interuentu amicorum suorum Curiam exorare, quatenùs
procuretur eos de supradictis quæstionibus concordari. Nos verò
ex parte Regia illud eis concessimus impetrata licentia concor-
data; scilicèt inter se, & concordiam quam inter se contraxerant
nobis representatam. Nos verò cum vtrique parti placeret Regia
auctoritate, manu firmauimus; & etiam eandem concordiam Do-
mino nostro Regi retulimus; & dùm in solio Maiestatis suæ resi-
deret felicitèr, vtrique parti ipsam concordiam ratam, ac firmam
iussit haberi. Contractæ quidèm concordiæ motus hic est; videli-
cèt. Quod prænominatus Oddo reliquit, prorsùsq; dimisit in manu
Benedicti Marsorum Episcopi omnia, quæ in Ecclesia Marsicana,
& hominibus suis se credebat habere: excepto si quid in Ecclesijs
Matricis Ecclesiæ sibi subditis iustè, & rationabilitèr sibi deberi
probauerit; Quibus tamen subditis Ecclesiæ remisit tempore messis
custodiam arcarum; Restituit Ecclesiæ Beatæ Sabinæ molituram
vallis Carriti iuxtà tenorem Instrumenti, quod olim pater suus fe-
cerat, Beato Berardo; pepigit etiam, & promisit, quod ab
hac hora in ante Matricem Ecclesiam Beatæ Sabinæ, & vniuersos
homines suos liberos, & absolutos ab omni exactione perpetuò
quietos dimittat, nullam in eos quoquo modo, qualibet occupatio-
ne, molestiam ingerat, vel ingeri faciat, nullum præstabit impedi-
mentum, quo ipsa Ecclesia iustitias vbiq; sibi debitas minùs per-
cipiat; scilicèt à modo Decimas, & oblationes mortuorum, & se-
pulturas, irrigationes terrarum, Pascua, Piscationes, & omnes aliæ
commoditates, tàm ipsa Ecclesia, quàm sui homines, & prædictæ
Ecclesiæ sibi subditæ de cætero habeant in pace, & in omni liber-
tate fruantur, nullo impedimento, vel disturbentur ad hæc, aut
supradicta omnia sine diminutione seruentur. Obligauisse suos

hæredes, & si aliquo tempore concordia, & pacta prædicta infringere, vel contrariare præsumpserit, componat Regiæ Curiæ libras auri quinquaginta, ipsa concordia firma, & inconcussa manente, ad huius autem concordiæ firmitatem consensu, & rogatu vtriusq; partis, tria similia scripta per manus Ioannis de Melfa Regij Notarij iussimus scribi, & manuum nostrarum,& ipsius Oddonis subscriptione firmari, quorum vnum præcipimus Marsicano Episcopo Venerabili tradi, alterum ipsi Oddoni, tertium in sacra aula Regia reponi. Datum in Vrbe felici Panormi, anno, mense in Domino præscriptis.

✠ Ego Gulielmus Panormitanus Archiepiscopus.
✠ Ego Bartholomæus Argentinen. Episcopus.
✠ Ego Matthæus Domini Regis Vice-Cancellarius.
✠ Ego Oddo de Celano filius quond. Comitis Raynaldi scribi rogaui, & propria manu firmaui.

XIIX.

ZACCHARIAS Marsorum Episcopus, Lateranensis Concilij decreta sub Alexandro III. anno M. C. LXXIX. subscripsit, & vt iura Ecclesiæ S. Bartholomæi de Auezzano, aliarumque Ecclesiarum suæ Diœcesis à Gentili de Pallarea vendicaret, qui in
1179 multis illas vexabat, Gulielmum secundum Siciliæ Regem adijt, & vt controuersias suæ Regiæ sententiæ stabilitate sedaret, rogauit; & quam nè tempus aboliret, Abbas,& Canonici præscriptæ Ecclesiæ publico Instrumento transcribi curarunt, anno M. CCC. L. XIII. eaque tandèm dentibus Æui corrosa, & vetustate abolctis literis mutilata ad manus nostras deuenit, vt vix sensus percipi possit; & nè iterùm pereat eo, quo legi, transcribique potuit modo, hic inseri curauimus.

In Dei nomine Amen. Anno Domini MCCCLXIII. Regnante Excellentissima Domina Nostra Ioanna Dei gratia inclyta Hierusalem, & Siciliæ Regina Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Prouinciæ, & Forcolonij, & Pedemontis Comitissa; Regnorum verò eius anno vigesimo, die octaua mensis Ianuarij primæ Indictionis apud Auezzanum in Ecclesia S. Bartholomæi de dicta terra. Nos Lucarellus de Magistro Antonio annalis Iudex dictæ terræ Auezzani. Philippus de Benedicto publicus eiusdem terræ Regia auctoritate Notarius,& testes subscripti, ad hoc vocati specialiter, & rogati; videlicèt Iudex Ioannes de Polone Abbas nominatus de Bisinio, Notarius Paulus de Auezzano, Petrus Notarij Andreæ de eadem terra, Andreas Sancti de Auezzano, publico scripto declaramus, notum facimus, & testamur, quòd vocatis nobis, qui suprà

Iudi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Iudice, & Notario; & teſtibus ad præſentiam Venerabilis viri Abbatis Ioannis de Corcumello Vicarius Reuerendi in Chriſto Patris, & Domini Thomæ Epiſcopi Marſicani, Abbas Angelus de Vico, D. Iacobus D. Andreę Diaconi beneficiati; & Abbas Iacobus de Auezzano, Canonici Eccleſiæ S. Bartholomæi de Auezzano, aſſerentes in dicta Eccleſia eſſe quoddam Inſtrumentum, ſeù Priuilegium vtile, & neceſſarium dictæ Eccleſiæ, dubitantes dictum Inſtrumentum poſſe proptèr vetuſtatem conſumi, vel alio caſu, & euentu deperire; ideò nè de ipſo, & eius tenore pereat memoria in futurum, & per incertitudinem ipſius, & contentorum in eo, dicatur Inſtrumentum deperditum . . . . . ideòq; Iudices, Notarij, & teſtes cum Vicarij auctoritate prælibati, & eiuſdemmet Iudicis ordinarij terræ Auezzani in ſpiritualibus pro parte dicti Epiſcopi prælibati . . . . . & in publicam formam redigi, vt eandem cum originali obtineat, quod Inſtrumentum vidimus, legimus, inſpeximus, & perquiſiuimus diligentèr, & inuenimus non abolitum, non cancellatum, non obroſum, nec in aliqua parte ſuſpectum; ſed in propria figura, eadem manu continetur ſub verba . . . . . & erat per omnia tenoris, & continentiæ ſubſequentis. In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, anno ab Incarnatione milleſimo, centeſimo, quadrageſimo ſecundo, ſexto decimo Anno Regni Domini Guilielmi ſecundi Sereniſſimi Regis, menſe Februario, ſeptimadecima die eiuſdem menſis. Indictione Quintadecima. Domino Ruberto Dei, & Regia gratia Caſſinen. Comite magno Comeſt. & magno Iuſtitiario totius Apuliæ, & terræ Laboris. Omnia tenente. Reſidentibus nobis Ioanne Magiſtro, Iudice Alexandro, Ioanne Leone, & Ioanne Iudicibus ſupradictis, nec non præſentibus Domino . . . . . Mutinenſi Epiſcopo, & Domino Pamphilio ſeniore Caſertinens. Epiſcopo, de lite, quæ vertebatur inter Dominum Zachariam Venerabilem Marſicanum Epiſcopum, & Dominum Gentilem Pallarea prò Eccleſia S. Bartholomæi de Auezzano. Idem Dominus Epiſcopus ſuper eodem negotio litteras Dominæ Regiæ Maieſtatis . . . . . repræſentauit Magno Comeſt. & Magiſtro Iuſtitiario Apuliæ, & terræ Laboris fidelibus ſuis ſalutem. Speciales, & dilecti, vt ex eius continentia; videlicèt: Gulielmus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Tranc. . . . . Zacharias . . . . . nomine. Panormi ad Curiam noſtram veniens oſtendit Maieſtati noſtræ dicens: quòd Gentilis de Pallarea vendicat in demanium . . . . . Marſicani Epiſcopi; videlicèt Eccleſiam S. Bartholomæi, quæ ſita eſt in terra ipſius Gentilis, & percipit, & exportat ad vſum . . . . Dominium, & poſſeſſionem ipſius Gentilis, Abbas, & Canonici prædictæ Eccleſiæ pro

eorum

eorum ſubſtentatione habere conſueuerunt, quod ſicut ipſe Epiſcopus aſſerit . . . . . & tandèm ab Eccleſia eiecit,& alij coacti peruenti Eccleſiam dimiſerunt, & ſuper Eccleſiam ipſam, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus . . . . . mandamus fidelitati veſtræ, & præcipimus Reuer. præſenti Epiſcopo eundem prædictum Gentilem ante vos venire faciatis,& adhibeatis . . . . . differentiam audiatis, & rationes, proùt idem Epiſcopus oſtendit pro Eccleſia ipſa, & ſimilitèr, ratio es . . . . . oſtendat, & probet pro ipſa Eccleſia iuſtè, & rationabilitèr habere debet ipſa Eccleſia, pro ea, & Gran. . . . . oſtendet, & probet, quod iuſtè, & rationabilitèr habere debet de præfatis hominibus, & tenimentis eiuſdem Eccleſiæ ſimilitèr habet . . . . . iuſtè,& . . . . . quod tenet . . . . . Dominationi veſtræ apertè, & diſtincte ſignificat . . . . . in ſpecie datum eſt . . . . . & de Gentili inſuper . . . . . & ipſa . . . . . reſpondeat de Eccleſia ipſa tranſigerit cum eodem Epiſcopo, pro qua tranſactione Dominus Epiſcopus, & Iudex . . . . . Eccleſia ipſa . . . . . vſum, & antiquam conſuetudinem faciebat . . . . . ſuper quibus cum multa erunt litigia . . . . . vtræque partes, ad hanc concordiam conuentionē deuenerunt; videlicèt. Quòd dictus Abbas inſtitueretur ab Epiſcopo . . . . . Bartholomæi de perſona Clericorum, & Canonicorum, & Parochianorum eiuſdem Eccleſiæ, ità Epiſcopo; ſcilicèt, vt . . . . . Domino Gentili repreſentatur, & ab eo ſicut dictum eſt inſtituendum . . . . . dummodò de Viris dictæ Eccleſiæ *S.* Bartholomæi participent meliorem vineam in Portionem . . . . . terrarum, ſeù vinearum diuidantur Domino Gentili per medium cum Eccleſia, & Dominus *E*piſcopus recipiat omne quamquod . . . . . eſt domus Domini Gentilis . . . . . de quibus ſingularitèr reddet Decimam ipſi *E*ccleſiæ, & pro Angarijs Prati, & vti Domino, ... vineam quartæ ſimulæ vtilem decimam pro antiquario duas libras ceræ, partem vtramque . . . . . *E*ccleſia S. Bartholomæi in Caſtro de Ceſe, non moleſtari eadem *E*ccleſia in parte . . . . . excepta cuſtodia, quam habebat Dominus . . . . . Dominus Gentilis eiuſdem *E*cclesiam accipiet de lignis ipſius Boſci pro reſtauratione . . . . . Idem Gentilis haberet in collectam eiuſdem *S.* Mariæ de Auguſto paritèr ibi ſinè obſtaculo,& . . . . . eidem, & iubet cito inſtante Domino Gentili . . . . . *E*ccleſiæ conſtitutione ipſi . . . . . *E*mphiteuſi Inſtrumenti poſſident . . . . . idem Dominus Gentilis, & filius, & nepos in Dominium ipſi *E*ccleſiæ, ſicut . . . . . poſſideat omnes poſſeſſiones ipſas ſi attigerit in . . . . . ipſum Gentilem filium, & nepotem verum patrimonium . . . . . ipſa *E*ccleſia fuerat, ſimilitèr ſicut veſtra, & omnia in poteſtatem ipſi

Eccle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Eccleſiæ . . . . . memoriam effugiens prædictum Inſtrumentum, conuenientia, & concordia . . . . . Quoniam alterum Domino Gentili aſſignandum Riccardo Curiæ Notario . . . . . Gentilis iſte de Pallarea ſubſcripſit donationem factam per Henricum ſextum Imperatorem Berardo Aſculano Archidiacono de Caſtro *S.* Homeri anno M.CXCV., & in alio diplomate ad fauorem Raynaldi *Epiſcopi* Aſculani anno M.XC.IIL. in Italia Sacra in ſerie *Epiſcoporum* Aſculanorum fol. 159.

XIX.

THOMA*S* ab Innocentio Tertio *Epiſcopus* deſtinatur, à quo confirmationem ſententiæ latæ per Tranſericum *S*poletanum *Epiſcopum*, ex delegatione Alexandri Tertij, tempore Benedicti Anteceſſoris in controuerſia diù agitata cum Abbate Firentillo pro iuribus Æccleſiæ S. Petri de Pazana. anno M.C.XCII. è viuis exceſſit. Ex ſententia in Archiuio Cathedralis Marſorum. 1192.

XX.

INGEAMV*S* Epiſcopus teſtis in donatione facta Collegiatæ Tranſaquarum à Petro Comite Celani, quam anathemate aduersùs contrà venientes muniuit anno M.CXCVX. prima Aprilis tenoris ſequentis ex Archiuio dictæ Collegiatæ. 1195.

In nomine Domini Æterni Dei. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo, nonageſimo octauo, menſe Aprilis in die prima. Nos Comes Petrus de Celano quon. Berardi Comitis filius hac die præſenti, libero arbitrio, ſpontanea voluntate, pro redemptione animæ meæ, noſtrorumque Parentum concedimus, & confirmamus pro nobis, noſtriſque hæredibus Eccleſiæ *S.* Cæſidij, quæ ſita eſt in Caſtello Tranſaquarum per manus Domini Raynaldi Venerabilis eiuſdem Eccleſiæ Abbatis, præſentibus Canonicis ipſius Eccleſiæ, Presbyteris, Thadeo Presbytero, Petro Sacriſta, Presbytero Petri Antonij, Diacono Petro de Azzo, Diacono Giſo, Ioanne de Melo Diacono, Andrea Bonello Diacono, Elia Petri *S*ubdiacono, Petro Benedicti Subdiacono, *A*ndrea de Villa *S*ubdiacono, Benedicto Azzonis Subdiacono, Ægidio Subdiacono; Piſcationes in lacu Fucino, cum introitu, & exitu, & cum omnibus ſuis pertinentijs, in loco vbi Macerola dicitur, quæ tales habet affines, ab vno latere via de Auezzano, ab alio latere girata, quæ vocatur Cretorum; Vt ipſas giratas prænominata *Eccleſia* in perpetuum teneat, habeat, poſſideat eo Iure, & tenore, quo Comes quon. Rogerius Andreæ ipſas Piſcationes, iàm dictæ *Eccleſiæ* dedit *Berardus filius Petri Comitis de Celano habuit vnã filiã Gualterij Brennæ ex Colouario lib. 4. f. 94*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

dedit eo tempore, quo tenebat Comitatum Albę; Et ficut continentur in Inſtrumento, quod idem Comes Rogerius prefatę Eccleſię fieri fecit, nulla reſeruata conditione, quod Inſtrumentum coram nobis preſentatum, & lectum fuit. Vt autèm hęc noſtrę conceſſionis, ac confirmationis pagina, ſemper firma, & inconcuſſa permaneat, hoc Inſtrumentum coràm ſubſcriptis teſtibus per manus Celalli Iudicis, & Notarij ſcribi, & reddi iuſſimus, teſtes rogati hi ſunt. Dominus Ingeamus Venerabilis Marſorum Epiſcopus teſtis. Magiſter Benedictus Domini Comitis Baiulus, rogatus teſtis, Berardus Elialy filius rogatus teſtis. Ego Celallius Iudex, & Notarius rogatus ab vtraque parte, coràm prędictis teſtibus hoc Inſtrumentum propria manu ſcripſi, & ſignum feci. Locus ✠ ſigni.

Quod piſcationis Ius per ſeculorum curſum Eccleſię illibatum conſeruatum fuit, donèc à Magnatibus, & Dominis loci turbaretur, quorũ violentia in proprios vſus conuertere nitebatur; Et cum Abbas, & Capitulum Regi Alphonſo à poſſeſſione deijci quererentur ex illius reſcripto Franciſcus Paganus ſententiam pro Eccleſia tulit, & turbantes lata pœna compoſuit; & nihilominùs poſtmodùm immutatam Marcus Antonius Columna glorioſiſſimus Princeps, vt quotannis in ſacra hebdomada, qui piſces eo in loco caperentur in refectionem Clericorum, & in Iuris dominij recognitionem Eccleſię à Piſcatoribus offerri iuſſit; vt ad noſtram etiam memoriam fuit obſeruatum; Magna itàq; animi claritate Piſcatores venatui his diebus incumbentes, omnes quos capiebant, publicè lętantes ad Excellentiam ipſam aſportabant, ex quibus vltrà quos in menſa conſumebant, quęſtum aliquem Capitulum, & Abbas inter ſe in diem Sanctę Dominicę Reſurrectionis diuidendum recipiebant; Vt à Canonicis, qui & perceperunt, & menſis interfuerunt, dùm illius inſignis Collegiatæ, immeritè licèt, curam geſſimus, audiuimus; Modò hoc etiam aboletum, ſolùm vt liberalitate donantis, nomen loci reſtat, qui communitèr, l'acqua de Santi appellatur; & nè deuoti Comitis munificentia, & Eccleſię Iura tempore deliteſcant, ſententiam ex illius Archiuio depromptam hìc inſerimus.

In nomine Domini Amen. Anno ab eiuſdem Natiuitate milleſimo quadringenteſimo, quinquageſimo ſeptimo, die vigeſimo menſis Aprilis, quintę Indictionis, Regnante Sereniſſimo Principe Domino Noſtro, Domino Alphonſo Inclyto Dei gratia Rege Aragonum Sicilię citrà, & vltrà Pharum, Valentię, Hieruſalem, Vngarię, Maioricarum, Sardinię, & Corſicę, Comite Barchinionę, Duce Athenarum, & Neopatrię, ac etiam Comite Roſſilionis, & Cerritonis; Nos Franciſcus Paganus de Ciuita Ducali V. I. D., & ad infraſcriptam cauſam ſpecialitèr per Sacram Regiam

giam Maiestatem specialitèr deputatus, proùt in Regijs suis literis in Curia de Papiro scriptis, munitis in dorso Magno Maiestatis ipsius sigillo, & alijs solemnitatibus Regiæ Curiæ roboratis, latiùs continetur, quarum quidèm literarum tenor talis est. Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ vltrà, & citrà Pharum, Valentiæ, Hierusalem, Vngariæ, Maioricarum, & Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinionæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, & etiam Comes Roscilionis, & Cerritaniæ, Egregio viro Francisco Pagano legum Doctori, Capitaneo Grassæ, & Gubernatori Comitatuũ Talleacotij, & Albæ, Consiliario fideli nostro dilecto gratiam nostram, & bonam voluntatem. Humilitèr ex postulatione nouitèr Maiestati nostræ facta, pro parte Venerabilium Abbatis, & Capituli Ecclesiæ S. Cæsidij de Transaquis Marsicanæ Diœcesis, Aprutij vltrà dicentium; qualitèr dicta Ecclesia habuit, & habet quoddam fundum Ecclesiasticum constitutum ab Ecclesia præfata, dari, & concedi in feudum aliquibus personis recognoscentibus dictum feudum ab ipsa Ecclesia, & eidem Ecclesiæ respondentibus, & respondere promittentibus de debitis, & seruitijs feudalibus solitis, dicentium etiam, quod ipsum feudum indebitè, & minùs iustè, & de facto fuit occupatum à quibusdam potentibus, & magnatibus, dictaque occupatio partes dicti feu di deuenerit ad manus Antonutij, Antonij Petri de Alba, qui illud spatio annorum decem, vel circà tenuit, & possedit, & fructus indè percepit, licèt indebitè.

Nec non quod per antiquos alios fuit de facto occupata quædam pars eiusdem Piscariæ lacus Fuciri in loco, qui dicitur: à l'acqua de Santi; iuxtà Castrum de Transaquis ad dictos Abbatem, & Capitulum spectantis, & pertinentis pleno iure in ipsorum maximum damnum, & interesse manifestum, ex quo pro eius parte nobis extitit humilitèr supplicatum, dignaremur in præmissis de iustitia prouidere; Nos autem dicta petitione benignè exaudita, prouidemus, proùt nobis tenore præsentium de certa nostra scientia, & deliberatè damus, committimus, præcipimus, & mandamus, quatenùs præfatis Abbati, & Capitulo vocatis, vocandis, superque contentis ministretis, & faciatis debitum iustitiæ complementum procedendo in ijs summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, malitijs, diffugijs, & cauillationibus omnibus retroiectis, committentes vobis, & vestrum cuilibet in præmissis, cum incidentibus, emergentibus, cum annexis, & connexis, ex eis vices, & voces nostras, plenariè cum præsentibus, & quod decreueritis debitè exequutioni demandetis, & contrarium non faciatis, quantùm gratiam caram habetis nostram, & iram, indignationem, & pœnam vnciarum centum cupitis euitare.

tare. Præsentibus autem post earum opportunam inspectionem, remanentibus pro cautela vicibus singulis præsentanti. Datum in Castello Nouo Ciuitatis nostræ Neapolis, die decima mensis Martij, quintæ Indictionis, anno Domini M.CCCCLVII. Rex Alphonsus. V. Clau. Vit. Michael Sanctius mandato Regio Reg. Vic. &c. Qui eas vidit in Regiſtro XXVII. ſoluat tantùm vnum tarenum Reg. Vndè viſa præſentatione dictæ Regiæ Commiſſionis nobis facta, per Abbatem Antonium Branchi Procuratorem dictæ Eccleſiæ. Viſa monitione, & Citatione factis, ſi aliquis erat, qui contrà prædicta opponere voluiſſet, aut ſua putauerit intereſſe. Viſo quod nullus comparuerit, qui contrà prædicta opponere voluiſſet. Viſa productione teſtium examinatorum ſuper præmiſſis; Viſis Iuramentis ipſorum; viſis etiam, & maturè diſcuſſis dictis, & atteſtationibus plurimorum teſtium fide dignorum, conſtito nobis per eorum dicta, partem dictæ aquæ Eccleſiæ S. Cæſidij eſſe, fore, aliàs occupata, matura deliberatione præhabita, conſideratis conſiderandis, & viſis videndis, quæ in prædictis, & circà prædicta, ſeruanda, videnda, & conſideranda fuerunt, & ſunt, Chriſti nomine inuocato, per ea quæ vidimus, & inſpeximus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus dictos Abbatem Angelum, & Capitulum nomine, & pro parte Eccleſiæ S. Cæſidij de Tranſaquis fore reſtituendos totaliter in corporalem tenutam, & poſſeſſionem, & in priſtinum ſtatum reponendum totius partis lacus Fucini, in loco qui dicitur l'acqua de Santi; iuxtà Caſtrum de Tranſaquis, & alios fines, & dictos occupantes, & alios detinentes quouis modo dictũ ius piſcandi, ſeù partem lacus Fucini ſpectantem ad dictam Eccleſiam, & dicto Abbati, & Capitulo pro ea condemnam us ad relaxandum, & reſtituendum Ius, & partem prædictam; Et ità dicimus, ſententiamus, & declaramus vigore, & auctoritate ſupradictæ noſtræ Regiæ Commiſſionis, mandantes, vt ſuprà ab omnibus inuiolabiliter obſeruari ad pœnam in præmiſſa Regia Commiſſione contentam, & ſub Regiæ gratiæ, aut indignationis incurſu, & prædicta facimus omni meliori modo, quo poſſumus. Lata, & data fuit dicta ſententia per ſupradictum Magnificum Virum Franciſcum Paganum Regium Gubernatorem Comitatuum Talleacotij, & Albæ &c. Et ad præmiſſa per ipsã Regiam auctoritatem ſpecialiter deputatum in Regia Terra Talleacotij ſub anno, die, indictione, prædictis; ſcripta per me Notarium Angelum Iacobi de Ciuitate Ducali, dicti Domini Gubernatoris actorum Magiſtrum, mandato, & requiſitione ipſius Domini Gubernatoris, præſente Abbate Antonio de Brancha de Magliano Procuratore dicti Abbatis, & Capituli acceptante. Vndè ad futuram rei memoriam, & dicti Abbatis, & Capituli cautelam, fecit

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

præsentes patentes literas sigillo præfati Domini Gubernatoris, & signo, & subscriptione mei roborari. Locus ✠ Sigilli Domini Gubernatoris. Locus ✠ Signi Notarij.

Anno 1227. sunt literæ Greg. IX. exaratæ ad Episcopum Marsicanum, Theatinum, Pennensem, Aprutinum, & alios eiusdem regionis, in quibus significatur causa Anathematis, quo percussus fuit Fridericus Secundus. Apud Odorisium Riualdum dicto Anno, num. 30

XXI.

IOANNES Episcopus, qui anno M.CC.XXX. in Monasterio S. Mariæ de Luco, & in ipso Oppido, quòd tùnc in spiri- 1230.
tualibus Cassinensi Abbati parebat, Iura Episcopalia, & Visitationem exercere intendens, Apostolico mandato abstinere monitus fuit, vt in Archiuio Cassinensi Sæculo CIX. Qui eodem, quo dictum est anno, Ecclesiam diuo Petro in Apiniacis dedicauit, hisq; in marmore versibus ornauit.

Anni milleni ducenti iàm bene pleni,
Mundo bis quini currebant ordine trini,
Pontificum Princeps, Cœlorum Clauifer Alme
Hoc à Ioanne nouum susçipe Simon opus,
Et qua ex Altaris, rutilanti tegmine factum,
Et tibi Petre, simul Clerus, & ipse pater.

XXII.

N. MARSORVM Episcopus litigium habuit cum Abbate, & Monasterio Casa Marij pro Ecclesijs S. Nicolai de Cappellis, S. Rufini in Archipteta, S. Nicolai, & S. Magni in Castulis, quas in longa præscriptione, nulli alij, quàm Abbati parere Monachi asseuerabant, nec iura Diœcesis Episcopo competere; Et licèt Monasterium S. Nicolai de Cappellis, & S. Lucij, ex permutatione Marsicana Ecclesia aliquando retinuerit ex Leonis Pontificis Decreto; Ad petitionem Monachorum in Monasterio S. Mariæ de Pertuso, ex cuius pertinentijs erant, irritum declaratum suo libero Iure vti licere debere; Ottoni Diacono Cardinali tit. S. 1236.
Nicolai in Carcere à Gregorio Nono. Anno M.CC.XXXVI. Causæ cognitione demandata, in gremio Diœcesis Ecclesias sitas, & Iuribus Episcopalibus obnoxias, illaque soluere debere sua sententia declarauit, quam decretali Epistola per Vghellium relatam, ad Marsicanum Episcopum directam idem Gregorius IX. comprobauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Non est hic reticendum, quod S. Ruphini in *Archipreta* Ecclesia vltrà Montem Carb onarij ad litus lacus, vt contemplationi Diuinorum Arcanorum attentiùs *Sanctus* Ruphinus Episcopus intenderet, in loco ab hominum consortio remoto constituxisse, ad quam etiam cum peteretur ab Imperialibus Satellitibus *S.* Cæsidius eius filius confugisse narratur.

Hanc solo æquatam, viæ vestigia intuenti referunt.

Illius tamen prouentus ex adiacentium possessionum redditibus vsque hodie Casa-Marij Abbates recipiunt.

Est, & in ea mentio alterius insignis Ecclesiæ S. Mariæ, nempè de Pertuso, *S.* Gregorij Magni recessu Illustris. *S*ita est hæc Ecclesia in horridita e Montium, qui nos ab Hernicis diuidunt, in valle, quæ modo de Rouito dicitur, in ea parte, quà vltrà Morinum Oppidum ad vastitatem Montium tenditur, suprà vnum ex fontibus Lyris, qui per foramen, ex alto montium iugo, magno impetu præcipitatur, ex altitudine ferè CXX. pass. tanto strepitoso fragore, vt aures impleat; Et per mille passus, continuus imber, qui ex præcipitatis in saxa aquis prouenit, propiorem præcludit accessum; Et tàm vberes fluunt aquæ, vt perennem retineat flumen cursum, qui vere, & æstate magna ditatur copia, cum aliòquin adueniente hyeme non ad siccitatem ferè depauperetur; in ea montium aspera horriditate, ità inuia, vt vix belluis aditum aperiat, tendente in altum ad mille passus, quam *S*ol in bruma oriens respicit, in deserta solitudine, inter vastas vndique, densasq; syluas Immaculatæ semper Virgini Mariç templum paruumq; Monasterium ad cœlestem contemplationem accommodatum, feruens Monachorũ ad Deum desiderium extruxit; In tanta asperitate, vt præ nimia niuium multitudine, & frigoris rigore per hyemem, vix habitabile censeatur, & ex illa tantùm parte, quæ præfatum oppidum respicit, intermissum iter panditur.

Dicta de Pertuso, vel ex foramine relato, vel ex alio, prope illud, per quod est transitus ad Syluarum amplitudinem, quippè aperitur naturali fornice Mons, vt exindè ad loca, quæ distant transeatur.

Fons ille hodie lo *S*chioppo vocatur. Fama est, quam adhùc hominum memoria recolit, illùc aliquando Magnus Pontifex *S.* Gregorius recessisse, dùm Monachus inter Monachos vitam ageret Religiosam.

XXIII.

1254. CÆSARIVS Marsorum Antistes, defunctus est Romæ anno M.CCLIV. Registro Vaticano.

XXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

XXIV.

NICOLAVS Præpositus Collegiatæ Ecclesiæ S. Ioannis de Celano, ad Episcopatum Marsorum electus, confirmationem ab Innocentio Quarto obtinuit XIII. Kalendas Iulij MCCLIV., & cum Præposituram eiusdem Guidoni Apostolico Subdiacono contulisset, illum eodem Episcopo commendauit, qui iterùm ab Alexandro Quarto ad Episcopatum confirmatur, ex Italia Sacra. 1254.

XXV.

S. MARSORVM Episcopus, cum Romæ sub Gregorio X. debitum naturæ soluisset, anno M.CC.LXXV. in eius locum Iacobus Canonicus Marsicanus eligitur, ex Bulla Honorij IV. inferiùs apponenda. 1275.

XXVI.

IACOBVS Canonicus Marsicanus in locum S. à Clero electus reclamantibus Præposito, & Capitulo Ecclesiæ S. Ioannis de Celano, prætendentibus ex antiqua consuetudine, Apostolicis Indultis roborata, electionem in eadem Ecclesia celebrandam esse, habereque per id Ius interueniendi in electionibus, in illiusque quasi possessione reperiri; Causa ad Sedem Apostolicam delata, Gregorius V. Matthæo Vrsino Diacono Cardinali eam demandauit, tenaciter iuribus insistentibus partibus, vltrà decem annos litigium prolatum, longiùsque processum habiturum; ni qualitates electi Celanensium Cleri animos emolissent, qui illius virtutibus præmoniti, Honorio Quarto, vt electionem confirmaret, supplices preces dederunt. Is tribus S. R.E. Cardinalibus, vt de validitate electionis cognoscerent in mandatis dedit, & cum secundum Sacrorum Canonum Decreta factam enunciassent, illam sine præiudicio Iurium Cleri Celanensis robur habere sanxit, vt ex eius bulla, quæ apud nos reperitur, cuius copiam Vghellio etiam commodauimus. 1250.

HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Clero Ciuitatis, & Diœcesis Marsicanæ salutem, & Apostolicam benedictionem.

Inter varias sollicitudines, quæ &c. Sanè dudùm Ecclesia Marsicana, per mortem b. m. S. Episcopi Marsicani, Pastoris solatio destituta, dilecti filij Capitulum ipsius Ecclesiæ, die ad eligendum Pastorem præfixa, vocatis omnibus, qui voluerint, debuerint, &

potue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

potuerint commodè interesse, *S*piritus *S*ancti gratia inuocata, venerabilem fratrem nostrum Iacobum Episcopum, tùnc Canonicum Marsicanum canonicè, & concorditèr elegerunt; sed post modùm, Præposito, & Capitulo Ecclesiæ *S*. Ioannis de Celano Marsicanæ Diœcesis prætendentibus electionem huiusmodi Episcopi celebrandam in eadem Ecclesia, quotiès illam contingit Pastore carere, tàm de antiqua, & approbata consuetudine, & hactenùs pacificè obseruata, quàm ex indulto *S*edis Apostol cæ speciali, & interesse debere, & Prædecessores eorum fuisse in huiusmodi Iuris eligendi possessione, vel quasi à tempore, cuius memoria non existit, & quam idem Capitulum post appellationem legitimam ab eisdem Præposito, & Capitulo nè ad electionem procederent sine ipsis, vt asserunt, ad *S*edem Apostolicam legitimè interiectam, dictum Iacobum ipsis contemptis, & irrequisitis, qui requiri, vt prætendebant commodè poterant, & de Iure debebant, in eorum præiudicium eligere præsumpserint in Episcopum Marsicanum, & se propter hoc ad *S*edem iteratò appellasse . . . . . causa quoque, quæ super hæc inter Præpositum, & Capitulum *S*. Ioannis prædictos ex vna parte, & Capitulum Marsicanum ex parte altera orta est, ad *S*edem ipsam per appellationem huiusmodi legitimè deuoluta fœlicis recordationis Gregorius Papa X. Prædecessor noster, dictum filium nostrum *M.S.Mariæ* in Porticu Diaconum Cardinalem dedit in causa ipsa partibus auditorem. Cumq; tandèm in causa huiusmodi post habitos coràm eodem Cardinali processus, fuisset à Patribus ipsis conclusum: Præpositus, & Capitulum *S*. Ioannis præfati nobis humilitèr supplicarunt, vt huiusmodi electionem de ipso factam tanquàm Canonicam, & de persona idonea canonicè celebratam, iure, si quod eis in electione *M*arsicani Episcopi competit, in posterùm reseruato confirmare misericorditèr dignaremur. Nos igitur huiusmodi Præpositi, & Capituli prædictorum, qui ad præfatam Ecclesiam *M*arsicanam ob diuturnam vacationem ipsis effectum debitæ compassionis habebant in Domino commendantes, eorum supplicationibus inclinati, præfato Nobis huiusmodi electionis Decreto, tàm electionem ipsam, quàm dictum I. apud *S*edem Apostolicam constitutum per venerabilem fratrem B. Portuensem Episcopum, ac dilectos filios nostros G. tit. S. *M*artini Presbyterum, & dictum *M. S. M*ariæ in Porticu Diaconum Cardinales examinari fecimus diligentèr & quia ex eorum relatione fideli, inuenimus electionem eandem *C*anonicam, & de persona idonea canonicè celebratam ipsam, sinè Iuris Præpositi, & Capituli S. Ioannis prædictorum præiudicio, de fratrum nostrorum consilio confirmandam, ipsumq; dictæ Ecclesiæ *M*arsicanæ præfecimus in Episcopum, & Pastorem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

rem, sibi administrationem Ecclesiæ *M*arsicanæ in spiritualibus committentes, & facientes ei per venerabilem fratrem nostrum *S* Prænestinensem Episcopum munus consecrationis impendi, firma concepta fiducia, quod dirigente Altissimo actus suos, eadem Ecclesia *M*arsicana per suæ circumspectionis industriam spiritualitèr prospere dirigetur, & salubria, dante Domino suscipiet incrementa. Quo circà Vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attentè per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenùs præfatum Episcopum ad supradictam Ecclesiam *M*arsicanam cum benedictionis nostræ gratia venientem deuotè, & humilitèr admittentes, & honorificè pertractantes, sibi obedientiam, & reuerentiam debitam impendatis, & ei tanquàm membra capiti obsequi studeatis, diligentèr vigilanti, vt mutuo charitatis studio vobis, & sibi quæ sunt pacis adueniant, & tanquàm pacis æternæ solatium, largiente Domino cumuletur; aliòquin sententiam, quam idem propter hoc ritè tulerit in rebelles, & ratam habebimus, ac faciemus auctore Domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabilitèr obseruari. Datum apud *S*. *S*abinam XI. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

XXVII.

*M*orte sublato è viuis Iacobo, *M*arsicanum Capitulum de successore cogitans, Alexandrum nobilis familiæ de Pontibus à Curcumelo Oppido in nostra regione sito in successorem Episcopum elegit; sed eam Bonifacius Papa Octauus, qui electiones sibi reseruauerat, ratam non habens, alium Iacobum de Busce Ordinis Prædicatorum in Episcopum *M*arsorum nominauit, Nonis Octobris, anno *M*.CCXCV. ex Vaticano regiſtro; Est familia præfata de Pontibus ex nostratibus Insignis, Procerum, & Ecclesiarū Præsulum decore ornata, & cum de viris Illustribus agemus, dicemus. 1295.

XXVIII.

PETRV*S* Priuernas, antea Anagninus Episcopus ad hanc Ecclesiā primo translatus, anno *M*.CCCXXVII. & postmodùm ad Theatinam Ecclesiam occasione inferiùs dicenda, Romæ vitam finiuit *M*.CCCXXXVI. Ex Kalendario Vaticano testatur Vghellius. 1327.

XXIX.

THO*M*A*S* Cyprianus Patritius, & Canonicus Theatinus (quem Vghellius Abbatem secularis Ecclesiæ *S*. *M*ariæ de *M*anulo

pulo Pinnensis Diœcesis,& in Diaconatum Ordinem constitutum facit) ob mortem Ioannis Crispani militis Neapolitani, Theatini Episcopi, à Capitulo illius Ecclesiæ electus, cum haberet notitiam reseruationis electionis,nolens in contemptum *Sanctæ Sedis* Apostolicæ insulas suscipere,& munia Episcopalia obire, Auinionem Benedictum XI. Summum Pontificem adijt, in eiusque manibus electioni cedens Episcopatum dimisit; qui modestiam viri admiratus, Marsicanam Ecclesiam illi contulit; Petro Priuernate ad Theatinam translato, vt ex eius diplomate in Archiuio Theatino asseruato contineri retulit Lucius Camarra; vt mox videbitur in Theate Sacro, quod est editurus; Theate tumulatur in Cathedrali Ecclesia cum insequenti inscriptione.

1338. Hic requiescit Corpus Reuerendi Parris Domini Domini Thomæ de Ciuitate Theatina, *Episcopi* Marsicani, qui obijt anno Domini M.CCCXXXVIII. die X. mensis Martij primæ Indictionis, cuius animam Creator, & Redemptor omnium benedicere, & colloçare dignetur cum *Sanctis* Angelis suis in vitã æternã Amen.

XXX.

1348. THOMA*S* ex *Archipresbytero* Roseti Arienſis Diœcesis, à Clemente VI. post mortem Thomæ,Episcopus Marsorum enunciatur, anno M.CCCXLVIII.

XXXI.

1349. BARTHOLOMÆVS Adlectus Marsorum Episcopus, Sacro Collegio solitum subsidium pollicetur die VI. Iunij M.CCCXLIX.

XXXII.

1363. THOMAS de Piscina, ex familia Puccia Marsorum *Episcopus*, qui interfuit vti testis exequutioni Bullarum, collationis Abbatiæ *S.* Mariæ de Valle, Marsorum Diœcesis,collatæ Raymundo Cardinali Diacono tit. *S.* Adriani die 10. Nouembris 1353, & protulit sententiam inter fratres Conuentuales, & Abbatem, & Canonicos Collegiatæ Ecclęsiæ S. Bartholomæi de Auezzano, anno M.CCCLXIII., viget eius memoria in Ciuitate Piscinæ, eiusque insignia cum viridi galero depicta in domo ipsius familiæ adhuc conseruantur.

XXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

XXXIII.

IACOBVS de militibus Romanus Canonicus Ostiensis, & Papæ Cappellanus, electus Marsorum Episcopus, tertio Idus Decembris M.CCCLXIII. ad Aretinam Ecclesiam in Etruria postmodùm translatus. Ex Vaticano regiſtro. 1363.

XXXIV.

BERNARDVS iàm priùs Archidiaconus Marsorum Ecclesiæ, post Iacobum, Episcopatum susceptit XVI. Kalendas Ianuarij M.CCCLXV. 1365.

XXXV.

PETRVS, qui partes Clementis VII. Anti-Papæ fouit, ab Vrbano VI. in locum Bernardi ordinatus Episcopus XIV. mensis Febtuarij M.CCCLXXX., ad Vicariatum S. Mariæ Maioris de Vrbe addicitur. 1380.

IACOBVS Petro succeſſit, quo vita functo, Vrbanus VI. Gentilem destinauit Episcopum V. Kalendas Augusti anno septimo eius Pontificatus ex Archiuio Marsorum.

XXXVI.

GENTILIS de Agello Marsorum Diœceſis ab Vrbano VI. anno VII. sui Pontificatus, quarto Kalendas Augusti, Marsorum Episcopus effectus, anno M.CCCLXXXV., Vnà cum Henrico de Henricis à Transaquis, donauit Ecclesiæ S. Cæsidij Ruralem Ecclesiam S. Thomæ in fossa de Villa de Iure Patronatus ex fundatione, & dotatione familiæ de Henricis, in honorem præfati Martyris S. Cæsidij, in cuius Ecclesia ipse Henricus ex suis progenitoribus fundatas habebat Cappellas in honorem S. Catharinæ Martyris, & S. Thomæ Apostoli erectas, & insignijs familiæ ornatas cum sepultura progenitorum, cum omnibus Iuribus, & pertinentijs suis; cum onere tamèn celebrandi Missas quinque in qualibet hebdomada, nihil sibi reseruans præfatus Henricus, & saluo Iure soluendi Episcopo, & succeſſoribus quolibet anno in mense Augusti cuppas sex hordei, & carolenos quindecim, pro Iure procurationis, & Cathedratici, qui in hodiernum vsque diem soluuntur; adest instrumentum donationis in Archiuio eiusdem Ecclesiæ. omni solemnitate vallatum, & manu præfati Episcopi roboratum 1385.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

per manum Andreæ Lucæ de Casiluerio, sub die quinta Nouembris *M.*CCCLXXXVII. quem ad Ecclesiã Neocastrensem pridiè Idus Nouembris translatum à Bonifacio IX., anno IX. sui Pontificatus, anno *M.*CCCXCIX.

XXXVII.

1397. PHILIPPVS, qui Puteolanus *E*piscopus fuerat, huius Ecclesiæ administrationem obtinuit, anno *M.*CCC*X*CVII. 12. Idus Nouembris.

XXXVIII.

1400. F. IVLIANVS Thomasius ex Ordine *M*inorum, cum schisma vexaret Romanam Ecclesiam à Clemente VII. Antipapa Ecclesiam *M*arsorum obtinuit anno *M.CCCC.* ipsamq; conatus retinere, flagrante schismate aduersùs electos à legitimis Pontificibus, continuis,& diuturnis contentionibus vexatus; Alexander V. Sedis honore spoliauit, & postmodùm miseratus calamitatem ipsius, & vt etiam finem litibus daret, in Priorem *M*onasterij *C*ollis *M*artij Ordinis S. Augustini *S*enensis Diœcesis elegit. Quem, posteà *M*artinus V. in *C*apritanensem Ecclesiam transtulit. *C*um per plures annos *M*arsorum administrasset.

XXXIX.

1418. SALVATVS de Pireto, Oppido in ditione *M*arsorum Diœcesis posito, inter Æquicolas numerato, cum esset *C*anonicus *S* Laurentij in Damaso, à *M*artino Quinto *M*arsorum Episcopus destinatur, anno *M.CCCCX*IIX. Kalend. *M*artij.

XL.

1430. THO*M*AS Episcopus, qui decreuit, funeralium quartam spectare ad Abbatem *S*. *M*ariæ de Alba, in controuersia inter ipsum Abbatem, & Episcopum, ex sent. in Archiuio *C*ollegiatæ de Albe. Ab eodem *M*artino V. Episcopus electus, fato cessit anno *M.CCCCXXX.*

XLI.

1430. SABBAS de *C*ortonibus Romanus ab Eugenio IV. Ordinatus *M*arsorum Episcopus, in *V*icarium Generalem elegit *M*arianum Abba-

Abbatem Collegiatæ S. Bartholomæi de Auezzano, ex Chirographo eiusdem, in Archiuio dictæ Ecclesiæ in actibus Concistorialibus.

XLII.

THOMAS, de quo habetur mentio in sententia lata per Marinum de Furfona Vice-Comitem Albæ, inter Præpositum S. Mariæ de Luco, & Rogerium Rogerij à Transaquis, occasione cuiusdam fundi per Dominam Philippam de Vrsinis Comitissam Albæ, Cassinensi Cœnobio donati, cuius sententiæ tenor in actis Notarij Angeli Bartolutij de Auezzano stipulatus reperitur, anno MCCCCXLIV. 1444.

Magister Gerardus publicus in Romana Academia scientiarum professor, inter Primarios sui temporis literatos numeratus, ad Marsicanam Sedem electus à Paulo II. vt vice legati in Orientalibus partibus fungeretur missus, indè rediens Theate obijt, anno M.CCCCLXVI. Hieronymus Nicolinus in historia Theatina cap. 10. 1465.

XLIII.

ANGELVS filius Notarij Antonij Machafani, nobili genere de Pireto, primus huius familiæ numeratur Marsorum Episcopus, cum fuerit tertius, qui Marsorum Sedē tenuerit, siquidèm Gentilem. & Saluatum de Pireto huius familiæ fuisse mihi persuasum est; Cum eo tempore more Longobardorum Familiæ nomen ex Iurisdictione, & dominio locorum nancisserentur, & Oppidum præfatum in eorum ditione erat ab anno MCCCX. Ex Annalibus M. S. Monaldeschi.

Hic autem Cardinalis Capuani tit. S. Marcelli, Auditor ab Eugenio Quarto in Marsorum Episcopum eligitur XIV. Kalendas Septembris anno M.CCCCLXVI. Piceni autem Generalis Thesaurarius fuit; Fanensi, & Maceratæ Ciuitatibus iura dedit, ibidemque decessit anno M.CCCCLXX., sepultusq; est in Cathedrali ante Altare Maius, in marmoreo sepulcro, vbi eius effigies, & insignia, cum sequenti Elogio sepulcrali habentur. 1466. 1470.

Sepulcrum. Reu. P. D. Angeli. Episcopi
Marsicani. Marchiæ. Anconitanæ
Generalis. Thesaurarius. & locum
Tenentis. ac Gubernatoris. Ciuitatis
Fani. obijt XIV. septem. M.CCCCLXX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

XLIV.

1470. FRANCISCVS Machafanus à Paulo II. Marſorum Epiſcopus deſtinatur, poſt obitũ Angeli. IV. Idus Iulij M CCCCLXX.

XLV.

1471. GABRIEL Iacobus Machafani, filius Iacobi Antonij, Angeli Nepos, poſt mortem Franciſci fratris hanc Sedem ſuſcepit anno M.CCCCLXXI., & eam cum ad annum vſque M D.XI. gubernaſſet, Iacobus nepotem cum futura ſucceſſione obtinuit, & ipſe fato cedens, in Eccleſia S. Mariæ, dicta delli Bſognoſi, in monte propè Piretum tumulatur, cum hac inſcriptione.

D. O. M.

GABRIELI. Marſorum Epiſcopo. qui. vixit. annos LXV. menſes IV. dies XVIII. Iacobus. Nepos. eorundem Epiſcopus. Hoc Monumentum. Patruo. B. M. P.
Anno. ſalutis. M. D. XI. H. M. H. S.

XLVI.

1498. IACOBVS Camilli Machafani filius ex Archipresbytero S. Euſtachij in Vrbe, coadiutor Patrui datus anno M.CCCC. XCIIX. 18. Iunij Archipresbyteratum Angelo fratri ceſſit, qui primus Anſianenſis Epiſcopus fuit, & in Eccleſia Tranſaquarum tumulatur, quò acceſſerat, vt Leonoram neptem ſuam, Atauiam meam inuiſeret. Ipſe Iacobus Beneuentanam Ciuitatem rexit, ac Ioannem Dionyſium nepotem ſuum in Epiſcopatu Coadiutorem obtinuit. Obijt Pereti, ibique in Eccleſia S. Syluestri abſque vllius honore ſepulchri tumulatur.

XLVII.

1533. IOANNES Dionyſius Machafanus, coadiutor Iacobi Patrui Eccleſiam Marſorum rexit ad annum M.D.XXXIII. ſepultuſq; in Collegiata Tranſaquarum etiam abſq; honore ſepulchri.

XLVIII.

MARCELLVS ex nobiliſſima Creſcentia gente natus Romanus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

manus, Canonicus S. Mariæ Maioris, ob præstantes ingenij dotes, & Iuris ciuilis scientiã, Sacræ Rotæ Auditor à Clemente VII. anno ætatis suæ XXV., & postmodùm Marsorum Episcopus anno M.D. XXX III. declaratur, eamq; maioribus Ecclesiæ negotijs occupatus absens rexit, & à Paulo III. S. R. E. Cardinalis tit. SS. Ioannis, & Pauli creatur, post varias præfecturas, & legationes peractas, Veronæ obijt, anno M.D.LVII., vbi honorificè tumulatur, eiusque laudes, & munia in Elogio sepulcrali habentur. 1533.

D. O. M.

MARCELLO Cardinali Crescentio, qui ob insignem pietatis, & ingenij laudem XXV Annos natus, à Clemente VII. Romæ Auditor, deindè Episcopus factus à Paulo III. S. R. E. Cardinalis creatus, Principum virorum, Regumq; in primis gratia, & beneuolentia floruit, sub Iulio III. Bononiæ perpetuus Tridentini Cõc. solus Apostolicæ Sedis legatus, in Orthodoxæ fidei causam cum totus incumberet, graui morbo correptus Veronæ decessit, anno ætatis suæ LII. salutis humanæ M. D.LII. Kalend. Iunij. Alexander Crescentius Alexandri nepos, Hyppoliti filius, Marij pronepos fecit anno M.D. LVI. 1552.

XLIX.

FRANZINVS Michaelis Sipontinus, Episcopus post Cardinalem Crescentium Marsorum efficitur, an. M.D.LVI. die XVII. Aprilis, & à Paulo III. Gubernator Vrbis destinatus ann. M.D. . . . ad Ecclesiam Casalensem Montis Ferrati trãslatus est. 1556.

L.

NICOLAVS de Vigilijs Bononiensis Franzino successit ann. M. D. LX. plenusque dierum obijt, cum sedisset ad annum vsque M. D. LXII. 1560.

LI.

IOANNES Baptista Milanesius nobilis Florentinus, electus Marsorum Episcopus die XXVII Maij M. D. LXII. vnus ex patribus, qui Sacro Trid. Conc. interfuerunt; Per decem, & septem annos Ecclesiam gubernauit; Plurimus etiam rectus, ni fallacibus fraudibus sui familiaris, quem cum omnimoda potestate, vt nepotem suum ab infidelibus Piratis captum redimere procura- 1562.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

curaret, alijs grauibus de causis peragendis ad Vrbem miserat, Sedem relinquere coactus fuisset.

Ille quippè Vrbem adueniens, aliud in animo habens; quam sui Domini negotia perficere, maioris pręmij spe, vel auaritia allectus de Episcopatu dimittendo agere cæpit; eoq; dimisso, alter (non expectato abdicantis assensu) eligitur, & consecratur; Quod serò credens, Mlanesius seriùs Curiam petens, Jura sua repeturus,& eo reclamante, & obtestante perfidi Procuratoris fallaciam, contrà quem cum pluries frustrà peroraſſet, suamq; innocentiam, & dolosam malitiam illius aperuisset, qui pertinacitèr obtestans mendacium,cum persisteret;Re plenè discussa,& simplicitate,artificiosæ fraudis versutia delusa, nihilq; proficiens, Florentiam regredi, tardè errorem suum cognoscens, Episcopatuq; spoliatus, in proprijs laribus, priuatam vitam est ducere coactus; Sed & alio ibi aduersantis fortunæ cursu opprimitur,cùmq; acri cura ab vnici nepotis captiuitate premeretur, ex supellectilium, aliarumq; rerum venditione, pecuniam ex pactione Piratis debitam, illis misit, qua libertate dum potiretur,& postliminio ad tuos regredi properaret, infelix iuuenis,vt infeliciorem Auunculum redderet,in ipso itinere naturalis vitæ cursum immatura morte compleuit; sic Episcopatum,nepotem,& pecuniam deperdidit. Tot ærumnis oppressus, & ætatis incommodis grauatus, ad Patres applicuit. Pastor alioquin vigilans,simplex, & rectus;forsitàn in suis ouibus verbo, & exemplo pascendis,nulli ex anteactis secundus Nã post S. Concilij dissolutionem, primus omnium ex Marsorum Ecclesiæ Præsulibus,Synodũ coegit, vtilesq; sanctiones pro moderamine,& regimine suæ Diœcesis edidit, quæ in nostris manibus conseruatur.

LII.

MATTHÆVS Colles Neapolitanus, Abbas S. Mariæ de Victoria, & S. Catherinæ in Cella, post Milanesium, Episcopus
1579. Marsorum enasit, anno M.D.LXXIX., statimq; ac illius possessionem adeptus est, ad reordinandam suam Diœcesim se totum dedit, eamq; cum primum lustrasset. Clerum ad honestioris vitæ formam reduxit, Ecclesiasticum cultum auxit; Palatium pro Episcoporum residentia (cum anteà certam Sedem nõ haberent)propè Piscinam ædificauit,& cum Ecclesiã S.Sabinæ Cathedralem suam, longè à cultu hominum, & campestri loco sitam videret, Cathedram in Ecclesiã S. Mariæ Gratiarum ab ipso à fundamentis erectam,nõ longè à nouo Palatio à Gregorio XIII. transferri curauit, vt ex literis Pontificijs hic adiungendis mox apparebit. Sub suaditione Castrum Luci, quod anteà Cassinensi Abbati parebat, reduxit,

duxit, & S. Romanæ Rotæ determinatione ad se pertinere, & in possessione manuteneri obtinuit. Præpositum Celani mitra, baculo, & Iurisdictione quasi Episcopali vtentem subegit. Insignioribus suæ Diœc. locis, Ecclesias anteà Parochiales, cœtum beneficiatorum aggregans, collegiatas effecit; & illas, quæ eo iure potiebantur, numero seruientium aucto ampliauit; quibus ex vnione ruralium beneficiorum prouentus auxerat, multaq; alia præclara gessit; Et dùm in vendicandis Iuribus suę ditiõnis nimis intentus insudat, cõspiratione quorumdã Romę Carcere detinetur, & demùm ab imputationibus liber, acrius libertati suæ Ecclesiæ cõsulens, & pro ea operam in Vrbe nauans, fato oppressus in Ecclesia S. Laurentij in Lucina, cum sequenti inscriptione sepulchri tumulatur; Pastor vigilans, & indefessus, cui vti debere omnes Marsorum Episcopi profitentur, ob auctos redditus, Iurisdictionis ampliationem, & Sedis stabilitatem; vir sanè eruditus, & in scientijs humanis, & Diuinis apprimè versatus, cuius præcipuo opere in correctione Kalendarij Gregorius XIII. vsus fuit.

MATTHÆO Colli Neapol. S. Mariæ de Victoria, S. Catherinæ à Cella Abbati, Marsorum Episcopo, Ioannæ Aragoniæ Columnæ Garziæ à Toletis V. Regis Sicilię à secretis, liberalibus studijs erudito, in consulendis singulari, in Agendis incomparabili, suam Ecclesiam annos sexdecim regenti, vsurpata, diminuta, Collapsa reparanti, restituenti, augenti, Cathedralem, Seminarium, Domum Episcopalem, Monasteriũ erigenti, atque Romæ eam tuenti. Obijt Ann. salutis M.DXCVI. vixit An. LXIV. menses VI. dies.

Andreas Coll. Aldana non sine lacrymis Auunculo B. M. P.

Quo tempore miracula inuentionum Corporum Sanctorũ Simplicij, & sociorum Martyrum in Ecclesia Transaquarum accidit, & ipso monstrante, sunt inuenta; quippè cum ad casum lapidis fornicis Cappellæ ante gradus Maioris Aræ suauem efflaret odorem, re ad eum delata, properè ad Ecclesiam accitus aduenies, Scipione, quo sustentabatur, locum designauit, & Sacrum Thesaurum effodi iubens, ad Summum Pontificem rem detulit, ad eiusq; postulationem festum Inuentionis quotannis venerari iussit, & de Thesauro Ecclesiæ depromptas, vt fidelium deuotio excitaretur Indulgentias addidit. Est dies præfatę inuentionis 20. Septembris. *Gregor. XIII.*

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. In suprema dignitatis Apostolicæ specula, meritis licèt imparibus, Diuina dispensatione constituti, peruigiles mentis nostræ oculos ad fructuosam agri Dominici culturam frequentèr dirigimus, & vt præcipuas esse ducimus Episcopales Sedes in locis congruis plantare, ità non postremas officij Pastoralis partes existimamus eorundem locorum ruina, & desolatione currente,

Sedes

Sedes ipſas ad alia commodiora loca aliquando transferre, vt exindè Diuinus Cultus perſeueretur, & debitum Deo obſequium perſoluatur. Exhibita ſiquidèm Nobis nupèr pro parte Venerabilis fratris noſtri *M*atthæi Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli *M*arſicanen. nec non Vniuerſitatis, & hominum Oppidi, Ciuitatis nuncupatæ Piſcinæ *M*arſicanen. Diœc; Petitio continebat: quòd a quadringentis annis, & vltrà, cum Ciuitas *M*arſicanen. ob temporum, & bellorum calamitates deſtructa, & deſolata fuiſſet. prout adhùc eſt, Epiſcopus *M*arſicanus tùnc exiſtens, & prædictum *C*apitulum, ſe, & reſidentiam, quam apud Eccleſiam *M*arſican. facere tenebatur, vnà cum omnibus, & ſingulis eorum rebus, ac bonis, & paramentis Eccleſiaſticis, alijſq; ſacris ſupellectilibus quibuſcumq; ad Eccleſiam B. *M*ariæ, de Gratia nuncupatæ dicti Oppidi, tanquàm commodiorem, & ipſi *C*iuitati viciniorem, quantum in eis fuit tranſtulerunt, & transferri curauerunt, & ab indè intra ipſam Eccleſiam B. *M*ariæ loco eorum *C*athedralis Eccleſiæ, & debitæ reſidentiæ habuerunt, & pacificè poſſederunt, inibiq; horas *C*anonicas, diurnas, paritèr & nocturnas, ac *M*iſſas, & alia Diuina officia celebrauerunt; *C*um autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, nulla hominum memoria, qua auctoritate tranſlatio huiuſmodi facta fuerit, nec de ea aliqua monumenta, vel aliæ ſcripturæ extant, & propterea *M*atthæus Epiſcopus, & prædictum *C*apitulum dubitant, nè ſucceſſu temporis de validitate eiuſdem translationis hæſitari, ſeq; deſuper moleſtari contingat, pro parte *M*atthæi Epiſcopi, & *C*apituli, & Vniuerſitatis, & hominum prædictorum

Nobis fuit humilitèr ſupplicatum, quatenus eis in his opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui honeſtis petentium votis, quantum cum Deo poſſumus, libentèr annnuimus, eaq; fauore proſequimur opportuno, *M*atthæum Epiſcopum, & ſingulas perſonas *C*apituli, & Vniuerſitatis, & hominum huiuſmodi à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, Interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs; Cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, in quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentiũ dumtaxat conſequendum, harum ſeriè abſolutis, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati *S*edem Epiſcopalem *M*arſican. & Pontificalem, & alias dignitates, nec non *C*anonicatus, & Præbendas ipſius Eccleſiæ *M*arſicanæ, cæteraq; beneficia Eccleſiaſtica in ea fundata, erecta, & inſtituta, nec non perſonas illo nùnc, & pro tempore obtinentes, ac prædictum Capitulum, vnà cum vniuerſis, alijſq; inſignibus Epiſcopalibus, & Capitularibus, eorumq; fructibus, rebus, bonis, Iuribus, & pertinentijs, ac oneribus illis incumbenti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

bentibus, nec non ornamentis, paramentis, & alijs sacris supellectilibus quibuscumq; ac ipsius Ecclesiæ Marsicanen. statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis, & concessis ad dictã Ecclesiam B. Mariæ, quamdiù Ciuitas, & illius Cathedralis Ecclesia huiusmodi restaurata, & ad debitum statum reducta non fuerit. Ità quod interim Matthæus, & pro tempore existens Episcopus, nec non Capitulum, & aliæ personæ huiusmodi apud ipsam Ecclesiam B. Mariæ residere, & ibidem horas, Missas, & alia Diuina officia prædicta celebrare, atq; res, & actus Capitulares perscrutari, omniaque, & singula in dicta Ecclesia Marsicana fieri, & exerceri solita, & debita, facere, & exercere; nec non omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, prærogatiuis, honoribus, indultis, concessionibus, fauoribus, & gratijs, tàm spiritualibus, quàm temporalibus, quibus in ipsa Ecclesia Marsicanen. residendo vti, potiri, & gaudere possent, & deberent, in omnibus, & per omnia, ac pariformitèr, & æquè principalitèr absq; vlla penitùs differentia vti, potiri, & gaudere liberè possint, & debeant. Apostolica auctoritate, tenore presentium, de nouo transferimus ipsam Ecclesiam B. Mariæ Episcopo, Capitulo, ac personis prædictis, pro eorum Cathedrali Ecclesia, & loco debitæ residentiæ, donèc Ciuitas, & illius Cathedralis Ecclesia huiusmodi restaurètur, & ad debitum, & commodum statum reductæ fuerint tantũ, sine alicuius præiudicio, auctoritate, & tenore præsentium concedimus, & assignamus, ipsosq; ad eam translatos fore, & esse, nè desuper per quoscumq; molestari posse; nec non si secùs super his à quocumq; quauis auctoritate scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, irritum, & inane decernimus; Non obstantibus præmissis etiam Apostolicis, nec non Prouincialibus, Synodalibus, & vniuersalibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis dictæ Ecclesiæ Marsicanen. etiàm iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roborat's, statutis, & consuetudinibus, cæteris; contrarijs quibuscumq: Nulli ergò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, translationis, concessionis, assignationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXXX. Kalend. Ianuarij Pontificatus nostri anno . . . .

LIII.

BARTHOLOMÆVS Peretus à Talamone in Etruria ex Cano-

1596. Canonico *S.* Petri in Vaticano, in locum Matthæi; Episcopus effectus anno M.D.XCVI., vixitq; in Episcopatu vsque ad annum M.D.CXXIIX., cuius præclari ingenij dotes commentaria ab ipso conscripta in extrauaganti Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis testantur, aliaq; monumenta non prælo data sententijs, & aphorismis politicis referta, in C. Taciti historias. Enituit etiam præcipua charitate in subleuandos pauperes, quorum necessitatibus abundè ex redditibus Ecclesiæ satisfaciebat; cum aliòquin esset acri, & elato ingenio, & ad militares, plusquam ad Ecclesiasticas disciplinas applicitus; ira sic æstuabat, vt præceps manus adhiberet, quotiès animi turbulentia incitaretur; quare in odiũ multorũ, quos litigijs, & in varijs lacessiuerat, incidit; quorum conspiratione in Arce *S.* Angeli de Vrbe multa crimina, quæ ei obijciebantur, purgare coactus fuit; & per aliquot annos suæ Ecclesiæ administratio ei interdicta, & prudentissimis viris Paulo Pagano, & . . . Gislerio Apostolicis Vicarijs demandata; demùm ad suas Oues restitutus, rediens reliquum vitæ cursum ad præfatum annum perfecit, quo fato cedens, in Ecclesia *S.* Mariæ Gratiarum tumulatur.

LIIII.

1628. BALEONVS Carrodorus de Montefano, ex Verulana Ecclesia ad Marsorum translatus, anno M.DCXXIIX. die V. Iunij, vixitq; ad annum M.DCXXX. Pastor vigilantissimus, saluti sui gregis intentus, spiritualibus monitis, ac exemplis ad addiscenda Christianæ disciplinæ documenta, & animauit per alios, & per se ipsum, magna charitate, & patientia nudam, & indoctam plebem edocendo, ad viam salutis adduxit, & biennio Ecclesiam summa tranquillitate gubernauit.

LV.

1630. MVTIVS Columna Romanus ex Dominis Ruuiani, vir omni literarum genere refertus, modestia, & vigilantia incomparabilis, ab Vrbano Octauo Marsorum Episcopus destinatus anno M.DC.XXX., cum multa vtilia pro optimo regimine suæ Ecclesiæ parasset, morte præuentus, Auezzani occubuit, anno M.DCXXXII. & in Ecclesia fratrum Conuentualium requiescit.

LVI.

1632. LAVRENTIVS Maximus Romanus, ex Canonico *S.* Ioannis in Laterano, Episcopus *M*arsorũ effectus, anno *M.*DCXXXII.

vixit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

vixit ad annum *M*.DCXLVII.,& in Ecclesia S. *M*ariæ Gratiarum Piscinæ requiescit.

LVII.

IOANNES Paulus Caccia Romanus, post Laurentium regimen Ecclesiæ Marsorum susceptt, magno ardore, & zelo charitatis eam ad opportuna restaurauit, boniq; & pij Pastoris partes adimplens, Diœcesim penè totam lustrauit; *S*eminarium iàm destitutum reordinauit. Moralis Theologiæ lectionem ad instructionem promouendorum ad *S*acras Confessiones audiendas in Conuentu fratrum Minorum instituit; Clericos *S*cholarum Piarum nuncupatos, quibus Lelius Thomasettus Piscinas decem millia erogari suo testamento iussit, vt Collegium Piscinæ erigeretur acciuit, scholasq; aperiri;& vt tàm pium opus incrementum haberet insudauit. Ad doctrinam Christianam addiscendam, vt allicerentur pueri, pijs, deuotisq; muneribus animauit. Moniales S. Claræ ad exactissimam Regulæ obseruantiam reuocauit. Vt graues inimicitias in sua Diœcesi componeret, iteratò equitans, nec asperitas itineris, nec æstiui solis ardor retardauit. *S*. Ruphini Martyris suæ Diœcesis, iam Episcopi memoriã in Ciuitate renouauit;& vt deotius veneraretur, *S*acellum in Cathedrali instruxit. Multas ad regimen, & emendationem morum sanctiones edidit. Paterno affectu omnes amplectens, Parochos præcipuè verbo, & exemplo ad ouium suarum custodiam exhortando compellebat. Et vt ad Christi amorem, & opera pietatis fideles inflammarentur, R. P. Ioanne Baptista *M*agnante Congregationis Oratorij Aquilani, & R. D. Annibale Rotulo Canonico Cathedralis *S*ulmonensis, pijs viris ascitis, spiritualibus exercitijs ad pietatem, pia opera, & peccatorum detestationem animauit. Deniq; *S*. Petri Cœlestini Reliquias veneraturus IV. Kalendas *S*eptembris, quo die eius coronationis memoria recolitur, Aquilam petij; quo in itinere graui febre oppressus, ad Ecclesiam suam festinus rediens, ingrauescente morbo, Deo, *S*anctoq; Ruphino, & *S*. Philippo Nerio animam suam commendans, in domino requieuit, die 6. *S*eptembris *M*.DCXLIX. cum Ecclesiam tantùm anno vno, & duobus mensibus vix expletis gubernasset; & tàm præclara egisset, maioraq; parabat, ni mors interceßisset, quem *M*arsi summo mœrore affecti, summis lacrymis deplorant, summis laudibus venerantur. 1647. 1649.

LVIII.

ASCANIVS de Gasperis nobilis Romanus ex Matre de Phi-

lonar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

lonardis in Capitolino foro II. Vir I. D. ab Innocentio Decimo Marsorum Episcopus destinatur die 24. Februarij M.D.CL. Cùm
1650. ob contentiones,& controuersias præcedentiarum inter primarias Collegiatas suæ Diœcesis anteacti Episcopi Synodum congregare minimè potuisset, hic primus Synodum adunauit, & sublatis litigijs omnes in vnum,in Cathedrali Ecclesia conuocauit,& Ordinationes perutiles promulgauit. Vir legali scientia præditus, morum suauitate, & continentia singulatis. Obijt Piscinæ die 6. Augusti 1664., & cum lacrymis totius Diœcesis tumulatus fuit ibi in Cathedrali Ecclesia.

LIX.

DIDACVS Petra ex antiquissimis Baronibus Castri Sangri, & Vasti Girardi, Ascanij prædecessoris Nepos; etenim eius mater fuit D. Septimia Philonardi ex Dominis Babuci in Hernicis,proneptis Eminentissim. Cardinalium Ennij, & Philippi, ac aliorum quamplurimorum Antistitum Neptis. In florida eius ætate post doctoratus lauream inter Honorarios Cappellanos Catholicæ Maiestatis Neapoli cooptatus fuit; & cum trigesimum tertium attingeret annum ad hanc Ecclesiam ab Alexãdro VII. Sum. Pont.
1664. destinatus fuit 18. Augusti ann. 1664, In qua inter alia mira solicitudine, & feruenti studio suas oues gubernauit, ac gubernat, nè dùm quoad animarum salutem suam Ecclesiam sæpè sæpiùs personalitèr visitãdo, eius iura tuendo,Piscinates ædes restaurando, ac Sacram Synodum celebrando; sed etiam quoad animorum præstantiam; siquidèm Seminarium auxit,Patres Scholarum Piarum Piscinam tandèm reduxit, vt iuuenes morali, ac literariæ disciplinæ commodiùs,& feruentiùs operam darent, & alia perplura peregit, multòq; maiora eius vigilantia promittit, vt iure merito Pompeius Sarnellius, ad Marsos scribens, de eo cecinerit.

Somnifero Chelydros edocti rumpere cantu,
Et Marsis herbis pharmaca mira dare.
Herbis, & cantu solùm valuistis, & altas
Petrarum vires non habuistis adhùc.
En sacram tibi Roma PETRAM, virtute refertam
Mittit; in hac vna dat decus omne PETRA.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

45

INDEX CAPITVM

LIBRI PRIMI.

Cap. I. DE laudibus,& Finibus Provinciæ Marſorum, quæ olim Valeria, modò Aquilana nuncupatur. pag. 1

Cap. IJ. De origine, & denominatione Marſorum ex Marſo Circes filio, deque eorum virtutibus in ſerpentes. 4

Cap. IIJ. De Marſya Lydio. 8

Cap. IV. De Marro Duce,& Primis Marſiæ Terræ habitatoribus. 12

Cap. V. De fortitudine Marſorum,& fœdere cũ Romanis inito. 15

Cap. VI. De Bellis antiquiſſimis. 20

Cap. VIJ. De Bello Marſico, ſeù ſociali, deque cauſis, unde motum fuerit, & prodigijs ante illud exortis. 23

Cap. VIIJ. De apparatu, & tempore, quo Bellum Marſicum geſtum fuit. 29

Cap. IX. De conſlictibus, pugnis, & belli fine. 37

Cap. X. De fœdere inito, & jure Civitatis conceſſo. 45

Cap. XI. De familijs, & Viris clarioribus Marſorum. 50

LIBRI SECVNDI.

Cap. I. DE Lacus Fucini denominatione, deque Piſcium, Avium,herbarum, & Piſcationum generibus. 59

Cap. IJ. De ambitu lacus. 64

Cap. IIJ. De magnitudine præſenti, & præterita. 66

Cap. IV. De Augmenti, & diminutionis cauſis. 68

Cap. V. De aquis ingredientibus. 70

Cap. VI. De aquis egredientibus. 73

Cap. VIJ. De aqua Marſia, & Flumine Giuvenco, ſeù Invecto, aut Pictornio, ſive Piconio. 75

Cap. VIIJ. De Claudij Emiſſario. 84

Cap. IX. De Cauſis conficiendi Emiſſarium. 86

Cap. X. De ſtructura, & forma Emiſſarij. 90

Cap. XI. De Naumachia,& ludis in lacu factis antè aquarum immiſſionem. 93

CAP. XII. De Aquarum immiſſione. 98

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

LIBRI TERTII.

Cap. I. De locis antiquissimis, Populis, & Civitatibus Marsorum. 101
Cap. II. De Populis Anxantinis. 116
Cap. III. De Atinatibus, seu Antinatibus. 119
Cap. IV. De Lucensibus, & Fucensibus. 130
Cap. V. De Albensibus, & Alba Marsorum. 155
Cap. VI. De Carseolorum Populis, illorumque Colonia. 197
Cap. VII. De Cliterno, Cliterniſque Populis. 231
Cap. VIII. De Valerienſibus. 264

MARSORVM EPISCOPORVM. *ONOMASTICVM.*

ANn.46.S.Marcus Galilæus. I
An.237. S.Ruphinus Amasiæ Episcopus. II
An.555.Ioannes III
An.853.Tuderisius. IV
An.968.Rottaris. V
An.970.Albericus Berardi III.Marsorum Comitis filius. VI
An.994.Quinisius ex eadē familia. VII
An.1057.Pādulphus.VIII
An.1059. Actius ex Comitibus Marsorum IX
An.1078.Luminosus. X
An.1098.Andreas. XI
An.1109. Siginulphus Episcopus intrusus. XII
An.1130.S.Berardus XIV Marsorum Comitis filius,Diac. Card. XIII
An.1153.FR.B. XIV
An.1156.Benedictus. XV
An.1170.Jo.Signinus XVI
An.1178.Benedictus XVII
An.1179.Zacchar. XVIII
An.1192.Thomas. XIX
An.1195.Ingeamus. XX
An.1230.Joannes. XXI
An.1236.N. XXII
An.1254.Cæsarius.XXIII
An.1254.Nicolaus. XXIV
An.1275.S. XXV
An.1250.Jacobus. XXVI
An. 1295. F. Jacobus de Busce Ordinis Prædicatorum. XXVII
An. 1327. Petrus Privernas. XXVIII
An.1338.Thomas Cypria-nus. XXIX
An.1348.Thomas XXX
An.1349. Bartholomæus fol. XXXI
An. 1363. Thomas Puccius. XXXII
An.1363. Jacobus de Militibus. XXXIII
An.1365.Bernardus XXXIV
An.1380. Petrus,& Jacobus. XXXV
An.1385. Gentilis de Agello. XXXVI
An.1397.Philipp.XXXVII.
An.1400.F.Julianus Thomasius ex ordine Minorū PseudoEpiscop.XXXVIII
An. 1418. Salvatus de Pireto. XXXIX
An.1430.Thomas. XL
An.1430.SABBAS de Cortonibus. XLI
An.1444,Thomas. XLII
An.1466.Angelus Machafanus. XLIII
An. 1470. Franciscus Machafanus. XLIV
An.1471.Gabriel Jacobus Machafanus. XLV
An.1498. Jacobus Camilli Machafani. XLVI
An.1533. Joannes Dionysius Machafanus. XLVII
An.1533. Marcellus Crescentius. XLVIII
An.1556. Franzinus Michaelis. XLIX
1560.Nicol.de Vigilijs L
An.1562.Joannes B.Milanesius. LI
1579.Matth. Colles. LII
An. 1596. Bartholomæus Perettus. LIII
An.1628.Baleom s Carrādorus. LIV
An.1630. Mutius Columna. LV
An. 1632. Laurentius Maximus. LVI
An.1647. Joannes Paulus Caccia. LVII
An.1650.Ascanius de Gasperis. LVIII
An. 1664. Didacus Petra. LIX

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

INDEX NOTABILIVM

A

*A*Bortivis statim mortuis sepulchra non dedit antiquitas. pag. 91
Aedes Salutis qua occasione Romæ posita. pag. 159
Aesernia initio socialis belli fida Romanis 37. *capitur à Vettio Marsorum duce.* 41. *A Pompejo recuperatur* 44.
Agellum patria plurimorum illustrium virorum 39. *Extructum ex reliquijs Valeriæ* 239
Agnani sylva abundat dictamo 5
Alba Marsorum à quibus ædificata 160. *quo loco sita* 157. & 160. *quãdo destructa* 167. *sub quarũ familiarum ditione fuerit* 169. *quando obtinuit jus suffragij Latini* 37
Albensium gesta non strictè referuntur. 155. *Campi describuntur* 164
Ameridiæ Lucinæ Lapis Sepulchralis pag. 164
Amici Agnifili Cardinalis patria 243
Amiterni Civitatis memoriæ 242
Andreas Argolus laudatur 58. & 225
Anei Carseolani egregium exemplũ 200
Anicij de Carrito gesta, & rebellio 274
Animalia humanis usibus subdita ante bellum sociale subitò efferata 28
Annus, quo incæpit sociale bellum 36
Anselmus Episcopus Marsorum scripsit prophetias 229
Antonius Roccus oppugnat dogmata Galilei . . . . .
Antonij de Pireto patria, gesta, & laudes pag. 210
Antonij Casalij libri, & laudes 226
Antonij Gatti Patria, & laudes 210
Antrum propitium infirmis 171
Annulus venalis origo inimicitiarum L. Drusij, & S. Capionis 20
Anxantium Vrbs ubi fuerit 120
Appiani egregium monumentum de Marsis. 20
Apulia quot in partes fuerit distributa pag. 113
Aquæ miræ frigiditatis in Campania. 74
Aquæductus antiquus apud Grottellas 131
Archipenna hiatu terræ dissoluta 105
Archippe oppidum, quo loco submersum jacet 72
Archippus Rex Marsorum Turno mittit auxilia. 102
Arcus Augustæ ubi fuerit, & conjectatur cui Augustæ fuerit sacratus. 277
Arma, quibus Marsi utebantur. 163
Ascanius de Gasparis Episcop. Marsorum laudatur. 272
Aterni Flumen aquas dabat Corfinio. 32
Atinæ Civitas, quæ fuerit Marsorum. 121
Auezzani primordia 143. *Nominis origo.* 144. *Arx à quibus fundata, & aucta pag.* 144
Aurum ubi in Albensibus generetur ex testimonio Mirandulani. 166

B

*B*Artholomæus à Transaquis socius S. Petri Cælestini pag. 235
B. Benedicti ossa ubi sint. 170
B. Mariæ Virginis simulacrum quo tempore, & modo advectum fuerit in Carseolorum montem. 211
B. Thomas à Celano ubi mortuus. 119
Belli socialis origo. 24. *quare Marsicum appellatum.* 29
Berardorum Familiæ origo. 54
Bitus Thracum Rex Carseolis custoditur à Romanis. 200
Bituitus Avernorum Rex Albæ custodiæ positus à Romanis. 162
Blondus ponens Augustæ Arcum in Pelignis notatur. 277. *Blondus, & Albertus notati;* 124
Bojanum capitur à Mario. 43
Burghesia Familia dominatur Sulmoni. 262

C

C. *Alfj legatum, ut fieret specus ad ducendas aquas Corfinium pag.* 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

INDEX

C. Iudalitcius ſervos Romanos facit 39. Aſculi moritur. 42
C. Papij cunctatio cum Sex. Cæſare pugnantis. 38
C. Vettij interitus. 45
Calami ad tibias idonei ubi ſint 11
Campus Mizzius ubi ſit. 114
Capiſtrellorum familia à quo nomen accepit. 125
Capocitorum viri laudantur. 240
Caraptolorum familiæ monumenta. 55
Cardinales S. R. Eccleſiæ Marſi. 56
Caroli V. geſta penniculis mirè expreſſa. pag. 147
Carolus Burellus Laudatur. 105
Carolus Andegauenſis ubi victoriam à Corradino reportavit 167. 182
Carolus Calà Diani Dux laudatur. 256
Carſeoli ubi poſita. 201. quando facta Romanorum colonia. 199. Carſeolorum populi ubi fuerint. 196
Caſtellum ad lacum Fucinum à Romanis expugnatum, cuius fuerit. 17
Cathedralis Sedes Epiſcopi Marſorum ubi iam fuerit; 269
Celanum, qua de cauſa à Marſo ædificatum. 231. Dirutum ab Ottone 233. Eius Arx à quo ædificata. 232
Cellæ arx ædificata à Carolo II. 205
Criſpus Salluſtius civis Amiternus. 242
Ciarallorum progenies ſerpentes illæſa capit. 8
Cicero enucleatur inſcriptione quadam. 48. Laudat legionem Marſiam. 162
Circuli oppidum, an fundatum à Circe. pag. 240
Claudius Cæſar in Illirico tribunus Marſorum. 16. Benè Marſis affectus. 99
Cliternum ubi fuerit. 231
Cluverius notatus. 103
Cœnotaphiũ Trebatij Ciceroni familiaris. pag. 151
Colennucius, & Cyrillus notantur. 181
Colorum cognoſcendi varietatem modus in inſignibus etiam prælo impreſſis. 56
Colũnenſium Principes Toparchæ Albẽſiũ. pag. 169
Corſinium ſedes belli ſocialis. 32. Eius lyceum. 32. floruit ſub Trajano. 34
Crudelitas feralis in ſervos. 93. 96

D

Delubra Deorum Corſinij. 32
Dio notatur. 80
Diſſidia inter Epiſcopos Sulmonenſem, & Aquilanum quandò ſublata. 261
Domitius Marſus Poeta Martiali familiaris 53. & 229

E

Eccleſia S. Ioannis Celani ſubdita Epiſcopo Marſorum. 239
Eliogabalus ſerpentes colligebat per Marſos ſacerdotes 7
Elogium Sepulchrale Labeonis Marſi Salone. 51
Elogium Angeli Macchafani. 153
Emiſſarium aquarum Fucini lacus quanti fuerit impendij. 85. Cuius formæ, & ſtructuræ. 90
Epigraphe ſepulchralis Optato. 35
Epiſcopi, qui ex Marſa gente. 57
Epiſcopus quidam Nicoterenſis martyrio datus à Saracenis. 255

F

Facinera ſtrenua Marſorum in Annibalem pag. 21
Familiæ Marſæ in Romanas aſcitæ 51
Fauſtus accivit Marſum incantatorem ut S. Anatoliam morſu ſerpentum afficeret 7
Fœderis feriendi ritus. 49
Fons dumtaxat pervigilio S. Iacobi emanans. 241
Fontes, quorum aquæ hauſtu implentur ubera 92
Fontis nuncupati quatuor Epiſcoporum qualitas. 220
Forconium ab Amiternis ædificatur. 241
Franciſcus Barbatus Petrarchæ familiaris. 263
Fucini lacus aquæ limpidiſſimæ. 61. quo nomine hodie nuncupatur 62. eius ſalubri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

britas 62. quam duriter obrigescat. 65.
Insignis eius inundatio 92

G

Garigliani flumen à quo nomen accepit. pag. 123
Gentilis Merlini Logotheta Regni memoria. 256
Gioia oppidum describitur. 108
Giptius Flumen à quo nomen habuit. 252
Guilibertus Antipapa Albæ moratur. 168

H

Halicarnasseus Elucidatur. 241
Hortus Centauri plenus optimis simplicibus. 129

I

Imago B. Mariæ de Vico, quo miraculo ab exuberante lacu præseruata. 139
Incolæ Arcis Vegetis apti ad cantum. 209
Innocentius Septimus ex Sulmone. 263
Inscriptio Deæ Magnæ, & Attino. 33. De Corsinij Lyceo restaurato 32. quædam inscriptio conijcitur, cui fuerit posita. pag. 91
Ioannes Acutus Dux Marsorum. 261
Ioannes Marerius Dux Saracenorum pugnantium pro Manfredo. 204
Ioannis Grandis patria, & laudes. 58
Ioannis Argoli patria, & opera. 225
Ioannis à Cuculo patria, & laudes. 276
Ioannis à Pontibus Cardinalis patria, & gesta. 184
Ioseph Rusticus Iurisconsl. laudatur. 243
Issa Insula, hodie Ortucchia. 106
Italia à veteribus dicta Deorum habitaculum 1. ex interpretatione LXX. Cethim. 14. Antiqui ejus incolæ 1. quare dicta Tyrrhenia. 8
Iulij Cardinalis Mazarini natale, & educatio. 57
Ius Ciuitatis quando concessum Italis 45. Quando plenè Marsis. 48.
Iustitiæ simulacrum in Albensibus. 166
Iuvenci aquæ decurrentes per Fucinum Lacum huic non miscentur. 80

L

Lacus Scandensis. 71
Ladislaus Rex vbi superatur à Ludovico Andegavecnsi. 222
Lallus Camponescus Sulmonem obsidione cingit. 259. occiditur ab Equite Sulmonensi 261
Lapis præseferens statuam Isidis. 34
Lapis Tumularis C. Iulij Celeris. 133
Latibulum Christianorum in persecutionibus. 91
Latitia Romanorũ ex victoria L. Cæsaris pag. 41
Libri Sybillini quando aperiebantur. 87
Lycium oppidum à quo nomen habuit. 108
Licophronis textus excussus. 72
Livius quando primùm mentionem Marsorum facit. 17
Locus, in quo serpens, aut aliud venenatum nec vivit, nec sistit. 275
Locus pugnæ inter Corradinum, & Carolum 40. & 182
Lucenses, scù Fucenses ubi fuerint. 130
L. Maximus Marsos vicit, & ipsorum vrbes capit. 19
L. Titij Canotaphium. 131
L. Verus moratur in Marsis, vt mederetur lippitudinem. 241
L. Vitellius è Syria Ficus Coctanas intulit in Albenses. 165. coluit pagum S. Polini. 165
Lucum oppidum, quando conditum. 141
Ludi qua de causa inventi. 94
Lyceum Corsinij. 32
Lyris fons laudatur. 123

M

Macales Caci Comes Sabinos edocuit haruspicinam artem. 9
Macranum ubi positum, & quando dirutum. 278
Malleani origo. 173
Marcus Antonius Colũna laudatur. 147
Marcus Probus Poeta Sulmonensis. 264
Marrus Marsorum parens. 12. condit Marruvium. 12
Marruvium vbi positum. 103
Mõs Imaus quo nũc hodie appellatur. 163

Mon-

Montes in Marsis, ubi Altissimi. 247
Monumenta antiqua, quæ Valeriæ. 267
Monumenta Mulierũ Vectianæ Fam. 53
Marsia aqua, quando Romã perducta 75
Quarationesic appellata. 79
Marsicæ legio. 16. & 162. *Laudatur a Cicerone.* *ibidem.*
Marsici fundatores. 55
Marsorum natio semper Religionis cultrix. 2. *Religionem hausit à filijs Noe, & Christianam Fidem ab Apostolorum Discipulis.* 3. *Marsorũ cantu serpentes incantabantur.* 6. *Pollebat magica arte.* 6. *Virtus ejus remotis gentibus celebris.* 16. *Appellatur à Floro fortissima* 17. *Romanis sociata fœdere* 18. *Primùm pugnat adversus Romanos.* 19. *Romanorum socia.* 20. *Nec post Cladem Cannensem defecit ad Pœnos.* 22. *Nomina voluntaria dedit ad Carthaginem oppugnandam.* 22. *Romam ad excidium propè perducit.* 16. *Iuncta Pelignis confodit Hungaros.* 152. *Appellatur ab Halicarnasseo Gẽs Velox.* 163
Marsorum Regionis amœnitas, descriptio, & fines. 3. *Termini ejus, quo loco positi à Cluverio.* 129. *Vbi fines ex Lyris ripa.* 130. *Serpentibus, & antidotis abundat.* 6. *Civitates antiquæ.* 101.
Marsus quidam Poeta antiquus. 229.
Marsyas an Lidius, vel Pelasgus. 9. *Tibiarum modulator.* 10. *Celenæ pugnat cum Apolline* 55. *Ejus historia.* 11
Marsiæ, & Menandri Fluminum origo. fol. 11
Martialis epigramma illustratur. 229
Matthæus Collis ædificavit Episcopale Palatium Piscinæ. 272
Medæa coluit Angitiæ lucum. 130. *Ipsi templum Sacravunt.* 130. *Ejus filius an Marsis imperaverit.* 5.
Melioratorum Familiæ Cardinales. 263
Merlinorum, seù Merolinorum nobilitas 256. *Inimicitiæ cum Quatrarijs.* 256
Miraculum .s. Casidij. 152

N

Narratio Pugnæ Caroli, & Corradini. 179
Naumachia in Lacu Fucino. 96
Nepotũ Turcharum Principis effigies, ubi sint. 149
Nicolaus Toppius laudatur. 251
Nili Fluminis origo. 74
Ninniorum Familia ex antiquis Romanis. 151
Noemus appellatur ab antiquis Ianus, & Saturnus. 14
Nuces Albenses celebratæ. 164
Numerus Mortuorũ ex Romanis bello sociali 45.
Romanorum, qui dare poterant militiæ nomen Imperio Claudij. 85
Numidæ ad Papium deficiunt, viso Ofinta Iugurtæ filio. 39
Nummi Ærei effigie Iani. 15

O

Ofinta Iugurtæ Regis filius Venusiæ retentus. 39
Opium quando quassatum terræmotu. fol. 114
Oppidum à Venere, quare sic dictum. 50
Ortucchia, quot nominibus appelletur à scriptoribus. 65
Ortonenses succendunt Sulmonem. 262
Ossa SS. Martyrum, qui passi sunt sub Maximino, ubi sint. 152
Otto III. in Monte Cedici moratur. 242
Ovidius 6. *fastorum excutitur.* 140

P

Pallas tibiam invenit. 10
Paschasius versib. reddidit plurimos S. scripturæ libros. 174
Paulus Marsus scriptor. 55
Peligni originem ducunt à Solymo. 13
Percivalli sacrilegi blasphemi pœna. 20
Pevdicum Albanis campis diversantium ventricula auro plena. 166
Perseus Rex cũ filijs Albæ custoditur. 161
Pesculanorum cum Sulmonensibus Hostilitates. 253
Pestis maxima per Europam. 260
Petiorũ familiæ nobilitas, & monum. 236

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

NOTABILIUM.

Petrus de Agellis quid pro Abbate Generali Italo Celestinorum. 239
Petri Marsi opera, & sepulchrale epitaphium 230. *Ac laudes* 132
Philippi Guadagnoli patria, gesta, & libri fol. 226
Philippus Scaccus insignis auctor. 226
Pinna Civitas, ubi fuerit. 134. *Quando ædificata, & quo fato destructa.* 138
Pisces, qui pennis natant. 62
Piscina Sedes Episc. Marsi, & ejus exordia. 271
Pischaria dicta est Ostia Aterni. 104. & *Aternũ* 112. *Non fluit per Marsos.* 112
Plestia capitur à Samnitibus. 19. *ubi posita.* 509
Plinij locus corruptus. 74. *Emendandus* 120. *Ipse inscripsit orbem ex diuisione Augusti.* 277
Polymnianum à quo conditum. 113
Pompedius Marsus dux socialis belli. 31. *Insultat Mario.* 42. *Vincit q. Scipionem* 55. *Asculi veneno cadit.* 44
Pompejus Sarnellius, ejusque Carmen de S. Pompejo. 7. *Optati Epigraphen supplet.* 35. *Laudatur.* 56. *In quandam Fucinam invehitur.* 61. *Polymniani originem Carmine describit.* 114. *Philippum Guadagnolum versibus commendat.* 227. *Sulmonis Historiam ordine à se digestam illustrat.* 251.
Pontanus improbat Labeonis factum. 51
Pontius Pilatus in ordinem redactus à Vitellio. 165
Populi, qui patriam negant. 18. *Qui naturali facultate vincunt venena.* 7
Portia Phœbonia mater Card. Baronij. 57
Priami Phœbonij Iurisconsulti sepulchrũ. 146
Prodigia ante sociale bellum. 27
Propertius Resta Scriptor. 226
Proverbium, Vulpes Carseolana. 201
Provinciæ Valeriæ fines. 265. *Encomia ex Sanctorum gestis.* 266
P. Rutilius Consul occiditur. 39
Putei cujusdam mira. 73
Puteorum circa Rivum frigidũ mira. 20
Pyrrhus nõ potuit avertere Marsos à Romanorum fide. 20.

Q

Q. Scipio à Pompedio superatur. 51
Q. Vettius facunditate dicendi celebris. 53

R

Reges, & Sacerdotes magiæ operam dabant. 8
Rhati Marsorum Regis fabula. 12
Romani ducti propè ad excidium à Marsis. 16
Dant Marsis stationem in Vrbe. 21.
Romani Principes adibant pagum Cæsarum. 137
Ruggeriorum Familiæ monumenta. 154
Ruina ex nivibus in Atinatibus. 130

S

Sabidius Iovi locum Turani sacrat. fol. 176
Sagum mestitiæ indumentum. 230. *Salernum expugnatur à C. Egnatio.* 38
S. Anatolia martyrio coronatur. 176
S. Augustini locus interpretatur. 36
S. Berardi reliquiæ ubi sint. 219
S. Constantij, & Sociorum essa Celani. 235
S. Dominicus Abbas, ubi in Marsis fuerit, fol. 112
S. Dominici Cistere. gesta, & miracula. 271
S. Franciscus Gallicula in eremo. 122. *Moratur in Vettiano Colle.* 207
S. Gemmæ corpus ubi requiescat. 279
S. Hermetis sepultura. 129
S. Marcus Galilæus Episc. Atinæ. 120
S. Maximi brachium ubi sit. 273
S. Pelini Episcopi Brundusini martyrium Corfinij. 34
S. Petri Eremitæ natale solum. 209
S. Petri Cælestini solitudo in Marsis. 122
S. Romualdi mora in Carseolis. 203
Sangri fons undè emanat. 116
Saraceni Italiam vastantes. 254
Scabies curatur lotione aquæ Fucini. 62
Scanzanum describitur. 119
Scriptores Marsi. 57
Scurcula quo nomine appellatur à Strabone. 178
Scuta Marsorum dicta Decumana. 162
Serpentes veneno carentes, sed factoris venenosi 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

INDEX

Silueriorum Familiæ monumenta. 236
Simulacra Scipionis, & Annibalis, quæ sunt Romæ apud Columnenses, extracta ex Albæ ruinis. 167
Siphaces custoditus Albæ. 161
Spartianus notatur ex inscriptione nuper reperta. 89
Strabo, quid de Mærsorum gente. 16. *Notatur cum alijs* 155
Successorum familiæ monumenta. 128
Sulmo ædificatus à Solymo. 251. *Quot eversiones passus sit.* 252. *Evertitur à Saracenis.* 255. *Ejus Cives trucidant Hungaros* 255. *Capitur à Ludouico Andegauensi.* 258
Summi Pontifices, qui Marsi. 54

T

Talleacotium ex quibus exortũ. 220 *Vallatur mœnijs, & arce à Ladislao.* 221
Templum Iano sacratum. 15
Templum illustratum præsentia D. Gregorij. 129. *B. V. M. illustre miraculis.* 131
Termini Populorũ Italiæ variè mutati. 2
Terra, quæ superat venena. 6. *Ad figuli opus apta.* 115
Terror Romæ visis cadaverib. Consulis, & Nobilium, qui in sociali bello occubuerunt. 39
Textus Ptolemæi vitiatus. 160
Tibolare, qua ratione sic appellatur. 118
Tibulli æstiva habitatio, & tumulus. 118
T. Ortensij Macronis memoria. 54
Torani Flumen, per quæ loca decurrat. fol. 268
Fori Montis descriptio. 238
Trajanus emissionem Fucini iterat. 89
Transaquarum origo, & nomen. 150
Triennalis obsidio Corfinij, quo tẽpore 34
Tyberis incrementi indagatio. 87

V

Valeriæ primordia, & ruina 67 *Vallis Regia donatur Monasterio Montis Casini* 111
Venafrũ occupatur à C. Egnatio. 38
Veneris Mirteæ templum, quãdo Romæ positum. 49
Vesta Dea Magna appellatur. 33
Vestalorum familiæ monumenta. 184
Viæ in Carseolis à Manfredo aperta. 204.
Viæ, quæ ab Vrbe ad Vestinos ducebat, monumenta. 177

CANDIDO LECTORI S.

Errata (In quibus prior numerus paginam, posterior versum indicat) sic corriges In ep. ad lect. *Relictũ*, alterũ, l. desiderat, ne syllaba quãtitate laboret, 7. vlt. *tunc*, nunc 7. 22. *Lælius Capitolinus, & Lampridius.* Julius Capitolinus, & Ælius Lampridius. 10. 36. *postratis*, prostratis. 16. 13. *ipse.* ipsa. 29. 5. *Rotionalis.* Rationalis. 30. 26. *accubuit.* occubuit. 31. 10. *Letius.* Lælius. 34. 3. *Ioviani.* Joviniam. & 13. *Valentiani.* Valẽtiniani 35. 16. *annuerit.* renuerit. 35. 17. *Valẽtiano.* Valẽtiniano. 36. 14. *Valerũ.* Valeriũ. 36. 4. *Romana.* Romanæ. 39. 2. & 3. *Humidorum, Humidis.* Numidorum. Numidis. ibid. vers. vlt. *Sagam.* sic habet Paul. Diac. cad. enarrãs; si codex mendo caret, ego *sagum*, malim. 40. 11. *Tholonium*, alij habent Thelonium. 41. 4. *strenuæ.* strenuè. ibid. 25. *operare.* operari. 43. 8. *fædabatur.* fædabatur. 45. 35. *ſicura.* ſecura. 46. 15. *agris.* agri 54. *Baron. An. M. VI.* an. (606.) 62. 20. *pianarum* pinnarum. 66. 8. *legnaminibus.* lignaminibus. & 12. *non tàm.* nõ tamẽn. 70. 32. *excavata recedunt.* exsiccata resident. 89. in vers. antepen. *Tyburre.* Tyberi, & paulò antè pro *Clemente IIX.* Gregorio XIII. reponerem. 109. 10. *Archipresbyteris.* Archipresbyteri. 122. 11. *Segregatum.* segregatam. 214. 26. *caperit.* senserit. 279. 2. *Corfinienſienſis.* Corsinienſis. *Equi* cum populos significat, Æqui legatur cum diphthongo, ut etymon postulat. Cæterùm si qua sunt alia, ut nonnulli orthographiæ defectus, Patrẽ defũctum, Tutorem q; absentẽ cõsiderans, qua es prudẽtia Lector condonabis; ut potè qui probè nosti, neminem, nisi eundem Parentem, opportunam esse literarij fœtus obstetricem. Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.403

Early European Books. Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CTMACGL 1.7.403